STRABONIS
RERUM
GEOGRAPHICARUM
LIBRI XVII.

TOMUS PRIMUS.

No more than this one Volume was ever published of this Edition. See Fabricii Bibl. gr. ed. Harles. Vol. 4. p. 572.

STRABONIS
RERUM GEOGRAPHICARUM
LIBRI XVII,

AD FIDEM MSS. EMENDATI,

CUM LATINA XYLANDRI INTERPRETATIONE RECOGNITA,


ADNOTATIONIBUS, ET INDICIBUS.

Ab uno è Sociis Regiæ Inſcriptionum & Humaniorum Literarum Academiæ.

ADJUNCTÆ SUNT

Tabulæ Geographicæ ad mentem Strabonis delineatæ.

TOMUS PRIMUS.






PARISIIS,

SUMPTIBUS LAURENTII DURAND.

M. DCC. LXIII.



PRÆFATIO.

QUID in hâc novâ Geographicorum Strabonis editione, potiſſimum à nobis præſtitum ſit, breviter ſummatimque dicturi, pauca de Strabone ipſo præmittenda duximus.

Patria Strabonis Amaſea fuit, Cappadociæ Ponticæ civitas, ut ipſe ait libro XIII. Maternum genus nobile; de paterno altum eſt ſilentium. Floruit Auguſto & Tiberio regnantibus. In grammaticis audivit Tyrannionem & Ariſtodemum; eumdem Ariſtodemum in rhetoricis: è philoſophis, Xenarchum quidem Seleucienſem frequentavit, Peripateticum; ſed poſtea ſe totum familiæ Stoïcorum addixit, ut in annotationibus noſtris non ſemel, ex ipſius Strabonis verbis, evincimus. Multa ſuſcepit & confecit itinera; ita ut nullus ex prioribus Geographis, tantùm terrarum luſtraverit: ab Armeniâ enim profectus, regiones obiit, occaſum versùs, uſque ad Etruriæ loca Sardiniæ oppoſita; versùs meridiem, ab Euxino Ponto uſque ad fines Æthiopiæ.

Circa initium octavi ab Urbe conditâ ſeculi,

natum fuisse Strabonem judicaverunt Gerardus Vossius, Albertus Fabricius, & alii plures inter eruditos primarii; sed non satis firmo argumento. Strabonem enim arbitrati sunt familiaritate usum Cornelii Galli, qui anno U. C. 728 violentas sibi manus intulit : at Cornelium Gallum perperam acceperunt pro Ælio Gallo, belli Arabici duce anno ab U. C. 774.

De anno quo Strabo natus est aut mortuus, nihil habemus quod liqueat : id tantùm scimus, librum quartum Geographicorum scriptum fuisse anno 33 post Noricos Carnosque à Tiberio & Druso devictos, id est anno ab U. C. 771; librumque duodecimum, cùm Cyziceni libertatem adhuc retinerent, quam ipsis ademptam fuisse Tacitus docet anno U. C. 778. [a] Priùs autem scripserat Strabo, quæ ipse memorat, & nos dolemus intercidisse, commentaria historica, in multos divisa libros, quorum prioribus Alexandri magni res gestas attigisse videtur; posterioribus, Polybii historiam continuandam suscepisse.

Unicum superest, multorum instar, geographicum opus, numquam laudatum aut commendatum satis; nec tantùm geographis, sed grammaticis, philosophis, politicis, historicis perutile : uno verbo, liber omnibus qui literarum studio incumbunt, omnino necessarius.

---

[a] Vide quæ fusiùs de hoc disseruit Stephan. Souciet, *Hist. Chronol. de Pythodoris, reine du Pont*, p. 2.

Neque enim in hoc ſolo verſatur auctoris induſtria, ut quicquid terrarum erat ætate ſuâ cognitum, accuratiſſimè deſcribat. Sed de regionum antiquis nominibus cum Grammaticis diſſerit, unde frequenter anſam arripit veteres poëtas ac præcipuè Homerum elucidandi; de cœli, terræ, mariſque phœnomenis cum Phyſicis diſputat; populorum mores, ritus, leges Politicis aperit; gentium origines, migrationes, commercia, caſus varios, principum genealogias, nobilium virorum memorias Hiſtoricis retegit: atque hæc omnia tanto contexit artificio, tantâ rerum adornat varietate, tanto ingenii judiciique acumine abſolvit, ut ſentiant, qui legerint, non ferè magis prodeſſe hunc voluiſſe, quàm delectare.

Id quidem fateri non gravabimur, Strabonem fortè hominibus noſtris nonnihil moleſtiæ ac tædii allaturum, dum ſubtilioribus immoratur Grammaticorum argutiis, & Homeri defenſionem, infinitis ac concertationum plenis diſputationibus perſequitur. Verùm id facilè condonabit, qui ſecum ipſe reputaverit quanta fuerit, Strabonis ætate, Homeri auctoritas, quàm ſancta exiſtimatio. [b] Hunc primùm in ſcholis didicerant; hunc tenebant memoriâ; hunc in ore & animo habebant; hunc velut omnis ſcientiæ fontem uberrimum, imò ſacrum prope ac divinum vatem ſuſpiciebant; nec ullius teſtimonio libentiùs utebantur, non in re

---

Adi Fabr. Bibl. Gr., t. I, p. 344.

fabulari tantùm aut metricâ, ſed in omnibus doctrinæ generibus, tum Græci ſcriptores, tum Latini; adeo ut nihil ex his quæ ad Homerum pertinerent, levis momenti eſſe videretur.

Strabonis geographica, tanti pretii opus, in Latinum ſermonem transferri curavit, non Chriſtianæ modò, ſed Literariæ reipublicæ bono natus, Summus Pontifex Nicolaus V: decem priores libros tranſtulit Guarinus Veronenſis, ſex ſequentes Gregorius Tifernas, decimum-ſeptimum Jacobus-Antonius Marcellus; & ſic quæ Strabonis extant, Latinè vulgata ſunt, *in-fol.*, Romæ, circa annum 1471, Venetiis 1472. [c] Eadem deinceps interpretatio ſæpè typis excuſa fuit, à Conrado Hereſbachio primùm recognita, tum ab Hieronymo Gemuſæo, Henrico Glareano, Joanne Hartungo, viris doctiſſimis; ſed qui, cùm iis deeſſent exemplaria Græca, plerumque cæcutiebant, aliàs oculati.

Prodierat quidem Græcè Strabo Venetiis, apud Aldum Manutium, anno 1516, *in-folio*, ſed corruptus valdè. Anno 1549, Marci Hopperi curâ, Baſileæ, *in-folio*, Græcè & Latinè prodiit emendatior; at ſolâ conjecturarum ope, adeo ut innumeris adhuc ſcateret mendis phraſis Græca, pluribus Latina interpretatio, quamvis doctorum quos ſuprà laudavimus, caſtigationes experta.

Novam igitur interpretationem Latinè aggreſ-

[c] Vide Syllabum editionum Strabonis huic præfationi ſuffixum.

ſus

ſus eſt Xylander; eamque in publicum emiſit Baſileæ, anno 1571, *in-folio*, ſubjectis ad calcem uniuſcujuſque libri notis & conjecturis. At ſummâ in hoc opere negligentiâ uſus eſt vir Græcè peritiſſimus, quod ſæpè Caſaubonus deprehendit, & graviter conqueſtus eſt. Caſaubonus ergo, vix duodetriginta annos natus, Strabonem iterum edidit (Genevæ, 1587, *in-fol.*) Græcis emendatis tum ex Aldi editione, tum ex interpretatione veteri, tum ex manuſcriptis codicibus quatuor; additiſque luculentis commentariis; ſed retentâ Xylandri interpretatione, quæ medicam manum non minùs quàm Græcus ipſe contextus, requirebat. Feſtinans nimiùm, & aliis diſtractus laboribus, hanc operam Caſaubonus urgebat, ut ipſe fatebatur. Hinc animadverſiones ſuas poſterioribus curis recognoſcere & locupletare decreverat; ſed morte præventus, quam moverat expectationem non implevit.

Adjecerat tamen ſubciſivis horis adnotationes aliquot, at perpaucas; quibus acceſſionibus ornata, in lucem prodiit, Pariſiis, anno 1620, *in-fol.*, cùm jam diù fato functus fuiſſet Caſaubonus, nova Strabonis editio; ſervatâ interpretatione Xylandri, additiſque nonnullis Frederici Morelli obſervatiunculis. Splendida profectò illa eſt, & mendis typographicis, quamvis non omnino careat, ſatis diligenter purgata, ampliſſimo præſertim indice locupletata. Sed multa ſupererant tum in Græcâ phraſi, tum in Xylandri interpretatione,

tum in ipſius Caſauboni commentariis, quæ majores curas meditationeſque doctorum expoſcerent. Aliquid opis ad id tulit Theodorus Janſſonius ab Almeloveen, qui Strabonem ad exemplar Pariſienſis editionis recudi curavit, Amſtelodami, anno 1707, duobus voluminibus *in-fol.*, ſubſtratis unicuique paginæ annotationibus, quæ in editione Pariſienſi ad calcem rejectæ fuerant, & adductis, præter Caſauboni & Morelli animadverſiones, plurimis caſtigationibus undequaque petitis. Magnus ſanè apparatus & laborioſa conquiſitio; ſed nulla manuſcriptorum collatio nova, quâ loci depravati in Græcis reſtituerentur; nulla interpretationis Latinæ emendatio.

Atque adeo in votis eruditorum adhuc erat ut Strabo tum Græcè tum Latinè defecatior, iterum prelo committeretur. Adde hodiernam libri utiliſſimi penuriam, qui, etſi non ita pridem editus, rarus admodùm, magno literarum damno, apud bibliopolas proſtat. Verùm alia inſuper cauſa fuit cur & nos de edendo Strabone cogitaremus.

Jamdiù deliteſcebat Geographicorum Strabonis codex manuſcriptus[d], in Bibliothecam Regiam ante annos triginta invectus à doctiſſimo abbate Sevin, qui præſtantiſſimum hoc *cimelium* Conſtantinopoli comparaverat: volumen formâ, ut aiunt, maximâ, bombycinâ chartâ, ſcriptum non ineleganter; paucis exceptis paginis quæ adeo minu-

[d] Inter Biblioth. R. codices mſſ. extat. *Signatur numero* 1393.

tis exaratæ ſunt literis, ut in ipſis legendis ferè tota hebeſcat oculorum acies. Manum agnoſcebat duodecimi, aut decimi-tertii ſeculi, vir in palæographiâ verſatiſſimus Montfauconius, qui varias lectiones ex hujus manuſcripti libro primo excerptas, vulgavit tomo ſecundo *Bibliothecæ bibliothecarum manuſcriptorum novæ.*

Ab hoc ſpecimine, deſiderium ingens eruditos inceſſerat, ut quæ ex eo codice peti poſſent ſubſidia, in communes uſus erogarentur, & publici juris fierent. Id nos aggreſſi ſumus; & collato integro codice Regio cum poſtremâ Strabonis editione, varias lectiones exſcripſimus, numero propè infinitas, quarum plurimæ præſtantiſſimæ viſæ ſunt. Ad has lectiones lacerum depravatumque Strabonem, quantùm licet, revocare nobis propoſitum fuit; atque hoc præcipuum eſt novæ hujus editionis inſtitutum, quam diù meditatam, diù repreſſam, hodiè in lucem emittimus, fœtum quatuordecim abhinc annis primò conceptum.

Nec omiſimus quidquam, quatenùs penes nos fuit, quod poſſet ad commendationem hujus editionis aliquid conferre. 1°. Præter opem manuſcripti Regii, variis uſi ſumus lectionibus, quas ex manuſcriptis bibliothecæ Mediceæ deſumptas typis commiſit Lugduni-Batavorum Abrahamus Gronovius, 1739, *in-octavo.*

2°. Cùm hactenus Strabonis contextus, tenore uno ſcriptus, nullâ aliâ niſi librorum diviſione interſecaretur; nos in capita partiti ſumus libros;

libris autem ſingulis præfiximus argumenta compendiaria, qualia Græcè extant, tum in Aldi editione, tum in manuſcripto Regio; in iis quidem mutare quidquam religioni duximus: ſed cùm accurata minùs eſſent hæc compendia, iis Latinum in ſermonem converſis inſeruimus quæ deeſſe in Græcis videbantur; & inſititia iſta, literis, ut vocant, Italicis, diſtinximus. Ex his autem argumentis membratim diviſis, effecimus titulos capitibus ſingulis; ipſaque capita in minora commata ſcidimus, quæ fierent quaſi diverſoria quædam, ubi lectoris mens & oculus poſſent opportunè requieſcere.

3°. Xylandri Latinam interpretationem è regione appoſuimus, ſed recognitam & multis in locis emendatam, in quibus vel oſcitans hallucinatus eſt interpres, vel ſpuriâ lectione deceptus.

4°. Imis paginis adnotationes noſtras affiximus, quarum officium multiplex. Aliæ varias lectiones exhibent, & legitimas aſſerunt; aliæ locos intricatos enodant, obſcuris facem admovent; aliæ veterem geographiam illuſtrant & cum recentiore comparant; aliæ nobilium factorum virorumque, inprimis Scriptorum à Strabone laudatorum memoriam renovant; aliæ denique alia docent, quæ ad pleniorem Strabonis intelligentiam non nihil conferre viſa ſunt. Prolixas quidem animadverſiones quas editio Almeloveenſis majori diligentiâ quàm delectu coacervavit, expendimus, & in noſtros uſus, ubi licuit, contraximus: miſſis tamen

plurimis, quæ vel deviæ nimis per profusas luxuriantis eruditionis digressiones vagabantur; vel supervacuæ, conjecturis conabantur illud idem efficere, quod ritè absolvunt codices manuscripti.

5°. Triplicem indicem ad calcem operis remisimus; quorum prior locorum, alter personarum nomina, tertius copiosissimus res ipsas amplectetur. *Syllabum* quoque texemus auctorum à nobis citatorum, notatis quibus usi sumus editionibus.

6°. Multa nobis dicenda forent de tabulis geographicis, quas non paucas suis locis inseri curavimus; sed dixisse satis sit adornatas eas fuisse à viro in rebus geographicis magni nominis JOANNE-BAPTISTA DANVILLE, omni eruditionis supellectile abunde instructo.

Restat ergo ut jam nos nostraque judicio lectoris permissuri, duo tantùm deprecemur, quorum unum est: si voces nonnunquam usurpavimus ab usu veteris Latii aliquantulùm remotas; præsertim cùm res aliter, nisi per ambages verborumque circuitus expediri non posset; ut ii quibus aurium delicatior sensus est, & judicium superbius, veniam dent nobis, qui elegantiæ munditiæque orationis minùs consuluerimus, quàm brevitati & perspicuitati. Alterum: si dùm aliorum errata reprehendere & corrigere tentamus, ipsimet interdum errore ducimur; ut id negligentiæ lector benignus tribuere nolit; meminerit potiùs humanum esse, si fortè opere in longo somnus obrepserit.

EDITIONES STRABONIS QUÆ HUC USQUE PRODIERUNT.

GRÆCÈ.

I. APUD Aldum Manutium. Venetiis, 1516, in-fol. *Extat in Bibliot. Regiâ.*

LATINÈ.

II. Romæ, per Conradum Swenheym & Arnoldum Pannartz, in-folio. *Interpretibus Guarino Veronensi, Greg. Tifernati, &c.; absque anni notâ. Dicata est hæc editio Summo Pontifici Paulo II, qui anno 1471 obiit, die julii 25. Maittairium vide, Annal. Typogr., t. I, p. 296. Ad calcem hujus rarissimæ editionis leguntur versus octo, quos hîc, in gratiam Bibliographorum, exscribere juvat, à Maittairio non relatos.*

Aspicis illustres lector quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera ridebis cognomina, Teutona forsan
Mitiget ars Musis, inscia verba virûm.
Conradus Swenheym, Arnoldus Pannartzque magistri
Romæ impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus, ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

Memoratur editio hæc in Epistolâ Xysto IV Summo Pontifici, nomine Conradi Swenheym & Arnoldi Pannartz scriptâ à P. Andrea, Aleriensi Episcopo, 20 martii 1472. Ibi recensentur varia opera huc usque ab his Librariis impressa, addito cujusque operis exemplarium impressorum numero; & hinc docemur non ultra 275 Strabonis exemplaria tunc prelo expressa fuisse: unde minimè mirum si hæc editio & aliæ hujus ætatis plures, hodiè rarissimæ occurrant. Vide dissert. Marci Zuerii Boxhornii de Typographicæ Artis inventione, p. 46 & seqq.

III. Venetiis, per Vindelinum Spirensem, 1472, in-folio. *Maittarius ubi suprà, p. 313. hæc falsò quasi primaria editio aliquando laudata fuit. Extat Parisiis in præstantissimo Cimeliarchio D. de Gaignat.*

IV. Romæ, 1472. *Hanc ex Maittairii Annalibus Typographicis citamus; neque enim nobis eam vidisse contigit. Maittairius numeros errare conjectat, & ipsam anno 1473 tribuendam censet, Ann. Typogr. t. 1, p. 772. Tres Latinæ Strabonis editiones suprà memoratæ, J. Alb. Fabricio incognitæ fuerunt.*

V. Typis Joannis Vercellensis, 1480, in-fol. *Ex interpretatione Guarini Veronensis, &c. Extat in Bibliot. Regiâ, ut & plures earum quæ sequuntur.*

VI. Venetiis, 1494,
VII. Ibidem, 1511,
VIII. Parisiis, 1512, } in-fol. *Ex eorumdem interpretatione.*

IX. Basileæ. Valentinus Curio, 1523, in-folio. *Ex eâdem interpretatione à Conrado Heresbachio recognitâ.*

X. Ibidem, 1539, in-folio. *Ex recognitione Hieronymi Gemusæi.*

XI. Lugduni, 1559, in-16, 2 vol. *Hanc editionem ignoravit J. Alb. Fabricius. Visa est nobis expressa ad exemplar interpretationis ab Hoppero recognitæ, quæ cum Græcis prodiit Basileæ 1549, ut mox dicemus, n°. XIII, ubi de editionibus Græco-Latinis.*

XII. Amstelodami, 1652, in-12, 2 vol. *Etsi tunc jam prodiisset Xylandri interpretatio, de quâ mox dicendum nobis erit, tamen interpretatio vetus recusa est in eâ quam hîc memoramus editione, ad exemplar Lugdunensis editionis fideliter expressâ.*

GRÆCÈ ET LATINÈ.

XIII. Basileæ, per Henricum Petri, 1549, mense augusto, in-fol. *Ex recognitione Marci Hopperi.*

XIV. Ibidem, 1571, in-folio. *Cum novâ Guillelmi Xylandri translatione, adjectis ejusdem annotationibus.*

XV. Genevæ, 1587, in-folio, Vignon. *Cum eâdem Xylandri interpretatione. Isaacus Casaubonus recensuit, emendavit, ac commentario illustravit.*

XVI. Parisiis, 1620, in-folio, typis Regiis. *Ex eorumdem translatione & recensione. Accessere Frederici Morelli observatiunculæ. Cave autem ne credideris in his duabus editionibus aliquid immutatum fuisse in contextu interpretationis Xylandri.*

XVII. Amstelodami, 1707, in-fol., 2 vol., apud Jo. Wolters. *Editionem hanc curavit Theod. Jansonius ab Almeloveen, secutus Editionem Casauboni Parisiensem. Accessere tum notæ integræ Xylandri, Morelli, Palmerii, tum selectæ ex scriptis Merulæ, Meursii, Cluverii, aliorumque. Subjectæ sunt* Chrestomathiæ, *cum interpretatione Latinâ Gemusæi, & notulis. Expressa videtur hæc* Chrestomathiarum *editio, ad exemplar ejus quæ prodiit inter geographiæ veteris scriptores Græcos minores, t. II, Oxoniæ, 1703, in-8°.*

ITALICÈ.

XVIII. Da Alfonso Buonacciuoli, in-4°., 2 vol. *Quorum prius prodiit Venetiis, 1562; alterum Ferrariæ 1565. Quamvis magnis laudibus interpretationem hanc Itali prosecuti sint, id certè testari possumus, Strabonem Italicè conversum ad veteris interpretationis Latinæ, potiusquàm ad Græci exemplaris fidem, re sæpius ad examen vocatâ, visum nobis fuisse.*

MONITUM.

MONITUM.

Paucis adhuc te volumus, Lector benigne. Id nobis præcipuè in votis fuerat, ut Strabonem exhiberemus omni mendâ typographicâ purgatum. Verùm ſpe nos excidiſſe animadvertimus, relegentes tomum hunc jam typis ſubductum, cui emendando vacare ſatis non licuit, ex multis cauſis, quarum una flebilis nimiùm. Cùm enim procul ab Urbe detineremur rei familiaris curâ, immenſus nos luctus invaſit, filio unico, immaturâ morte noſtros inter amplexus, prærepto: quod ita nos perculit, ut diu abhorruerit animus ab omni hominum literarumque commercio. Id in excuſationem legitimam apud humaniſſimum Lectorem adduxiſſe, & in lenimen plagæ inſanabilis dolorem noſtrum hîc conſignaſſe fas ſit. Nec ſecùs olim, infauſtâ quâdam fati ſimilitudine, Caſaubonus, dum in eodem Strabone illuſtrando totus eſſet, acerbiſſimo luctu excuſſum è manibus calamum querebatur, & mortem optimi parentis in pii lectoris ſinu deflebat.

Neque tamen aliquis, ex hâc noſtrâ candidâ confeſſione arguere præſumpſerit, editionem noſtram priorum editionum alicui fore poſtponendam. Id enim eâdem, quâ errores fatemur ingenuitate, teſtabimur, nullam etiam quantùm ad Græci contextûs emendationem pertinet, noſtræ æquiparandam eſſe: errata namque omnia ferè, quæ in noſtram irrepſerunt, leviſſimi videbuntur momenti,

ut pote quæ ſententiam rariſſimè corrumpant, & circa ſalebroſas accentuum tricas plerumque verſentur. Quin & pluribus ſcatent ipſæ Strabonis editiones Caſaubonianæ; imo & hinc prima fuit mali labes; cùm ſæpè typographicarum operarum inſpectores primarii, decepti fuerint Amſtelodanenſi editione, quam ſibi ad exemplum propoſuerant.

Duplici quidem modo erraverunt; tum accentum Encliticarum in præcedentem vocem non ſatis accuratè rejicientes, tum accentum gravem in acutum omittentes aliquando mutare, ubi ea diſtinctio ſequitur quam in Græcâ phraſi *punctum ſuperius* vocamus. Id ex veteribus Grammaticis, ac melioribus codicibus magiſtros docere, nemo eſt qui neſciat. Supervacaneum ergo fuerit hujuſmodi errorum ſyllabum texere, quos nullo negotio emendabunt Literarum Græcarum periti, alii non emendatos minimè deprehendent.

Errores verò qui ſententiam corrumpere aut obſcurare poſſent, tum in contextu tum in notis, omnes ad unum confidimus nos collegiſſe, & ipſorum emendationem mox ſubjungemus; enixè orantes ut Lector eos, juxta emendationem noſtram reſtituat, antequam operis noſtri lectionem aggrediatur. Reſtat ut fide noſtrâ ſpondeamus nos in poſterum ita omni mendorum generi obviam ituros, ut quam hodiè petimus veniam, eamdem iterum deprecari nunquam nobis neceſſe fore ſperemus.

ERRATA IN CONTEXTU.

Pag.	Lin.	
3	13	Ὀμηρός τι, lege Ὅμηρός τι.
	17	τὶ, lege τι.
18	12	ἀνθρῶποις, lege ἀνθρώποις.
26	4	περίεχοντος, lege περιέχοντος.
32	2	ὣς τι, lege ὥστι.
38	7	τὸπους, lege τόπους.
54	8	ψυκαγωγίας, lege ψυχαγωγίας.
62	11	ὃ, lege ὁ.
64	pen.	ὑς, lege εἰς.
72	5	διασκευνὴν, lege διασκευὴν.
	21	Ιλίῳ, lege Ἰλίῳ.
76	4	μθό, lege μθῳ.
	7	Ὅτι, lege ὅ, τι.
80	1	ὁδὲ, lege ὁ δὲ.
	11	ἐλὰτης, lege ἐλάτης.
84	15	δηλοῦνται, lege δηλοῦνται.
96	15	ἐν, lege ἓν.
98	22	ἤδει, lege ᾔδει.
102	18	τοῦς, lege τοὺς.
104	24	οἰκειῶσθαι, lege οἰκειῶσθαι:
110	1	Νυν, lege Νῦν. l.
	18-26	φῆ, lege φῇ.
114	17	μυκὸν, lege μυχὸν.
136	pen.	τὶ, lege τί.
	ult.	οἵ, lege οἳ.
142	5	προϊχομένῳ, lege προϊχομένῳ.
144	26	Ἀλκῆσιν, lege Ἄλκησιν.
146	5	Ὠς, lege Ὡς.
	21	πόπων, lege τόπων.
148	14	προσμυθεύει, lege προσμυθεύει.
152	4	Ἐρατοσθὲνης, lege Ἐρατοσθένης.
156	4	κἀκεῖ, lege κἀκεῖ.
166	antepen.	ταυτὰ, lege ταῦτα.
170	18	ἀνέμου, lege ἀνέμου.
174	26	ἀνακορεῖν, lege ἀναχωρεῖν.
176	11	ὂ, lege ὁ.
180	ult.	δι' οὗ, lege δι' οὗ.
190	11	δ', lege δὴ.
	14	ὀνομᾶσθαί φησιν, lege ὠνομᾶσθαί φησιν.
200	1	εἶναι, lege εἶναι.
	9	Ἰέρνην, lege Ἰέρνην.
202	9	διά, lege διὰ.
	10	ὀρῶ, lege ὁρῶ.
222	23	Ἴππαρχος, lege Ἵππαρχος.
	26	Μεγασένης, lege Μεγασθένης.
228	6	ἔστιν, lege ἐστιν.
	29	ὂ, lege ὁ.
230	19	τῦ, lege τῇ.
234	9	ὀρίζοντα, lege ὁρίζοντα.
224	24	ὡς, lege ὡς.
256	antepen	γαμμὴ, lege γραμμή.
258	10	δία, lege διὰ.
260	2	ὂν, lege ὃν.
270	3	τῆς, lege τῆς.
	8	Εἶτ', lege Εἶτ'.
274	16	αἴσθησιν, lege αἴσθησιν.
278	7	τοῦ ἄυλου, μεσημβρινοῦ, virgulam dele.
284	8	ἆμα, lege ἅμα.
300	14	γεογραφικῶς, lege γεωγραφικῶς.
304	9	τριῶν, lege τριῶν.
308	14	οἱ, lege οἱ.
313	14	διάραι, lege διᾶραι.
316	24	οὕτω, lege οὕτω.
328	1	τοῦτὸ, lege τοῦτο.
	5	τῳ, lege τῷ.
338	15	τῳ, lege τῷ.
340	27	λεχθένθα, lege λεχθέντα.
356	8	ὥς τ', lege ὥστ'.
	15	ἐπί, lege ἐπὶ.
358	7	νῆσος ἔστι τις, lege νῆσός ἐστί τις.
	antepen.	πολλακοῦ, lege πολλαχοῦ.
366	17	ἐστί, lege ἐστι.
372	5	ὠν, lege ἐκ.
378	9	τριχῆ, lege τριχῇ.
384	7-10	Ἰονίου, lege Ἰωνίου.
388	14	εὐθεῖα, lege εὐθεῖα.
392	11	περιεκούσας...γᾶς, lege περιεχούσας...γᾶς
398	10	τόντι, lege τό, τι.
400	1	ἔστιν, lege ἐστιν,
	16	οἱ, lege οἱ.
408	8	καθολιχὴν, lege καθολικὴν.
412	17	δία, lege διὰ.
	25	διάμμετρος, lege δίαμμετρος.
416	3	Νεάπόλεως, lege Νεαπόλεως.
420	20	ὅσπερ, lege ὥσπερ.
428	9	βυλόμενοι, lege βουλόμενοι.
430	5	ἀκολουθεῖν, lege ἀκολουθεῖν:
436	1	Βιλων, lege Βίλων
	20	διχῆ, lege διχῇ.
458	5	ἄμμυ, lege ἄμμου.
462	13	γῦν, lege γῆν.
	antepen.	ἀργυρῖτιν φησι, lege ἀργυρῖτίν φησι.
470	11	οὗτ', lege οὔτ'.
480	ult.	Ἡ, lege Ἡ.
484	2	λιμενας...τοῦς, lege λιμένας...τοὺς.
496	5	πο-, dele.
508	4	ἐτελεύτα, lege ἐτελεύτα.
512	1	χθονομένῳ, lege χθονομένῳ.
514	2	ἐκποπισμὸν, lege ἐκτοπισμὸν.
516	6	παρωκεανίτις ἡ πρόσοδος, lege παρωκεανῖτις ἡ πρόσορρος.
520	6	οὐ, lege οὔ.
532	7	εἴκοσι lege εἴκοσι.
538	6	τὰ δ', lege τάδ',
	8	τὰ δ' ἔστι, lege τάδ' ἐστὶ.
	pen.	ἄ τι lege ἅτι.
540	11	στῆλαι, lege στῆλαι.
546	15	ἑαρινῆς, lege ἐαρινῆς.
	17	ἑκάσθην, lege ἑκάστην.
548	23	l. 23, κἂν, lege κἄν.
552	8	τοῦς, lege τοὺς.

ERRATA IN NOTIS.

PAG.	CO.	LIN.	
6	2	6	περίαν, *lege* περίαν.
11	1	12	ἄγροον, *lege* ἄςρων.
		8	pro ut, *lege* prout.
12	1	3	διαταξιν ταύτιν, *lege* διάταξιν ταύτην.
14	1	14	ἀγαῦυς, *lege* ἀγαυὰς.
15	1	14	Nomadûm, *lege* Nomadum.
		16	poetâ, *lege* poeta.
16	1	12	ῥόον, *lege* ῥόον.
24	2	7	οἷόν τε, *lege* οἷόν τε.
		12	ὗτ⊗ τε, *lege* ὗτός τε.
29	2	2	ἀπηχῶσης, *lege* ἀπηχήσης.
		5	ὗτω, *lege* ὗτω.
34	2	3	ἰμβαλλόντα... τυφλον, *lege* ἰμβάλλοντα... τυφλόν.
45	1	3	in ejus vitâ, *lege* in præfatione.
48	1	7	τιίαν, *lege* θείαν.
65	1	1	manum cohibet, *lege* manum nostram cohibet.
66	2	4	δυναςεῦσαι φασι, *lege* δυναςεῦσαί φασι.
68	2	6	Βυζάντιακ⊗, *lege* Βυζαντιακός.
69	1	6	μυλευόμενα, *lege* μυθευόμενα.
	2	1	τ, 3, *lege* Odyss. τ, 3.
70	2	1	ex veteri, *lege* suffragantibus veteri.
75	2	1	δοξῆ, *lege* δόξῃ.
77	1	3	ὑδρεία, *lege* ὑδρεία.
80	2	*ult.*	συμφωνεῖ, *lege* συμφωνεῖ.
86	1	7	μυλευόμενα, *lege* μυθευόμενα.
	2	2	προμυλευόμενα, *lege* προμυθευόμενα.
		6	ἀλλῶν, *lege* ἄλλων.
109	1	6	Nomadúm, *lege* Nomadum.
124	1	7	παραλιθεις, *lege* παραλιθείς.
125	2	2	questionum, *lege* quæstionum.
130	1	11	ἴνιοι, *lege* ἔνιοι.
	2	*pen.*	ἰμφήνη, *lege* ἐμφήνη.
131	1	4	ἰμφήνη, *lege* ἐμφήνη.
		pen.	καλῶς, *lege* καλῶς.
136	2	5	Ἀραβαίω, *lege* Ἀραβοίο.
142	1	7	χώρας pro ὅρας, *lege* χώρας pro ὥρας.
143	2	6	Calypsus, *lege* Calypsus.
149	1	9	ξανδῆς, *lege* ξανθῆς.
152	2	3	τῦτον, *lege* τῦτον.
155	1	3	Asiâ, *lege* Adriâ.
165	2	3	ἰχύσης, *lege* ἰχύσης.
172	2	7	γὴν, *lege* γῆν.
188	2	6	insulam factam, *lege* insulam continenti annexam.
190	2	6	doctissimo, Bentleio, *virgulam dele.*

PAG.	CO.	LIN.	
195	2	1	amendationem, *leg.* emendationem.
200	1	6	Ἱέρνλω, *lege* Ἱέρνλω.
204	1	2	ἰξ, *lege* ἐξ.
208	1	3	τοιαῦτα τινα, *lege* τοιαῦτά τινα.
	2	4	οἰκυμένλω, *lege* οἰκυμένλω.
258	1	3	Westheniana, *lege* Wolterſiana.
264	2	10	διλων, *lege* δηλῶν.
		11	Ἀρειανη, *lege* Ἀρειανή.
266	2	7	διήχοντα, *lege* διήχοντα.
275	1	6	addit, *emenda* legit.
281	2	*pen.*	Ἴππαρχ⊗, *lege* Ἵππαρχ⊗.
297	1	10	χίλια, *lege* χιλια.
315	1	2	fabulâ... dignâ, *lege* fabulæ... dignæ.
334	1	9	Διβύλω, *lege* Λιβύλω.
336	1	5	ὗκ, *lege* ὗκ.
368		*ult.*	mſ., *lege* mſſ.
382	2	*ult.*	λευκῶσαι, *lege* λευκᾶσαι.
387	1	2	εισδίδωσι, *lege* εἰσδίδωσι.
399	1	3	ἴςιν, *lege* ἐςίν.
405	2	1	Pindo, *lege* Pinedo.
428	2	6	Θίων, *lege* Θιῶν.
430	1	4	περιφολισμῶ, *lege* περιφαλισμῶ.
436	2	1	Ptolomæo, *lege* Ptolemæo.
459	1	1	θρύπτεται, *lege* θρύπτεται.
462	2	3 · 5	φασιν, *accentum dele.*
463	2	1	ἀργυρείω, *lege* ἀργυρεία.
464	1	3	ἀργύριον, *lege* ἀργύριον.
465	1	2	*adde*: secuti sumus editionem fragmentorum Stesichori Plantinianam anni 1567.
472	2	6	Pauwius, *lege* Paawius.
475	1	7	Dio. Cassius, *lege* Dio Cassius.
478	2	8	ἐπιτείχισι τινάς, *lege* ἐπιτείχισί τινας.
484	2	*ult.*	tringinta, *lege* triginta.
493	2	5	Hexi, *lege* Ex.
501	2	8	*p.* 399, *adde* itinerar. Antonini.
508	1	1, 11, *ult.*	ἐτελεύτα, *lege* ἐτελεύτα.
		ult.	Nonnium, *lege* Nonium.
515	2	6	Camiam, *lege* Cadmiam.
518	2	2	ἰσορεῖται, *lege* ἰσόρηται.
522	2	2	οἰδ', *lege* οἱ δ'.
525	1	6	ἀξιολόγον, *lege* ἀξιόλογον.
528	1	7	μελανκρανίον, *lege* μελαγκρανίον.
540	1	3	οἶαν, *lege* οἴαν.
545	1	4	τὴ, *lege* τῇ.

STRABONIS

ΤΩΝ

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΙ ΙΖ.

STRABONIS

RERUM

GEOGRAPHICARUM

LIBRI XVII.

ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Α. ὍΤΙ οὐκ ἐκτὸς φιλοσοφίας ἡ Γεωγραφικὴ πραγματεία. Ὅτι καὶ Ὅμηρος αὐτῇ πανταχοῦ τῶν ἐπῶν φαίνεται χρώμενος.

Β. Ὅτι οἱ πρότερον αὐτῇ χρησάμενοι ἐλλειπῶς, ἢ ἀναρθρώτως, ἢ ἐσφαλμένως, ἢ ψευδῶς, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀσυμφώνως εἰρήκασιν. Ἔλεγχοι καὶ ἀποδείξεις τοῦ εἰκότως αὐτὸν κρίνειν κεφαλαιώδεις, πάσης οἰκουμένης συντόμως ὑποτυποῦντες τὴν διάθεσιν.

Γ. Πίστις εἰκότων, καὶ τεκμηρίων βεβαίωσις, τοῦ κατὰ πολλὰ μέρη τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ εἰς ἀλλήλους μετατεθῆναι.

Δ.

CAPITA LIBRI PRIMI


GEOGRAPHICORUM STRABONIS.

I. GEOGRAPHIÆ tractatio a philosophiâ haud aliena est. 1. *Quòd qui primi geographiam attigerunt, fuere philosophi, quorum agmen ducit* Homerus, cujus poemata summam rerum geographicarum peritiam ubique exhibent. 2. *Quòd geographia parari nequit absque multiplici cognitione rerum ad philosophiam pertinentium; & quòd ipsa maximè conducit ad quaslibet philosophiæ partes rectè intelligendas.*

II. QUI priùs geographiam tractaverunt, multa vel omiserunt, vel confusa, dubia, falsa, inter se diffidentia tradiderunt. Pluribus argumentis Strabo se rectè sic pronuntiasse demonstrat, & totius terræ habitabilis dispositionem summatim oculis subjicit, *dum primum geographicorum Eratosthenis librum expendit, atque Homerum contra criminationes Eratosthenicas defendit.* 1. *De fabularum interpretatione.* 2. *De ventis.* 3. *De Nilo & Pharo insulâ.* 4. *De Isthmo maris Erythræi.* 5. *De Æthiopibus, Sidoniis, Erembis.* 6. *De Charybde.* 7. *De Gaudo & Corcyrâ.* 8. *De Argonautis.*

III. *PERGIT Strabo in primum Eratosthenis librum inquirere* 1. *De iis quorum autoritate utitur Eratosthenes, & erroribus qui ex eo fonte manarunt.* 2. *De terræ formâ, & ejus partium variis mutationibus; quo loco* conjecturis & exemplis ostendit terrarum partes quamplurimas in maria versas, & vicissim.

IV. *SECUNDUS liber Eratosthenicæ Geographiæ expenditur.* 1. *De dimensione terræ totius.* 2. *De dimensione latitudinis terræ habitabilis.* 3. *De divisione terræ habitabilis.*



ΤΩΝ

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ


ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

Ὅτι οὐκ ἐκτὸς φιλοσοφίας ἡ Γεωγραφικὴ πραγματεία. Ὅτι καὶ Ὅμηρος αὐτῇ πανταχοῦ τῶν ἐπῶν φαίνεται χρώμενος.

ΤΗΣ τοῦ φιλοσόφου πραγματείας εἶναι νομίζομεν, εἴπερ ἄλλην τινὰ, καὶ τὴν γεωγραφικὴν, ἣν νῦν προῃρήμεθα ἐπισκοπεῖν. Ὅτι δ' οὐ φαύλως νομίζομεν, ἐκ πολλῶν δῆλον. Οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαρρήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρξαν· Ὅμηρός τε καὶ Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, καὶ Ἑκαταῖος ὁ πολίτης αὐτοῦ, καθὼς καὶ Ἐρατοσθένης φησί· καὶ Δημόκριτος δὲ, καὶ Εὔδοξος, καὶ Δικαίαρχος, καὶ Ἔφορος, καὶ ἄλλοι πλείους· ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους Ἐρατοσθένης τὲ καὶ Πολύβιος, καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι. Ἡ τὲ πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατὸν, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ [a] τὰ

[a] τὰ ἀνθρώπεια.] Sic habet Regius codex mſ. Sic & veteres libri ad marginem editorum citati. Recepta lectio ἀνθρώπινα. Cùm lectio utraque defendi



STRABONIS
GEOGRAPHICORUM
LIBER PRIMUS.
CAPUT I.

Geographiæ tractatio à philosophiâ haud aliena est. 1. *Quòd qui primi geographiam attigerunt, fuere philosophi. quorum agmen ducit* Homerus, cujus poemata summam rerum geographicarum peritiam ubique exhibent. 2. *Quòd geographia parari nequit absque multiplici cognitione rerum ad philosophiam pertinentium; & quòd ipsa maximè conducit ad quaslibet philosophiæ partes rectè intelligendas.*

TERRÆ descriptionem, quam in præsentiâ instituimus, philosopho non minùs ullâ aliâ re, quam is suæ tractationis esse ducit, considerandam censemus. Quod nos haud ab re sentire, multis argumentis liquet. Qui enim primi geographiam attingere ausi sunt, philosophi ii fuere: Homerum dico, Anaximandrum Milesium, ejusque civem Hecatæum (ut Eratosthenes etiam ait) item Democritum, Eudoxum, Dicæarchum, Ephorum, aliosque complures: nec non iis ætate posteriores, Eratosthenem, Polybium, Posidoniumque, homines & ipsos

---

possit, eam retinuimus quam codex Regius exhibet, ad cujus normam contextum Strabonis exigere instituimus.

ἀνθρώπεια ἐπιβλέποντος· ὥνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τις οὖσα, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικὰ, καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην τῶν τε οὐρανίων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστὶ, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα τοῦ περὶ τὸν βίον τέχνης, καὶ εὐδαιμονίας.

Ἀναλαβόντες δὲ καθέκαστον ἐπισκοπῶμεν τῶν εἰρημένων [b] ἔτι μᾶλλον. Καὶ πρῶτον, ὅτι ὀρθῶς ὑπειλήφαμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστι καὶ Ἵππαρχος, ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας Ὅμηρον· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι, καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ [c] τὸν πολιτικόν· ἀφ' ἧς οὐ μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσῃ τοῖς ὕστερον ἐσομένοις· ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τοὺς τόπους τούς τε καθ' ἕκαστα, καὶ τοὺς κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην γῆν τε, καὶ θάλατταν. [d] Οὐ γὰρ ἂν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτῆς περάτων ἀφίκετο τῇ μνήμῃ κύκλῳ περιϊών. Καὶ πρῶτον μὲν τῷ ὠκεανῷ περίκλυστον, ὥσπερ ἐστὶν, [e] ἀπέφηνεν αὐτήν· ἔπειτα δὲ τῶν χωρίων τὰ μὲν ὠνόμαζε, τὰ δὲ ὑπηνίττετο τεκμηρίοις τισὶ, Λιβύην μὲν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς (οὓς εἰκὸς λέγειν τοὺς Τρωγλοδύτας Ἄραβας) ῥητῶς λέγων, τοὺς δὲ πρὸς ταῖς ἀνατο-

---

[b] ἔτι μᾶλλον.] Sic mſ. R. Sic & editio Caſauboniana. Notat vero Caſaubonus ipſe, libros manu exaratos habere ἔτι δὲ μᾶλλον, & legendum cenſet ἔτι καὶ μᾶλλον, ex conjecturis; ſed nihil obſtat quin mſ. Regii lectio retineatur, quam exhibemus.

[c] τὸν πολιτικόν.] Codices mſſ. quidam habent τῶν πολιτικῶν, & lectionem hanc ſecutus eſt vetus interpres, quam improbat Caſaubonus. Recte τὸν πολιτικόν: neque ex conjecturis Caſauboni ſolùm, ſed ex codice Regio, lectionis hujus comprobatur auctoritas. Sæpius apud Strabonem reperire eſt τὸν πολιτικὸν βίον.

[d] Οὐ γὰρ ἂν μέχρι.] Mendoſus fortè locus cui nihil opis fert eroſa mſ. Regii pagina. Caſaubono non diſplicebat legere οὐ γὰρ οὖν, cum interrogationis notâ poſt vocem περιϊών; & hinc ſenſus emergit optimus, ſcilicet: *nonne enim ille ad extremos uſque terræ fines pervenit, orbem memorando circumluſtrans?* De cætero, cùm ſententia plana ſit, & contextus, nullâ adhibitâ emendatione, ſervari queat, ab ipſo manus abſtinebimus.

[e] ἀπέφηνεν.] mſſ. teſte Caſaub. ἀπέφαινεν.

philoſophos. Jam multarum rerum cognitio, quâ ſolâ hoc opus confici poteſt, non eſt niſi ejus, qui divinas humanaſque res contemplatur: quarum rerum ſcientiâ philoſophiam definiunt. Tum utilitas quoque multiplex, quæ partim ad negocia civilia actioneſque principum virorum conducit, partim ad cognitionem cœleſtium, terreſtrium, maritimorumque animantium, ſtirpium, frugum, atque aliarum rerum quæ ſingulis viſuntur locis, virum deſignat eum, cui vitæ ars & beatitas curæ ſit.

Verùm ſingula hæc denuo orſi accuratiùs perpendamus: ac primo loco id, rectè & à nobis, & à majoribus noſtris, quos inter eſt etiam Hipparchus, exiſtimatum fuiſſe, primum geographicæ peritiæ auctorem eſſe Homerum: qui non modò poëticâ virtute omnes & priores & poſteriores ſuperavit, ſed ferè etiam vitæ civilis experientiâ: quâ is adjutus, non in hoc modò operam dedit ut actiones plurimas cognoſceret, eaſque ad poſteritatem tranſmitteret; ſed & in locorum, cùm quæ ſingularum ſunt regionum, tùm totius, quatenus incolitur, terrarum orbis mariſque explorationem ac deſcriptionem idem impendit induſtriæ. Abſque enim hoc fuiſſet, nunquam ille in orbem rediens commemorando terræ ſitu, ad extremos uſque ejus fines pertigiſſet. Enimverò primò omnium terram, ita ut res habet, undiquaque oceano cinctam allui pronunciavit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibuſdam notis per ambages indicavit [1] Lybiam quidem, Æthiopiam, Sidonios & Erembos (quos Troglodytas Arabes rectè dixeris) aperto nomine appellans, per

---

[1] *Lybiam quidem, Æthiopiam, &c.*] Quædam in verſione Xylandrinâ hic immutavimus, ut mens Strabonis magis eluceſceret. Reſpicit Geographus ad Odyſſ. δ, verſ. 84. & ſequentes:

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους, καὶ
Ἐρεμβούς,
Καὶ Λιβύην·

ubi Homerus aperto nomine appellat Æthiopas, Sidonios, Erembos, Lybiam. Fusè ad hunc locum infrà Strabo commentatur.

λαῖς, καὶ δύσεσιν ἀντιτόμενος ἐκ τοῦ τῷ ὠκεανῷ κλύζεσθαι. [f] Ἐνθένδε γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον, ὡς δὲ αὔτως καὶ τὰ ἄστρα·

Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
Ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο...... [g]

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν· [h]

καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει.

Τῶν δ' ἑσπερίων ἀνδρῶν δὲ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφανίζει, καὶ τὴν εὐκρασίαν τοῦ περιέχοντος, πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, [i] τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦτον ἐφ' ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐστράτευσε, καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον, οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχὴν, [k] μετὰ ταῦτα δὲ Ῥωμαῖοι. Ἐνταῦθα γὰρ αἱ τοῦ Ζεφύρου πνοαὶ, ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Ἠλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητὴς, εἰς ὃ πεμφθήσεσθαι τὸν Μενέλαόν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν·

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο [l] λιγὺ πνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησι..... [m]

Καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς Μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης πρὸς δύσιν, καθ' ὃ μέρος συντρέχει καὶ τὸ τῆς Ἰβηρίας [n] τὸ

---

[f] Ἐνθένδε.] mss. teste Casaub. ἐντεῦθεν.
[g] Iliad. η, vers. 421. Odyss. τ, 433.
[h] Iliad. θ, vers. 485.
[i] τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦτον.] Editi habent τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦν, & sic legit uterque interpres. At Casaubonus veram lectionem ex conjecturis assecutus fuerat, τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦτον. *Quis enim*, ait, *ità loquitur* στρατεύειν ἐπὶ πλοῦν? Quin & Strabo ipse Ἰβηρικὸν πλοῦτον commemorat lib. 3. Jam non dubia lectio, quam non solùm Casauboni sagacitas indicat, sed Regii codicis auctoritas asserit; ergò eam contextui restituere, & ad ejus mentem Xylandri versionem emendare, religio nobis non fuit.

ambages

ambages verò eos indicans, qui ad ortum & occasum Solis habitant; innuens scilicet eos oceano allui. Nam Solem ex oceano oriri, & in eundem occidere ait, item stellas:

Jamque recens terras tangebat lumine Titan
Oceani liquidis placidi subvectus ab undis:

&

Fulgida Latoidæ simul incidit oceano lux,
Attraxitque nigram noctem ....

astra quoque dixit lavari oceano.

Cæterùm eorum qui Occidentem incolunt, fœlicitatem etiam, bonamque aëris temperiem demonstravit: quia (ut apparet) inaudiverat de Ibericis divitiis, quarum causâ Hercules expeditionem fecit, & postea temporis Phœnices (qui & amplissimo sunt potiti imperio) ac tandem Romani. Ibi enim spirat Favonius: atque eò poëta collocat Elysium campum, in quem a diis missum iri Menelaum fingit:

Sed te, quà terræ postremus terminus exstat,
Elysium ad campum cœlestia numina mittent,
Quem Rhadamanthus habet, quà vita facillima longè
Ducitur; haud campos Jupiter nive conspuit illos,
Miscetur gelidis neque tempestatibus aër,
Nulli imbres: tantùm spirat levis aura Favoni,
Missaque ab oceano nimios demitigat æstus.

Quin & Fortunatorum insulæ ante Maurusiæ fines occiduos sitæ sunt, quam ad partem & extrema Iberiæ occidua

---

[k] μετὰ ταῦτα δ᾽.] mss. teste Casaubono μετὰ δ᾽ ταῦτα.

[l] λιγὺ πνείοντας.] In mss. codd. Odyss. syllaba ultima vocis λιγὺ accentu notatur. Vid. lectiones varias in Odyss. edit. Jos Barnesii, p. 107. λιγὺς *suavis*, ultimam acuit, Λίγυς *Ligur*, penultimam: quod neminem fugit qui musas græcas à limine salutavit. Porrò hoc loco, de suavi Favonii aurâ, non de Ligusticâ orâ agitur. Ergò infelix conjectura margini editionis Casaubonianæ adscripta, quæ penultimam vocis λίγυ acuendam esse contendit.

[m] Odyss. δ, vers. 563.

[n] τὸ ταύτῃ.] mss. quos citat Casaubonus, τὸ ταύταις; ms. Reg. τὸ ταύτης.

ταύτῃ πέρας. Ἐκ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον, ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας, διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε καὶ Αἰθίοπες ἔσχατοι ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, δηλοῖ· ὅτι μὲν ἔσχατοι,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. [o]

(Οὐδὲ τοῦ, διχθὰ δεδαίαται, φαύλως λεγομένου, ὡς δειχθήσεται ὕστερον·) ὅτι δ᾽ ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ,

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ᾽ ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. [p]

Ὅτι δὲ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἐσχατιὰ παρωκεανῖτίς ἐστιν, οὕτως ᾐνίξατο εἰπὼν περὶ τῆς ἄρκτου,

Οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. [q]

Διὰ μὲν γὰρ τῆς ἄρκτου, καὶ τῆς ἁμάξης, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· οὐ γὰρ ἂν τοσούτων ἀστέρων ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ περιφερομένων τῷ ἀεὶ φανερῷ, οἴην ἄμμορον εἶπε λοετρῶν ὠκεανοῖο· ὥστ᾽ [r] οὐκέτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν, ὡς μίαν ἄρκτον ἀντὶ δυοῖν εἰδότος· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν που, τὴν ἑτέραν [s] ἠστροθετῆσθαι·

---

[o] Odyſſ. α, verſ. 23.
[p] Iliad. α, verſ. 423.
[q] Iliad. σ, verſ. 489.
[r] οὐκέτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν.] Legendum conjectat Caſaubonus ἐκεῖν pro οὐκέτι: vel καταγινώσκοι τίς; cum interrogantis notâ, pro καταγινώσκουσι. Nihil mutandum cenſemus.

[s] ἠστροθετῆσθαι.] Sic vulgata lectio, ſic & mſ. Reg. quamvis legiſſe ſe in eodem mſ. ἠστροθετῆσθαι moneat Montfauconius in ſpecimine variarum lectionum ex illo ipſo codice excerptarum, quas in bibl. biblioth. mſſ. novâ juris publici fecit. Certè hîc cæcutiit vir alioquin oculatiſſimus.

---

[1] *Ex nomine autem conſtat*, &c.] Fatetur Xylander ſe non ſatis aſſecutum fuiſſe quid hic ſibi velit Strabo. Miror ſanè, cùm ſententia plana ſit. Probat Geographus occiduas Iberiæ partes, pro fortunatis regionibus olim habitas; inſulæ ſi quidem iis vicinæ Fortunatorum inſulæ nuncupatæ fuerunt, non aliundè profectò, niſi quòd fortunatis Iberiæ regionibus eſſent propinquæ. Sic locum hunc interpretatus eſt Caſaubonus; & ad hanc ſententiam ver-

concurrunt. [2] Ex nomine autem constat eas quoque fortunatas ideò creditas, quòd illis essent locis vicinæ.

Porrò Æthiopes ultimos ad oceanum esse docet : ultimos, hoc carmine :

Extremos hominum Æthiopas, geminisque diremtos
Partibus ....

(Neque [3] vanum est quod dicit *geminis diremtos partibus*, ut infrà demonstrabitur) ad oceanum habitare, his :

Namque hesternus ad oceanum est, justosque profectus
Juppiter Æthiopas, quorum convivia visit.

Extremam quoque terræ versus Septentriones oram oceano adjacere, verborum ambage significavit, de ursâ scribens :

Exclusa oceani prorsum est sola ista lavacris.

Nomine enim ursæ & plaustri, [4] Arcticum, hoc est, Septentrionalem circulum, notat. [5] Neque enim, cùm tot sidera eodem in loco semper conspicuo revolvantur, istam solam nunquam oceano lavari dixisset. Sic neque imperitiæ Homerum culpant, quòd loco duarum

---

sionem Xylandri emendavimus. De Fortunatis insulis quæ dicenda sunt nobis, ad librum tertium remittimus.

[3] *Neque vanum est*, &c.] Vertebat Xylander *ubi ne id quidem otiosum est*, *& eos bifariàm divisos scribit*. Omninò infeliciter : feliciùs, si veterem interpretem eo loco ducem secutus fuisset.

[4] *Arcticum*, *&c.*] Arcticus polus Straboni est de quo sic in suâ sphærâ Proclus ἐν ᾧ τὰ κείμενα τῶν ἄστρων οὔτε δύσιν οὔτε ἀνατολὴν ποιεῖται. Scilicet æquatori parallelus circulus, qui describitur circà polum, conversione ejus puncti sphæræ cœlestis, quod extremum horizontem attingit, non secat. Unde manifestum est, signa quotquot sunt quæ intrà hunc circulum & mundi polum intercipiuntur, nunquàm occidere, hoc est, nunquam infrà horizontem cadere ; hinc quoque patet, majorem vel minorem esse circulum arcticum ita sumptum, prò ut major aut minor est latitudo loci cujus arcticus circulus describitur.

[5] *Neque enim*, &c.] Sententia non ambigua quam ad verbum expressimus, nec Straboniana phrasis indigere nobis visa est vel Xylandrino commentario, vel Casauboniana correctione.

ἀλλ' ἀφ' οὗ οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο, καὶ ἐχρῶντο [t] πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας [u] τὴν διάταξιν ταύτην· ὥσπερ καὶ [x] τὸν Βερενίκης πλόκαμον, [y] καὶ τὸν Κάνωβον ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένον· πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας, καθάπερ καὶ Ἄρατός φησιν.

Οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει,

Οἶος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν· [z]

φεύγων τὰ μὴ φευκτά. Βελτίων δ' Ἡράκλειτος καὶ Ὁμηρικώτερος, ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ, τὴν ἄρκτον ὀνομάζων. [a] Ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός: ὁ γὰρ ἀρκτικός ἐστι δύσεως καὶ ἀνατολῆς ὅρος, οὐχ ἡ ἄρκτος. Διὰ μὲν δὴ τῆς ἄρκτου, ἣν καὶ ἅμαξαν καλεῖ, καὶ τὸν Ὠρίωνα δοκεύειν φησί, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τοῦ ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα, εἰς ὃν, καὶ ἐξ οὗ, τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται· εἰπὼν δὲ αὐτοῦ στρέφεσθαι, καὶ ἀμοιρεῖν τοῦ ὠκεανοῦ, οἶδεν ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τοῦ ὁρίζοντος γίνεται ὁ ἀρκτικός. Ἀκολούθως δὴ τούτῳ τὸ ποιητικὸν [b] ἁρμόσαντες, τὸν μὲν ὁρίζοντα

---

[t] πρὸς τὸν πλοῦν.] mss. juxta Casaub. εἰς τὸν πλοῦν.

[u] τὴν διάταξιν ταύτην.] Veteres libri tres, teste Casaubono, habent διάστασιν, quod annotandum duxit vir doctus, non sequendum.

[x] τὸν Βερενίκης πλόκαμον.] Conon inter astra crinem Berenices retulit, quod præter alios testatur Achilles Tatius.

[y] καὶ τὸν Κάνωβον.] Astrum splendidissimum quod versus meridiem Rhodi incipit apparere. Vid. Procl. Cleomed. & Straborem ipsum, lib. 3.

[z] Iliad. σ, vers. 489.

[a] Ἠοῦς καὶ ἑσπέρας.] vulgò Ἠοῦς γὰρ καὶ ἑσπέρας. Particula γὰρ deest in ms. Reg. & eam quasi supervacaneam eliminavimus. Verba ipsa Heracliti adducere videtur Strabo.

[b] ἁρμόσαντες.] mss. teste Casaubono, προσαρμόσαντες.

---

[6] *cùm probabile non sit*, &c.] Thales Milesius, duobus sæculis Homero posterior, ursam alteram nuncupavit. Vide Laert. in Thalete initio ex Callimacho, Eustathium & Didym. in Hom.

[7] *Ergò ne Crates quidem rectè scripsit.*] Crates reponebat οἶος pro οἴη, *solus* pro *sola*, ut intelligeretur ὁ ἀρκτικὸς, *circulus Arcticus*; non ἡ ἄρκτος, *Ursa ipsa*. Hæc emendatio non probatur Straboni. Ambiguè enim & obscurè admodùm locutus fuisset Homerus, si scripsisset οἶος, *solus*, quasi vox ἄρκτος, *Ursa*, masculini foret generis, cùm non pro signo, sed pro circulo Arctico usurparetur. Sanior multò est Heracliti sententia quam huc adducit Geographus.

[8] *aura est sereni Jovis*, &c.] Id

urſarum unicam habuerit cognitam: [6] cùm probabile non ſit alterius quoque ſidus jam tum quoque nuncupatum fuiſſe: ſed appareat ab eo tempore, quo id à Phœnicibus obſervatum, & ad dirigendas navigationes uſurpatum fuit, ejus ſideris inſtitutum etiam ad Græcos fuiſſe propagatum: quo modo etiam crinis Berenices, & Canopus ab his recepta ſunt, quibus nuper admodum ſunt facta nomina, nec non aliæ multæ ſtellæ, quæ adhuc carent nominibus, quod & Aratus fatetur.

Ergo ne [7] Crates quidem rectè ſcripſit,

Oceanî prorſum ſolus caret iſte lavacris:

fugiens id, quod fugiendum non erat. Melior Heraclitus ac Homero convenientior, qui itidem per urſam, arcticum circulum intelligit. *Terminus* (inquit) *auroræ & veſperæ eſt urſa: & è regione urſæ* [8] *aura eſt ſereni Jovis;* nimirum verò non urſa, ſed arcticus circulus, limes eſt ortûs atque occaſûs. Urſæ quidem [9] nomine (quam & plauſtrum vocat ab eâque obſervari Orionem dicit) arcticum intelligit circulum: oceani autem nomine, horizontem intelligit, in quem occaſus & è quo ortus fiant. Quod autem eodem in loco circumverti, & expertem oceani eſſe ait, norat Arcticum circulum [10] deſcribi ad id horizontis punctum quod ad Septentrionem omnium maximè accedit. His jam poëtæ verba, uti conſentaneum eſt, accommodantes, horizontis

---

eſt, meridies ſive cardo undè ſpirat νότος αἰθρηγενέτης. Argumentum autem Strabonis, hoc in loco ſubobſcurum, eò recidit. Heraclitus ait urſam auroræ & veſperæ terminum eſſe, hoc eſt, ortûs & occaſûs ſyderum; atqui terminus ortûs & occaſûs non urſa dici poteſt, ſed ipſe eſt circulus Arcticus, ſiquidem non niſi extra hunc circulum aſtra oriri & occidere videntur: ergo Heraclitus, ſicut & Homerus, arcticum circulum nomine Urſæ appellavit, quod probandum Strabo ſuſceperat.

[9] *Urſæ quidem nomine* &c.] Xylander vertit: *ergò urſæ nomine.* Vetus interpres, *per urſam enim:* neuter accuratè; neque ſeries argumentationis ſatis utrique perſpecta eſt. Jam non ad Heraclitum ſed ad Homerum ipſum referri debent quæ ſequntur; reſpicit enim Strabo ad Iliad. σ, verſ. 487 & ſeq.
Ἄρκτον θ᾽ ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ᾽ αὐτοῦ στρέφεται, καί τ᾽ Ὠρίωνα δοκεύει.

[10] *deſcribi ad id horizontis punctum*, &c.] hoc eſt, horizontem attingere ad unicum punctum, ſcilicet ſeptentrioni proximum, juxta hanc arctici circuli definitionem ὁ ἀρκτικὸς κύκλος... ὁ ἐφαπτόμενος τοῦ ὁρίζοντος καθ᾽ ἓν σημεῖον.

ὀφείλομεν δέχεσθαι, τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ· τὸ δ᾽ ἀρκτικὸν, τῆς γῆς ἀπτόμενον, ὡς ἂν πρὸς αἴσθησιν καὶ τὸ ἀρκτικώτατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον· ὥστε ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γῆς, κλύζοιτ᾽ ἂν τῷ ὠκεανῷ [c] κατ᾽ αὐτόν.

Καὶ τοὺς ἀνθρώπους οἶδε τοὺς προσβορέους μάλιστα, οὓς ὀνομαστὶ μὲν οὐ δηλοῖ (οὐδὲ γὰρ νῦν πω κοινὸν ὄνομα αὐτοῖς κεῖται πᾶσι) τῇ διαίτῃ δὲ φράζει, Νομάδας αὐτοὺς ὑπογράφων καὶ [d] ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς, γαλακτοφάγους ἀβίους τε.

Καὶ ἄλλως δ᾽ ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν ὠκεανὸν, ὅταν οὕτω φησὶν ἡ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν· [e]

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνῆφθαι λέγει τὸν ὠκεανόν· [f] τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ περίκειται· ἔν τε τῇ ὁπλοποιΐᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος.

Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης καὶ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὰς [g] πλημμυρίδας τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τὰς ἀμπώτεις, ἀψόρρου ὠκεανοῖο λέγοντα· καὶ,

---

[c] κατ᾽ αὐτόν. Καὶ τοὺς ἀνθρώπους, &c.] In editis miserè perturbatus locus ille interversâ punctorum distinctione; quod veteri interpreti ne suspicionem quidem movit. Mendum vidit Xylander, & locum ex conjecturis feliciter tum in notis tum in versione restituit. Casaubonus veterum codicum ope, conjecturas Xylandri confirmavit; sed uterque contextum græcum vitiosâ interpunctione deformatum reliquit. Nos ex cod. Reg. & voces, & vocum distinctiones in ordinem adduximus.

[d] ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς, &c.] Respicit Strabo ad Iliad. ν, vers. 5 & 6.

. . . Καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν
Γλακτοφάγων, ἀβίωντε.

[e] Iliad. ξ, v. 200.

[f] τὰ δὲ πέρατα.] Editi habent τὰ δὲ ἔσχατα πέρατα. Vocem ἔσχατα expunximus omninò otiosam, imò redundantem. Homerus cujus verba expenduntur, hoc loco vocem ἔσχατα non agnoscit.

[g] πλημμυρίδας.] Editi habent πλημμυρίας. Veram lectionem, de quâ jam Casaubonus ex veteribus libris monuerat, Regio codice vindice restituimus.

---

[11] *quod in terrâ oceano respondet.*] Græcè τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ. Sic editi. Casaubonus ait veteres codices habere τὸν ἐπὶ τῆς γῆς, quæ lectio ipsi magis placet. Codex Reg. lectionem editorum tuetur. Quædam autem hîc in versione Xylandri mutavimus, quæ non satis perspicuè men-

loco debemus ſumere id, [11] quod in terrâ oceano reſpondet: arcticum autem circulum eum intelligere, qui ſensûs teſtimonio terram videtur attingere, eâ habitationis parte, quæ proximè Septentrionem eſt; itaque ea pars terræ, ſi Homerico more loquaris, oceano alluetur.

Præterea maximè agnovit homines Septentrionales quos nominatim quidem non appellat (cùm ne hodie quidem commune iis univerſis nomen ſit impoſitum) ſed vitæ degendæ ratione eos deſcribit, [12] Nomadas ipſos deſignans, quos & ſplendidos equarum mulctores, & lacte veſcentes, inopeſque vocat.

Aliàs quoque oceano terram in orbem ambiri innuit, ita fante Junone:

Namque abeo fines terræ inſpectura feracis.
Oceanumque Deûm primordia ....

omnibus finibus ejus oceanum eſſe adjunctum dicens: extremi autem fines circulo eam ambiunt. Et in armorum fabricatione, in orâ clypei Achillis rotundi, oceanus circumponitur. [13]

Ad eandem ſolertiam pertinet, quòd affluxus & refluxus oceani non ignoravit, oceano [14] refluentis appellationem tribuens, & ibi,

---

tem Strabonis declarare videbantur.

[12] *Nomadas ipſos deſignans.*] Xylandrinæ verſioni manum hic tantillùm admovimus. Verba hæc Νομάδας αὐτὺς ὑπογράφων Xylander vertebat, *incertis ſedibus eos vagari dicens.* At nihil apud Homerum legitur de incertis ſedibus ejus gentis, quam lacte veſcentem docet. Ergo vox ea Νομάδας non quaſi adjectiva & juxta vim ſuam accipienda eſt; ſed quaſi nomen gentile populorum ad ſeptentrionem ſitorum, de quibus Strabo ſæpiùs. Fatemur Homerum nullibi Nomadûm nomine uti: verùm neque Nomadas aperto nomine a poetâ appellatos ſcribit geographus eo loco, imò potiùs deſignatos degendæ vitæ ratione, ubi populos lacte veſcentes & equarum mulctores Homerus commemorat. Hæc videtur Strabonis ſententia, quam Xylander aſſecutus non fuit; & quam declarat ſatis vox ὑπογράφων, *deſcribens*, *deſignans.* Certè quidem Nomades, plauſtris habitantes, equarum lacte veſcebantur, ut Heſiodus teſtatur apud Strabonem ipſum lib. VII. Quin & in ſcholiis, ad Iliad. ν. verſ. 6. ἁμαξόβιοι, *plauſtri habitantes* dicuntur ii quos γαλακτοφάγυς, *lacte veſcentes* Homerus vocat. Rectè igitur Strabo deſignatos ab Homero Nomadas monet eâ vivendi ratione.

[13] Vid. Iliad. σ, verſ. 606. & ſeqq.

[14] *refluentis appellationem.*] Græcè ἀψοῤῥόυ, quâ voce utitur Hom. Odyſſ. υ, verſ. 65. Iliad. σ, verſ. 399.

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ·[h]

καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς, ἀλλὰ δὶς, τάχα τῆς ἱστορίας[i] παραπεσούσης, ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης· ἀλλ' ἥγε προαίρεσις τοιαύτη· καὶ τὸ ἐξ ἀκαλαῤῥείταο δὲ, ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχούσης τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν, καὶ οὐ τελέως ῥοώδη.

Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ σκοπέλους λέγειν τοτὲ μὲν[k] καλυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνουμένους, καὶ ἐκ τοῦ, ποταμὸν φάναι τὸν ὠκεανὸν, εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τὰς πλημμυρίδας ἐμφανίζεσθαι. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον εὖ, τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον· οὔτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι[l] ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος ἐπίβασις, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις οὐ τοιαύτη.

Ὅ, τε τοῦ Κράτητος λόγος διδάσκει τὶ πιθανώτερον· βαθύῤῥουν μὲν γὰρ καὶ ἀψόῤῥοον λέγει, ὁμοίως δὲ καὶ ποταμὸν τὸν ὅλον ὠκεανόν· λέγει δὲ καὶ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ τὶ ποταμὸν, καὶ[m] ποταμοῖο ῥόον, οὐ τοῦ ὅλου, ἀλλὰ τοῦ μέρους, ὅταν οὕτω φησὶν,

> Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
> Νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.[n]

Οὐ γὰρ τὸν ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ ὠκεανῷ τοῦ ποταμοῦ ῥόον μέρος ὄντα τοῦ ὠκεανοῦ,[o] (ὅν φησιν ὁ Κράτης ἀνάχυσίν τινα καὶ

---

[h] Odyss. μ, verſ. 105.

[i] παραπεσούσης.] Veteres libri, παραπεσόντος, teſte Caſaubono : ſic & mſ. Reg. eòdem utraque lectio recidit.

[k] καλυπτομένους.] Sic mſ. Reg. & rectè. Corrupta lectio quam margini Caſaubonus affixit, καμπτομένους.

[l] ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος, ἐπίβασις.] Elegantior eſt lectio hæc quam ex mſ. Reg. exſcripſimus. Editi ferunt ἔοικεν ἐπίβασις τῆς πλημμυρίδος.

[m] ποταμοῖο ῥόον.] Diſtinctio quam Crates adhibet, controverſiam omnem non dirimit. Homerus enim utitur his verbis, Iliad. ξ, verſ. 245.

> . . . . . . Ποταμοῖο ῥέεθρα
> Ὠκεανοῦ.

Agitur autem eo loco non de parte quâdam oceani, ſed de toto oceano, quantus quantus eſt,

> Ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.
> Ibid. verſ. 246.

ſed fuſiùs de his, in animadverſionibus quas ad calcem Strabonis gallicè verſi mox prælo committemus.

[n] Odyſſ. μ, verſ. 1 & 2.

[o] Quæ uncis comprehenſa ſunt,

Terque

Térque die allidit fluctus, totiesque resorbet:

quòd enim non ter, sed bis æstus maris quotidie accidit, in eo aut aberravit a vero narratio, aut in scripturâ mendum est: certè æstum maris voluit significare poeta. Quin & id, quòd oceanum [15] leniter fluentem appellat, affluxum æstûs marini exprimit, leniter accedentem, & non omnino impetuosum.

Posidonius vehementiorem affluxum augescentis maris eo etiam innuisse Homerum putat, quòd scopulos memoravit [16] modò occultatos, modò detectos, & quòd fluvii nomine oceanum affecit; [17] quorum prius rectum est, posterius nihil habet rationis. Nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut cursui fluminis ea accessio sit similis: & recessio adhuc etiam magis ei dissimilis est.

Cratetis expositio quippiam habet probabilius. Nam & toti oceano vocabula profundè ac retrò fluentis, [18] atque fluvii [19] attribuit Homerus: & partem quandam oceani fluvium, fluminisque fluxum appellat, non de toto, sed parte oceani loquens, his verbis:

Navis, ut oceani primùm est egressa fluenta,
Atque maris vasti tumidas devenit in undas:

significans non totum oceanum, sed decursum fluminis in oceano, qui defluxus pars est oceani. Hunc Crates ait refusam quandam paludem ac sinum esse, qui ab hyberno

---

desunt in contextu codicis Regii; sed ad oram exteriorem paginæ addita fuerunt eâdem manu quæ magnam mss. partem exaravit, & quæ totum codicem recensuisse videtur. Hinc fortè conjectare licuerit, additamentum hoc nihil aliud esse quàm scholium quod è margine irrepsit in contextum; neque enim locus ille aliquid habet hiulci. Fateor tamen, ea quæ adduntur optimè cum antecedentibus & sequentibus cohærere; undè nihil affirmare ausim.

---

[15] *leniter fluentem.*] Homerus oceanum ἀκαλαῤῥείτην, id est leniter fluentem, vocat. Odyss. η, vers. 434.

[16] Vide Odyss. μ, vers. 237 & seqq.

[17] Ibid. vers. 1. & Iliad. ξ, vers. 245.

[18] Odyss. λ, vers. 13. υ, vers. 65.

[19] Iliad. ξ, vers. 245.

κόλπον ἐπὶ τὸν νότιον πόλον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ διήκοντα· τοῦτον γὰρ δύναιτ᾽ ἄν τις ἐκλιπὼν, ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὠκεανῷ,) τὸ δὲ ὅλον ἐκλιπόντα ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὅλῳ, οὐχ οἷόν τε. Ὅμηρος δέ γε οὕτω φησὶ,

....ποταμοῖο λίπεν ῥόον....
...ἀπὸ δ᾽ ἵκετο κῦμα θαλάσσης·

ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ ὠκεανός. Γίνεται οὖν, ἐὰν ἄλλως δέχῃ, ἐκβὰς ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ, ἦλθεν εἰς τὸν ὠκεανόν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης.

Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. [p] Πανταχοῦ γὰρ ὅπου ποτ᾽ οὖν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν, εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν ὠκεανόν. Καὶ [q] ὅπου τῇ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι. Τὸ μὲν γὰρ ἑωθινὸν πλευρὸν τὸ κατὰ τοὺς Ἰνδοὺς, καὶ τὸ ἑσπέριον, τὸ κατὰ τοὺς Ἴβηρας, καὶ τοὺς Μαυρουσίους, περιπλεῖται πᾶν, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ τε Νοτίου μέρους, καὶ τοῦ Βορείου· τὸ δὲ λειπόμενον, ἄπλουν ἡμῖν μέχρι νῦν, τῷ μὴ συμμῖξαι μηδένας ἀλλήλοις τῶν ἀντιπεριπλεόντων, οὐ πολὺ, εἴ τις συντίθησιν, ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων, τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν. Οὐκ εἰκὸς δὲ, διθάλαττον εἶναι τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν, ἰσθμοῖς διειργόμενον οὕτω στενοῖς, τοῖς κωλύουσι τὸν περίπλουν· ἀλλὰ μᾶλλον σύρρουν, καὶ συνεχές. Οἵτε γὰρ περιπλεῖν ἐπιχειρήσαντες, εἶτα ἀναστρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς ἀντιπιπτούσης, [r] καὶ κωλυούσης τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀνακρουσθῆναι φασὶν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας, καὶ ἐρημίας,

---

[p] Πανταχοῦ γὰρ ὅπου.] Sic mſ. R. editi πανταχῆ γὰρ ὅπῃ.

[q] ὅπου τῇ αἰσθήσει.] Sic mſ. R. editi ὅπου δὴ αἰσθήσει.

[r] καὶ κωλυούσης.] Deſunt verba hæc in editis. Locum ſic reſtituendum monuerat Caſaubonus; ſic legerat vetus interpres; ſic habet mſ. Medicæus, cujus varias lectiones publici juris fecit Abraham Gronovius ad calcem variorum geographicorum, Lugd. Bat. 1739. in 8°. quas ſæpiùs adducemus: ſic denique fert Regius codex. Ergo juxta hanc puram putam Strabonis lectionem, & contextum & verſionem emendavimus.

tropico usque ad polum meridionalem pertineat : hanc sanè egressus aliquis, adhuc possit esse in oceano : ut autem è toto egressus aliquis adhuc sit in toto, fieri nullo pacto potest. Homerus autem dicit,

. . . fluvii est egressa fluentum . . . .
. . . atque maris devenit in undas :

quod mare non est nisi oceanus. Nam si aliter interpreteris, hoc conficietur, ut oceano egressus oceanum dicatur intrasse. Sed hæc proxilioris sunt disputationis.

Cæterùm terram, quæ habitatur, esse insulam, primò omnium sensu & experientiâ docemur. Ubicunque enim unquam concessum fuit hominibus ad fines usque terræ progredi, mare invenitur, quod oceanum nominamus; & ubi sensu hoc deprehendere non licuit, ratio idem demonstrat. Latus enim Orientale, quod est apud Indos, & Occiduum, quod est juxta Hispanos & Maurusios; undiquaque circumnavigatur, & magna pars cùm Meridionalis, tum Septentrionalis lateris. Reliquum, [20] quod huc usque nobis navigatum non est, quia nulli invicem occurrerunt, qui è contrariis partibus profecti ea circumvecti navibus fuissent, non est multum : quod intelligitur si quis utrimque inter se conferat intervalla eorum locorum, ad quæ nobis pervenire licet. Atque consentaneum non est, [21] pelagus Atlanticum esse bimare, & isthmis adeò angustis dirimi, qui obstent ne circumiri navibus possit : sed confluere in sese, & esse continuum. Nam qui circumnavigare aggressi, deinde retrorsum conversi sunt, haud se retrò actos aiunt objectu alicujus terræ continentis quæ ulteriorem navigationem impediret, sed penuriâ rerum &

[20] *quod huc usque*, &c.] Mentem Strabonis expressimus quam series ipsa ratiocinationis indicat, nec satis perspicuè declarasse videbantur interpretes.

[21] *pelagus Atlanticum.*] Hinc patet, Strabonem per Atlanticum mare totum oceanum intelligere. Sic quoque loquebatur Eratosthenes, sic & Cicero; dum Mela & plerique alii, partem tantùm oceani occiduam, Atlantici maris nomine appellant. De hâc diversâ nominis hujus significatione monuit Casaubonus : siluit la Martinière in Dictionario geographico; quod ideò notandum duximus.

οὐδὲν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. Τοῖς τε πάθεσι τοῦ ὠκεανοῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ τοῦτο μᾶλλον. Πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει, καὶ τῶν αὐξήσεων, καὶ μειώσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας.

Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ πανταχοῦ, οὔτ' εἰ δοθείη τοῦτο, [s] ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύῤῥουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν· πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν, μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λεγόμεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι· τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον.

[t] Ὥσπερ οὖν τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε, καὶ φράζει σαφῶς ὁ ποιητής, οὕτω καὶ τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντός. Περιέχει γὰρ ταύτην, ἀπὸ στηλῶν [u] ἀρξαμένῳ, Λιβύη τε, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Φοινίκη· ἑξῆς δὲ ἡ πέριξ τῆς Κύπρου· εἶτα Σόλυμοι, καὶ Λύκιοι, καὶ Κᾶρες· μετὰ δὲ τούτους ἡ μεταξὺ Μυκάλης, καὶ τῆς Τρωάδος ἠϊὼν, καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, ὧν

---

[s] ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύῤῥουν εἶναι.] Vulgò τὸ, pro τοῦ, & sic ms. Reg. Fortè utrumque servandum, & legendum ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ τὸ σύῤῥουν εἶναι.

[t] Ὥσπερ οὖν.] Transit ad novum argumentum Strabo. Undè arguit Casaubonus legendum esse Ὥσπερ δὲ, quod confirmat auctoritate veterum codicum. Nihil mutavimus in contextu, cum codex Regius vocem οὖν tueatur; sed vocem eam in versione interpretamur *item*, non *enim verò*: ut Xylander. Neque nostræ interpretationi repugnat græca vox.

[u] ἀρξαμένῳ.] Proba lectio, Casaubono vindice. Monet idem in quatuor codicibus legi ἀρξαμένη, quam lectionem respuit. Codex Regius habet ἀρξάμενος, quod non magis probamus.

---

22 *quòd eadem ubique*, &c.] Truncam hoc loco Xylandri versionem restituimus.

23 *quòd cœlestia melius ali possint.*] De hujus loci obscuritate querebatur Xylander; & re ipsâ locum obscurissimè vertebat: verùm nihil obscuritatis habet Straboniana phrasis. Contendit

ſolitudine cùm nihilominus mare patefieret. Jam qui oceano accidunt affluxus atque refluxus, iis hæc ſententia noſtra meliùs congruit. Ubique enim modus mutationum, incrementi decrementique idem eſt, aut non multum varians: quaſi motu iſto ab uno mari, unâque causâ profecto.

Neque fidem meretur Hipparchus, eo hanc impugnans ſententiam, quòd neque ubique eadem oceano accidant, neque, ſi hoc detur, inde ſequatur Atlanticum mare in ſe refluere atque in orbem redire, [22] quòd eadem ubique oceano non accidant, teſtimonio Seleuci Babylonii confirmans. Nos verò majorem partem quæſtionis de oceano & æſtu ad Poſidonium atque Athenodorum rejicimus, qui de his abundè diſputaverunt. In præſentiâ id modò dicimus, ſententiam noſtram meliùs congruere & ad accidentium ſimilitudinem tuendam, & [23] quòd cœleſtia melius ali poſſint exhalationibus marinis, ſi humor copioſior circumfundatur.

Item ſicut extrema & in orbem terræ circumdata novit Homerus atque perſpicuè indicat, ita mare quoque internum. Id enim, ſi a columnis ſumas initium, continent Africa, Ægyptus, & Phœnice: deinde terra, quæ Cyprum circumdat, tum Solymi, Lycii, Cares: poſtea litus quod eſt inter Mycalen & Troadem, inſulæque ante id ſitæ, quarum omnium mentionem facit: ſicut & eorum,

---

geographus pelagi Atlantici tenorem nullis iſthmis fractum videri. 1°. quòd eadem ferè ubique ſit æſtuum ratio; 2°. quòd ea ſententia meliùs congruat ad perpetuam cæleſtium corporum conſervationem: cùm enim cœleſtia corpora exhalationibus oceani alantur, plus erit aquæ, & plus exhalationum orietur ad alenda ſidera. Nota Stoicum dogma relatum à Plutarcho, de placitis philoſophorum, libro ſecundo, capite vigeſimo; à Laertio in Zenone libro ſeptimo, p. 199; & ab aliis ſexcentis: quam opinionem irridet Ariſtoteles meteor. lib. 2, cap. 2. Hinc ſatis liquet Strabonem Stoicum ſe profiteri, quod non vidit Xylander, qui eum diſciplinæ Peripateticæ addictum fuiſſe falsò arbitratus eſt. Unde nihil mirum, ſi hoc in loco vim vocis συνέχεσθαι non ſenſerit quæ hic *ali*, *conſervari*, ſignificat, ſicut repoſuimus, non *contineri*, ut Xylander vertebat; nec feliciùs mentem Strabonis aſſecutus eſt vetus interpres, neque Italus, qui plerumque veteris interpretis veſtigiis ſerviliter inſiſtit.

x ἁπασῶν μέμνηται· καὶ ἐφεξῆς τῶν περὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τοῦ Εὐξείνου τὰ μέχρι Κολχίδος, καὶ τῆς Ἰάσονος στρατείας. Καὶ μὴν καὶ τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον οἶδε, τοὺς Κιμμερίους εἰδώς, (οὐδήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν) οἳ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν τὴν ἐκ Βοσπόρου πᾶσαν· αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν, καὶ ὥς φησιν,

Ἠέρι y καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος Φαέθων z ἐπιλάμπεται ἀκτίνεσσιν, ...
Ἀλλ' a ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Γνωρίζει δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, μεμνημένος γε τοῦ Μυσῶν ἔθνους Θρακίου παροικοῦντος τὸν Ἴστρον. Καὶ μὲν καὶ b τὴν ἑξῆς παραλίαν οἶδε, Θρακίαν οὖσαν, μέχρι Πηνειοῦ· Παίονάς τε ὀνομάζων, καὶ Ἄθω, καὶ Ἀξιὸν, καὶ τὰς προκειμένας τούτων νήσους. Ἑξῆς δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων παραλία, μέχρι Θεσπρωτῶν, ἧς ἁπάσης μέμνηται. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα οἶδε, Τεμέσην καλῶν, καὶ Σικελούς· καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ἄκρα, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῶν, ἣν ἀρτίως ἔφαμεν. Εἰ δέ τινα ἐν τοῖς μεταξὺ διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν· c καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει. Συγγνοίη δ' ἄν, καὶ εἰ μυθώδη τινὰ d προσπέπλεκται τοῖς λεγομένοις ἱστορικῶς καὶ διδασκαλικῶς, καὶ οὐ δεῖ μέμφεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας χάριν· τἀναντία γὰρ οἱ φρονιμώτατοι τῶν περὶ ποιη-

x ἁπασῶν.] Caſaubonus legit ἁπάντων, ut non ad inſulas tantùm referatur vox ea, ſed ad omnia quæ ſunt enumerata. Lectionem ἁπασῶν retinuimus quam exhibet Reg. codex.

y Vid. Odyſſ. λ, verſ. 15 & ſeqq.

z ἐπιλάμπεται.] In hanc vocem conſentiunt editi & mſ. Reg. Apud Homerum ipſum vulgò legitur ἐπιδέρκεται.

a ἐπὶ νὺξ.] Legit Caſaubonus uno verbo ἐπινὺξ ex veteribus libris. Vulgatam lectionem tuetur Reg. codex.

b τὴν ἑξῆς παραλίαν.] Reſtituebat Caſaubonus τὴν ἑξῆς παραλίαν πᾶσαν, & ſic legerat vetus interpres: ſed vocem hanc πᾶσαν non agnoſcit codex Regius.

c καὶ γὰρ.] Legendum cenſet Caſaubonus καὶ γὰρ καὶ, nullo veterum codicum teſtimonio fultus. Mſ. Reg. cum editis conſentit.

d προσπέπλεκται.] Sic editi & codex Regius. Quidam libri veteres habent, teſte Caſaubono, παρεμπέπλεκται.

quæ ſunt circa Propontidem & Euxinum, uſque ad Colchidem, [24] & Jaſonis expeditionis. Cimmericum etiam Boſporum novit, ac Cimmerios ipſos, non nomen modò eorum, qui ipſius ætate aut paulò antè à Boſporo incurſiones in omnes ad Ioniam uſque regiones fecerunt. Inclinationem quoque regionis quam incolebant Cimmerii, per ambages ſignificat, caliginoſam ſcilicet: cùm ita ſcribit,

Hos aër nebulæque tegunt: neque ſplendidus unquam
Illuſtrat radiis illos & lumine Titan.
Sed triſtes noctis ſeſe extendêre tenebræ
Deſuper.

Iſtrum quoque norat, mentionem faciens Myſorum, quæ eſt gens Thracica Iſtrum accolens. Oram quoque maritimam, quæ ſubſequitur, Thraciam nimirum ad Peneum uſque memorat, Pæonas nominans, & Athon, & Axium, & ante hæc ſitas inſulas. Sequitur ora Græciæ maritima uſque ad Theſprotos, quam univerſam commemorat. Extrema etiam Italiæ cognita habet, Temeſam nominans & Siculos. Itemque Hiſpaniæ fines, & eorum felicitatem, ut recèns docuimus. Quòd autem quædam intervalla apparent in medio, id veniâ dignum eſt: cùm is etiam, qui deſcribendam ſibi terram ex profeſſo ſumit, multa minuta prætermittat. Ignoſcendum quoque eſt, quòd iis quæ hiſtoricè & ad docendum accommodatè narrat, fabuloſa quædam attexit: neque culpandum hoc. Non enim verum eſt quod Eratoſthenes dicit, [25] poetam omnem ad oblec-

---

[24] *& Jaſonis expeditionis.*] Vertebat Xylander, *& quâ Jaſon expeditionem fecit*: ſed verba hæc τῆς Ἰάσονος στρατείας ad vocem μέμνηται potiùs quàm ad vocem μίχει referenda cenſemus. Judicium penès lectorem eſto. Jaſonis autem expeditionis memoria eſt apud Homerum, Odyſſ. μ, verſ. 70 & ſeqq.

[25] *poetam omnem.*] Xylandri verſionem emendamus. Vertebat ſcilicet, *nullum poetam docendo, omnes delectando gratiam captare*: quaſi græcè dici poſſet στοχάζεσθαι χάριν ψυχαγωγίας. Errorem non ferendum arguit Caſaubonus; at errat ipſe, (quod pace ſummi viri dixerim) cùm vocem χάριν quaſi ſpuriam, eliminandam pronuntiat. Imò utrâque manu retinendam cenſemus. Senſus obvius eſt: dixerat Eratoſthenes omnem poetam ad oblectationem ſpectare, ψυχαγωγίας στοχάζεσθαι, nullâ docendi habitâ ratione, οὐ διδασκαλίας χάριν; ergò vox χάριν nec vacat nec redundat.

τικῆς τι φθεγξαμένων, πρώτην τινὰ λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. Ἀλλὰ πρὸς Ἐρατοσθένη μὲν αὖθις ἐροῦμεν διὰ πλειόνων· ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ πάλιν ἔσται λόγος. Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς [e] γεωγραφίας ἦρξεν, ἀρκείτω τὰ λεχθέντα. Φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι, καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον, δύο φησὶν Ἐρατοσθένης Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον, καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον· τὸν μὲν οὖν, ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα· τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν [f] γράμμα, [g] πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα πολυμαθείας, εἰρήκασι συχνοί. Εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ἰδιώτῃ, καὶ τῷ φιλομαθοῦντι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης, ἀδύνατον λαβεῖν, ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων, καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως· οἷον Ἀλεξάνδρειαν [h] τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ, πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα, λαβεῖν οὐχ [i] οἷόν τε, οὐδ' ἐφ' ὁπόσον διάστημα, χωρὶς τῆς διὰ τῶν κλιμάτων ἐπισκέψεως. Ὁμοίως τὰς πρὸς ἕω [k] προπαρακεχωρηκυίας, ἢ πρὸς δύσιν μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐκ ἂν γνοίη τις ἀκριβῶς, πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν Ἡλίου καὶ Σελήνης συγκρίσεων· [l] οὗτος δὲ δὴ τοιαῦτα φησίν.

[e] γεωγραφίας.] Sic veteres libri a Casaubono citati; sic quoque codex R. Vulgata lectio γεωγραφικῆς.

[f] γράμμα.] Sic editi & scripti codices. Strabonis epitoma σύγγραμμα.

[g] πιστούμενον.] Legit Casaubonus ex mss. πιστευόμενον. Codex Regius habet πιστούμενον.

[h] τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ.] Vulgò τὴν ἐν Αἰγύπτῳ. Mss. a Casaubono prolati, habent πρὸς Αἰγύπτῳ, quibus suffragatur ms. Reg. & favet familiaris Sraboni loquendi consuetudo: infrà enim scribit ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς Αἰγύπτῳ, ut olim monuit Casaubonus.

[i] οἷόν τε.] Veteres libri οἷός τε, ut Casaubonus docet; sic quoque scriptum fuerat in ms. Reg. at secundis curis οἷόν τε repositum est.

[k] προπαρακεχωρηκυίας.] Vulgata lectio παρακεχωρηκυίας.

[l] οὗτος δὲ δή.] Scilicet Hipparchus; ut satis ex prioribus liquet. Emendat Casaubonus ex conjecturis οὗτός τε δή.

26 *discipulum*] Græcè γνώριμον. Sic vocem hanc intepretantur Suidas & Hesychius.

27 *primus geographicam ediderit tabulam.*] De tabulâ geographicâ Anaximandri, Laertius in Anaximandro.

tationem

tationem ſpectare, non ut doceat. Contrarium enim prudentiſſimi eorum, qui de poeticâ aliquid locuti ſunt, pronunciaverunt, quippe eam eſſe primam quandam philoſophiam. Sed alio loco plura contra Eratoſthenem diſſeremus, ubi & rurſus de poetâ nobis ſermo erit. Nunc hæc dixiſſe ſufficiat, ut doceremus Homerum geographiæ eſſe principem. Illuſtres ſunt etiam qui eum ſecuti ſunt, viri magni nominis & philoſophiæ familiares. Quorum duos poſt Homerum primos Eratoſthenes ait fuiſſe Anaximandrum Thaletis [26] diſcipulum, atque civem, & Hecatæum Mileſium: quorum ille [27] primus geographicam ediderit tabulam, [28] hic ſcriptum reliquerit, cujus ipſum eſſe auctorem ex cæteris ejus ſcriptis probetur.

Jam id multi dixerunt, ad has res multiplici opus eſſe rerum cognitione. Præclarè etiam Hipparchus in iis, quæ adverſus Eratoſthenem ſcripſit, [29] docet, tam illiteratum, quàm diſciplinis deditum, abſque obſervatione rerum cœleſtium & defectuum Solis ac Lunæ, geographiæ cognitionem parare nullo modo poſſe. Verbi gratiâ, Alexandria, quæ in Ægypto eſt, ad Septentrioneſne an ad Auſtrum, magis Babylone inclinet, & ad quantum ſpacium, deprehendi non poteſt ſine conſideratione rationis [30] climatum. Similiter, quæ verſus Orientem aut Occidentem magis minúſve ſint ſita, exactè ſciri ſine comparationibus Solis & Lunæ eclipticis nequit. Et [31] hæc quidem ait Hipparchus.

[32] Quicumque locorum proprietates aggrediuntur ex-

[28] *hic ſcriptum reliquerit.*] De hoc ſcripto multa apud Athenæum, p. 70. Vide & Caſauboni animadverſiones in Athenæum, p. 447.

[29] *docet, tam*, &c.] Xylander locum hunc infeliciter tractaverat. Verſionem ejus ad mentem Geographi revocavimus.

[30] *climatum.*] De climatum ratione adi Strabonem, lib. 2, ad finem.

[31] *hæc quidem ait Hipparchus.*] Huc uſque Hipparchi rationes retulit Strabo. Quæ ſequuntur, non ad Hipparchum referenda ſunt, ut rectè monuit Caſaubonus. Id non ſenſerunt interpretes qui hoc in loco omnia miſerè perturbaverunt, & ſuſque deque miſcuerunt.

[32] *Quicumque*, &c.] Ex argumentis Hipparchi probaverat Strabo abſque aſtronomicis obſervationibus geographiam parari non poſſe; nunc propria promit argumenta, quæ itidem Hipparcho tribuunt interpretes falsâ interpunctione decepti: ſed ea ipſa tanquam ſua iterùm adducit libro ſecundo, nullâ Hipparchi factâ mentione.

Ἅπαντες [m] ὅσοι τόπων ἰδιότητας λέγειν ἐπιχειροῦσιν, οἰκείως προσάπτονται καὶ τῶν οὐρανίων καὶ γεωμετρίας, σχήματα, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα, καὶ κλίματα δηλοῦντες, καὶ θάλπη, καὶ ψύχη, καὶ ἁπλῶς τὴν τοῦ περιέχοντος φύσιν. Ἐπεὶ καὶ οἶκον κατασκευάζων οἰκοδόμος ταῦτα ἂν προορῷτο, καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων· μή τι γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ· πολὺ γὰρ τούτῳ προσῆκε μᾶλλον. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς χωρίοις, τὸ πρὸς ἄρκτους τι ἢ πρὸς νότον κεκλίσθαι, παραλλαγὴν οὐ πολλὴν ἔχει· ἐν δὲ τῷ παντὶ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης, πρὸς ἄρκτον μὲν τὸ μέχρι τῶν ὑστάτων ἐπὶ τῆς Σκυθίας, ἢ τῆς Κελτικῆς· μέχρι δὲ τῶν ὑστάτων Αἰθιόπων, τὰ πρὸς νότον· τοῦτο δὲ παμπολλὴν ἔχει διαφοράν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρ' Ἰνδοῖς οἰκεῖν, [n] ἢ παρ' Ἴβηρσιν· ὧν τοὺς μὲν ἑῴους μάλιστα, τοὺς δὲ ἑσπερίους, τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ἴσμεν.

Πᾶν δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων [o] ἄστρων κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἔχον, καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, ἀναβλέπειν ἀναγκάζει πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα παρ' ἑκάστοις ἡμῶν, τῶν οὐρανίων· ἐν δὲ τούτοις ἐξαλλάξεις ὁρῶνται παμμεγέθεις τῶν οἰκήσεων. Τίς ἂν οὖν διαφορὰς τόπων ἐκτιθέμενος, καλῶς καὶ ἱκανῶς διδάσκοι, μὴ φροντίσας τούτων μηδενὸς μηδ' ἐπὶ μικρόν; Καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνατὸν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην ἅπαντα ἀκριβοῦν, διὰ τὸ εἶναι πολιτικωτέραν, τόγε ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον καὶ τῷ πολιτικῷ παρακολουθεῖν δυνατόν, προσήκοι ἂν εἰκότως.

Ὁ δ' οὕτω μετεωρίσας ἤδη τὴν διάνοιαν, οὐδὲ τῆς ὅλης ἀπέχεται γῆς· φαίνεται γὰρ γελοῖον, εἰ τὴν οἰκουμένην γλιχόμενος σαφῶς ἐξειπεῖν, τῶν μὲν οὐρανίων ἐτόλμησεν ἅψασθαι, καὶ χρήσασθαι πρὸς τὴν διδασκαλίαν, τὴν δ' ὅλην γῆν, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη, μήθ' ὁπόση, μήθ' ὁποία τις, μήθ' ὅπου κειμένη τοῦ

---

m Ἅπαντες ὅσοι.] Legendum censet Casaubonus ἅπαντες δὲ ὅσοι: sed nullo incommodo vocula δὲ exulare potest, quam respuunt mss. codices; interpunctionem verò de quâ Casaubonus monuit, lubenter amplectimur, puncto adhibito post verbum φύσιν. Incipit enim deinceps novus argumentationis ordo.

n ἢ παρ' Ἴβηρσιν.] Sic Reg. cod. & Casaub. ex veteribus lib. Vulgata lectio ἢ Ἴβηρσιν.

o ἄστρων.] Sic Casaubonus ex mss. & nos ex Regio codice. Editi ἀστέρων.

plicare [33] familiariter utuntur cœlestium rerum & geometriæ cognitione, dum figuras, magnitudines, intervalla, climata declarant, & frigora & æstum, denique cœli temperationem. Si autem domum ædificaturus faber hæc antè prospiciat, & urbem condens architectus: nonne & totum terrarum orbem animo concipiens vir, cui multo magis ea conveniunt? Nam in exiguis spaciis non magnam parit diversitatem versus Septentrionem aut Meridiem inclinatio; in universo terræ habitabilis circulo, versus Septentrionem sunt usque ad extrema Scythiæ vel Celticæ, versus meridiem inclinant usque ad ultimos Æthiopas: atque in hoc permultum est discriminis: itemque plurimum interest apud Indosne habitetur, an apud Hispanos: quorum alteros maximè Orientales, maximè Ocidentales alteros, ac quodammodo hos illorum antipodas esse scimus.

Quæ hujus sunt generis omnia, cùm Solis astrorumque reliquorum conversionem, nec non motum versus centrum principii loco habeant, suspicere nos ad cœlum jubent, & ad ea quæ in cœlo unicuique nostrum apparent: in quibus sanè magna admodum pro diversitate habitationum conspiciuntur discrimina. Quis ergo differentias locorum rectè & sufficienter docere atque explicare possit, horum omnium ne parumper quidem habitâ ratione? Etenim si institutum hoc, utpote civilius, non fert horum omnium exactam indagationem, certè tantam convenit adhibere, quantam civilis homo potest consequi.

Porrò qui animum suum jam eò usque extulit, is nequaquam ab universæ terræ descriptione se abstinebit. Ridiculum enim videtur, [34] qui accuratè terram habitabilem describere cupiens, ausus sit cœlestia attingere, iisque in docendo uti, eum nihil curare, tota terra, cujus pars ea est quam homines incolunt, quanta qualisve sit, quove

---

33 *familiariter utuntur*, &c.] Hic excutiunt interpretes, depravatâ interpunctione occæcati, quam in contextu græco restituimus, duce Casaubono, imò & viam monstrante ms. Regio.

34 *qui accuratè terram habitabilem describere cupiens.*] Hæc omissa in versione Xylandri, supplevimus.

σύμπαντος κόσμου, μηθὲν ἐφρόντισε· μηδ', εἰ καθ' ἓν μέρος οἰκεῖται μόνον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἢ κατὰ πλείω, ἢ καὶ πόσα· ὡς δ' αὔτως, καὶ τὸ ἀοίκητον αὐτῆς ποιόν τι, καὶ πόσον, καὶ διὰ τί. Ἔοικεν οὖν μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ καὶ γεωμετρικῇ συνῆφθαι τὸ τῆς γεωγραφίας εἶδος, τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις συνάπτον εἰς ἕν, ὡς ἐγγυτάτω ὄντα, ἀλλὰ μὴ διεστῶτα τοσοῦτον,

ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. [p]

Φέρε δὴ τῇ τοιαύτῃ πολυμαθείᾳ προσθῶμεν τὴν ἐπίγειον ἱστορίαν, οἷον ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα χρήσιμα, ἢ δύσχρηστα φέρει γῆ τε καὶ θάλασσα. Οἶμαι γὰρ ἐναργὲς ἂν γενέσθαι μᾶλλον ὃ λέγω. Ὅτι δὲ, καὶ τὸ ὄφελος μέγα παντὶ τῷ παραλαβόντι τὴν τοιαύτην ἱστορίαν, ἔκ τε τῆς παλαιᾶς μνήμης δῆλον, καὶ ἐκ τοῦ λόγου. Οἱ γοῦν ποιηταὶ φρονιμωτάτους τῶν ἡρώων ἀποφαίνουσι, τοὺς ἀποδημήσαντας πολλαχοῦ, καὶ πλανηθέντας· ἐν μεγάλῳ γὰρ τίθενται τὸ, [q] πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι· καὶ ὁ Νέστωρ σεμνύνεται διότι τοῖς Λαπίθαις ὡμίλησεν, ἐλθὼν μετάπεμπτος

Τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης· καλέσαντο γὰρ αὐτοί. [r]

Καὶ ὁ Μενέλεως ὡσαύτως·

Κύπρον, Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς,
Αἰθίοπας θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς,
Καὶ Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι· [s]

---

[p] Verba Hesiodi, in theog. vers. 270. & Homeri in Iliad. θ, vers. 16.

[q] πολλῶν ἀνθρώπων, &c.] Alludit Strabo ad verba Homeri de Ulysse, Odyss. α, vers. 3:

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Quod ut indicaret Xylander, versu latino verba Strabonis expressit.

[r] Iliad. α, vers. 270.

[s] Odyss. δ, vers. 83 & seqq.

---

ss *sublimium rerum tractatione.*] Græcè μετεωρολογικῇ πραγματείᾳ, quod accipiendum est non de meteoris & iis quæ infra lunam gignuntur, sed de eâ astronomiæ parte quæ sidera potissimùm respicit; ut Proclus in Eucli-

loco universi sita: itemque unicâ tantùm sui parte, quæ nobis obtigit, an pluribus locis ea inhabitetur, & quot ea sint: rursumque, id quod homines non incolunt, quale ac quantum sit, & quamobrem desertum. Proinde apparet, geographicum hoc genus cum [35] sublimium rerum tractatione & geometricâ exercitatione compositum esse, terrestria cœlestibus ita adjungens, atque si vicinissima inter se essent, neque tanto distarent intervallo,

A terrâ quantum sublimis distat olympus.

Agedum huic tot rerum cognitioni historiam terrestrem adjiciamus, ut animalium, plantarum & aliorum, quæ terrâ marive, sive utilia, sive inutilia nascuntur: ita enim evidentius fore puto quod dixi. Magno autem usui fore hanc historiam cuicunque eam sibi paraverit, id cùm ex antiquitatis memoriâ liquet, tum ratione constat. Etenim poetæ prudentissimos heroum pronunciant eos, qui multis peregrinationibus usi sunt, & varia loca pervagati: pro magno quippe ducunt

Multorum vidisse hominum cum moribus urbes.

Et Nestor gloriatur de eo, quòd cum Lapithis consueverit, veneritque ad eos vocatus,

Longinquâ [36] è tellure procul, poscentibus ipsis.

Itemque Menelaus,

Cyprum, Phœnicenque per Ægyptumque vagatus,
Æthiopes adii, tum Sidonios & Erembos
Et Libyen, ubi cornutos conspeximus agnos.

---

dem docet, & alii quos Casaubonus ad hunc locum adduxit.

[36] *Longinquâ è tellure procul.*] Græcè τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης: quæ verba diversimodè accipiuntur. Scholia in Homerum (Iliad. γ, vers. 49) duplicem interpretationem afferunt: scilicet, *è terrâ longinquâ* ἐκ τῆς μακρὰν ἀπῳκισμένης γῆς, vel *è terrâ Apiâ*, seu Peloponneso, cui nomen hoc inditum est ab Apide Phoronei filio: ἢ Ἀπίης γῆς, Πελοποννήσου οὕτω λεγομένης ἀπὸ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως. Vid. Eustath. ad Perieg. carm. 415. Athen. lib. 14, &c.

Προσθεὶς καὶ τὸ ἰδίωμα τῆς χώρας·

Τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν. [t]

Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν· [u]

.... τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα·

καὶ

Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' [x] ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν. [y]

Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παρασκευαί τινες εἰς φρόνησιν μεγάλαι, τὸ μαθεῖν τῆς χώρας τὴν φύσιν, καὶ ζώων καὶ φυτῶν ἰδέας, προσθεῖναι δὲ καὶ τὰ τῆς θαλάττης. Ἀμφίβιοι γὰρ τρόπον τινὰ ἐσμὲν, καὶ οὐ μᾶλλον χερσαῖοι, ἢ θαλάττιοι. Καὶ τὸν Ἡρακλέα εἰκὸς ἀπὸ τῆς πολλῆς ἐμπειρίας τε καὶ ἱστορίας λεχθῆναι

.... μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων. [z]

Ἐκ δὲ δὴ [a] τῆς παλαιᾶς μνήμης, καὶ ἐκ τοῦ λόγου [b] μαρτυρεῖται τὰ λεχθέντα ἐν ἀρχαῖς ὑφ' ἡμῶν. Διαφερόντως δ' ἐπάγεσθαι δοκεῖ μοι πρὸς τὰ νῦν ὁ λόγος ἐκεῖνος, διότι τῆς γεωγραφίας τὸ πλέον ἐστὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς. Χώρα γὰρ τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ ἡ θάλαττα, ἣν οἰκοῦμεν· τῶν μὲν

---

[t] Odyss. δ, vers. 86.

[u] Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν.] Hic memoriâ lapsus videtur Strabo: neque enim de Thebis Homerus, dum fertiles Ægypti agros commemorat; sed de Ægypto universè, Odyss. δ, vers. 229. De Thebarum autem portis centum agit poeta in Iliade, quæ omnia confusa à Geographo: undè suspectus locus Xylandro & Casaubono. Emendat hic

Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων·

.... τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα,

Καὶ ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν.

Αἵθ'. ἑκατόμπυλοι. κ. τ. λ.

Proclivis sanè error, ut quum vicinis in locis bis posita est aliqua dictio, ab unâ ad aliam transiliat festinans scriba; sed editis & mss. codicibus consentientibus in eamdem lectionem, nihil mutavimus.

[x] ἀν' ἑκάστην.] Editi ἐν ἑκάστῃ, veteres codices & ms. Regius ἀν' ἑκάστην, rectè; & hæc est lectio vulgò recepta apud Homerum.

[y] Iliad. ι, vers. 383.

Et addit naturam regionis:

Hic ter oves unum fœtu ſolvuntur in annum.

Item de Thebis Ægypti:

Illic terra ſuos fundit largiſſima fructus:

&

Centum urbem claudunt portæ: per quamque ducenti
Arma viri curruſque agitant. ....

Hæc omnia animum ad conſequendum prudentiam magnopere præparant, dum is naturâ locorum, animalium ac plantarum, cognoſcendâ formatur: quibus addenda ſunt marina. Vivimus enim ferè duobus in elementis, neque terreſtres magis ſumus quàm marini. 37 Ac conſentaneum eſt Herculem ob multam peritiam atque experientiam appellatum eſſe *magnorum peritum operum.*

Quæ initio diximus, iis & memoria vetuſtatis, & ratio fert teſtimonium. Magnum autem præ reliquis momentum adferre ad ea, quæ nunc diſputamus, videtur ea ratio, quòd geographiæ maxima pars ad civiles pertinet uſus. Quippe locus actionum eſt terra ac mare, quæ incolimus, parvarum parvus, magnarum magnus: maximus autem

---

z Odyſſ. φ, verſ. 26.

a Ἐκ δὲ δή.] Legit Caſaubonus ἔκ γε δή: ſed nulla nobis videtur ratio, quæ emendationem hanc ſatis tueatur, cùm in lectionem receptam conveniant editi & ſcripti codices. Neque hîc prioris argumenti concluſio eſt, ut opinatus eſt Caſaubonus, ſed argumentum omninò novum ex alio fonte hauſtum.

b μαρτυρεῖται.] Mſ. Reg. μαρτυρεῖ. Sic & vetus lectio. Sed, Xylandri judicio, ſententia ſtare nequit, niſi legatur μαρτυρεῖται.

---

37 *Ac conſentaneum eſt*, &c.] Xylandri verſionem emendamus: vertebat, *Ac probabile eſt Herculem ob multiplicem experientiam atque hiſtoriam appellatum eſſe magnorum inſpectorem operum.* Emendationem vindicat ſententia ipſa, quam verſio noſtra planam facit.

μικρῶν μικρά, τῶν δὲ μεγάλων μεγάλη· [c] μεγίστη δ' ἡ σύμπασα, ἥνπερ ἰδίως καλοῦμεν οἰκουμένην· ὥς τε τῶν μεγίστων πράξεων αὕτη ἂν εἴη χώρα. Μέγιστοι δὲ τῶν στρατηλατῶν, ὅσοι δύνανται γῆς καὶ θαλάττης ἄρχειν, ἔθνη καὶ πόλεις [d] συνάγοντες εἰς μίαν ἐξουσίαν, καὶ διοίκησιν πολιτικήν. Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ γεωγραφικὴ [e] πᾶσα ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνάγεται τὰς ἡγεμονικάς, διατιθεῖσα ἠπείρους, καὶ πελάγη, τὰ μὲν ἐντός, τὰ δὲ ἐκτὸς συμπάσης τῆς οἰκουμένης. [f] Πρὸς τούτοις δὲ ἡ διάθεσις οἷς διαφέρει ταῦτα ἔχειν οὕτως, ἢ ἑτέρως, καὶ γνώριμα εἶναι, ἢ μὴ γνώριμα. Βέλτιον γὰρ ἂν διαχειρίζοιεν ἕκαστα, εἰδότες τὴν χώραν ὁπόση τις, καὶ πῶς κειμένη τυγχάνει, καὶ τίνας διαφορὰς [g] ἴσχουσα, τάς τ' ἐν τῷ περιέχοντι, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ.

Ἄλλων δὲ κατ' ἄλλα μέρη δυναστευόντων, καὶ ἀπ' ἄλλης [h] ἑστίας καὶ ἀρχῆς τὰς πράξεις προχειριζομένων, καὶ ἐπεκτεινόντων τὸ τῆς ἡγεμονίας μέγεθος, οὐκ ἐπίσης δυνατὸν οὔτ' ἐκείνοις ἅπαντα γνωρίζειν, οὔτε τοῖς γεωγραφοῦσιν· ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, πολὺ ἐν ἀμφοτέροις καθορᾶται τούτοις. Μόλις γὰρ τὸ ἐπίσης πάντ' εἶναι φανερὰ [i] συμβαίη τῆς συμπάσης οἰκουμένης ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ πολιτείαν ὑπηγμένης· ἀλλ' οὐδ' οὕτως· ἀλλὰ τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἂν γνωρίζοιτο· καὶ προσήκει ταῦτα διὰ πλειόνων ἐμφανίζειν, ἵν' εἴη γνώριμα· ταῦτα γὰρ καὶ τῆς χρείας ἐγγυτέρω ἐστίν. Ὥς οὐκ ἂν εἴη θαυμαστὸν οὐδ' εἰ ἄλλος μὲν Ἰνδοῖς προσήκοι χωρογράφος, ἄλλος δὲ Αἰθίοψιν, ἄλλος δὲ Ἕλλησι, καὶ Ῥωμαίοις· τί γὰρ ἂν προσήκοι τῷ παρ' Ἰνδοῖς γεωγράφῳ, καὶ τὰ κατὰ Βοιωτοὺς οὕτω φράζειν, ὡς Ὅμηρος,

[c] μεγίστη.] Sic editi & mss. Regius. Malè μεγίστων ex mss. ad marginem editionis Casaubonianæ.

[d] συνάγοντες.] Mss. ad marginem à Casaubono citati συναγαγόντες.

[e] πᾶσα.] Vulgò πάσας. Aldina lectio πᾶσα, quam probat Casaubonus. Interpres vetus legisse videtur πάντας. Casaubonus addit in libris scriptis constanter legi πᾶσιν. Sed ms. Regius Aldinæ lectioni suffragatur, quam restituimus.

[f] Πρὸς τούτοις.] Legit Casaubonus πρὸς τούτους. Felix conjectura: hanc tamen lectionem, ut pote mss. suffragiis destitutam, in contextum ingerere nefas duximus; sed ad mentem Casauboni, quæ ipsissima mens Strabonis est, versionem emendare ausi sumus.

universus

universus habitatæ terræ ambitus, ac proinde locus maximarum actionum. Imperatorum porrò maximi sunt, qui possunt terrâ marique imperare, gentibus ac urbibus unam sub potestatem administrationemque civilem redactis. Unde liquet [38] geographicam tractationem omnem ad principum actiones referri, cùm ea [39] ob oculos ponat continentes ac maria, sive mediterranea sive orbem terrarum foris ambientia. Ad eos autem pertinet hæc descriptio quorum inter est hæc illo vel alio modo esse, nota esse vel non nota. Singula enim rectiùs administraverint cùm loci quantitas situsque nota, & quid cùm iis, quibus ambitur, tum quæ in se ipso continet, ab aliis discrepet.

Jam cùm alii alibi obtineant dominationem, diversisque è patriis atque imperiis res gerere aggressi, fines suæ ditionis proferant, fieri non potest ut omnium, vel ipsis, vel geographis, pari modo [40] nota sint; verùm apud utrosque crebrò alia aliis magis minúsve visuntur [41] perspecta. Vix enim omnia æqualiter nota esse possent, universo terrarum orbe unum sub imperium & gubernationem redacto, ac ne vix quidem: sed propinquiora semper essent notiora. Et quidem hæc ut sint nota, pluribus declaranda sunt, cùm etiam usui sint propinquiora. Quare mirum non est, si alius certæ regionis descriptor Indis conveniat, alius Æthiopibus, alius Græcis aut Romanis. Quid enim attineat, geographum apud Indos qui sit, etiam Bœotiam ita describere, ut fecit Homerus,

---

[g] ἴχουσι.] Editi ἔχουσι. Utrumque dici potest. Ms. Regii lectionem prætulimus. Phrasis græca non semel usurpata διαφορὰς ἴχειν.

[h] ἰσίας.] Sic Xylander & Casaubonus ex Aldo. Casaubonus autem asserit veteres codices constanter retinere lectionem, quam in suis libris reperit prior interpres, αἰτίας. Unde fortè quis in dubium de lectione Aldinâ venerit, quam nos saltem suffragio ms. Regii confirmamus.

[i] συμβαίῃ.] Sic ms. Regius. Vulgò συμβαίνει.

---

[38] *geographicam tractationem omnem.*] Contextui emendato ex ms. Regio versionem Xylandrinam accommodavimus. Vide quæ suprà commentati sumus ad græca, not. [c].

[39] *ob oculos ponat.*] Græcè διαλιθεῖσι, malè Xylander *distinguat.*

[40] *nota sint.*] Secùs Xylander, nec rectè.

[41] *perspecta.*] Græcè καθορᾶται. Xylander non accuratè vertit *descripta.* Totum hunc locum præter mentem Strabonis interpretatus est vir doctus.

Οἵθ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε.... [k]

ἡμῖν δὲ προσήκει· [l] τὰ δὲ παρὰ Ἰνδοῖς οὔπω, καὶ τὰ καθ' ἕκαστα οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἡ χρεία ἐπάγεται· μέτρον δὲ αὕτη μάλιστα τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας.

Καὶ τοῦτο καὶ ἐν μικροῖς μὲν δῆλόν ἐστιν, οἷον ἐν τοῖς κυνηγεσίοις· ἄμεινον γὰρ ἂν θηρεύσειέ τις εἰδὼς τὴν ὕλην, ὁποία τίς, καὶ πόση· καὶ στρατοπεδεῦσαι δὲ καλῶς ἐν χωρίῳ, τοῦ εἰδότος ἐστὶ, καὶ ἐνεδρεῦσαι καὶ ὁδεῦσαι. Ἀλλ' ἐν τοῖς μεγάλοις ἐστὶ τηλαυγέστερον, ὅσῳπερ καὶ τὰ ἆθλα μείζω τὰ τῆς ἐμπειρίας, καὶ τὰ σφάλματα ἐκ τῆς ἀπειρίας. Ὁ μέν τοι [m] Ἀγαμεμνόνος στόλος τὴν Μυσίαν, ὡς τὴν Τρῳάδα πορθῶν, ἐπαλινδρόμησεν αἰσχρῶς· Πέρσαι δὲ, καὶ Λίβυες, τοὺς πορθμοὺς ὑπονοήσαντες εἶναι [n] τυφλοὺς στενωποὺς, ἐγγὺς μὲν ἦλθον κινδύνων μεγάλων. Τρόπαια δὲ τῆς [o] ἀνοίας κατέλιπον· οἱ μὲν τὸν τοῦ Σαλγανέως τάφον πρὸς τῷ Εὐρίπῳ τῷ Χαλκιδικῷ, τοῦ σφαγέντος ὑπὸ τῶν Περσῶν, ὡς καθοδηγήσαντος φαύλως ἀπὸ Μαλεῶν ἐπὶ τὸν Εὔριπον [p] τὸν στόλον· οἱ δὲ τὸ τοῦ Πελώρου μνῆμα, καὶ τούτου διαφθαρέντος κατὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν. Πλήρης τε ναυαγίων ἡ Ἑλλὰς ὑπῆρξε κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν. Καὶ ἡ τῶν Αἰολέων δὲ, καὶ τῶν Ἰώνων ἀποικία, πολλὰ τοιαῦτα πταίσματα παραδέδωκεν.

Ὁμοίως δὲ, καὶ κατορθώματα ὅπου τι κατορθωθῆναι συνέβη παρὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν τόπων· καθάπερ ἐν τοῖς περὶ Θερμο-

---

k Iliad β, vers. 496 & seqq.

l τὰ δὲ παρὰ Ἰνδοῖς οὔπω.] Casaubonus legit ex mss. τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὕτω. ms. Regius lectionem editorum retinet οὔπω, quæ servari nullo incommodo potest.

m Ἀγαμέμνονος.] Sic reposuimus ex ms. Regio, cui vett. codd. assentiuntur. Editi Ἀγαμεμνόνειος.

n τυφλοὺς στενωπούς.] Sic scribere non dubitamus, contra editorum & manuscriptorum fidem. Ferunt omnes codices & ipse ms. Regius τοῦ πλοῦ στενωπούς. Certè τοὺς πορθμοὺς dicere τοῦ πλοῦ στενωποὺς, nihil aliud nisi pleonasmus merus est: sed errorem demonstrat Strabo ipse, qui lib. 10, de eâdem Persarum expeditione tradit ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν. Ergò jam non dubia lectio quam ideò contextui duximus restituendam.

o ἀνοίας] Legisse videtur vetus interpres ἀγνοίας, quæ lectio magis arridet Casaubono. At omnes & manu exarati aut typis impressi codices habent ἀνοίας, quod non incommodè retineri potest.

p τὸν στόλον.] Sic, teste Casaubono quinque mss. codices: sic & ms. Regius. Vulgata lectio τοῦ στόλου.

Quique colunt Hyriam, ſaxoſumque Aulidis agrum,
Schœnumque, & Scolum ....

nobis verò convenit hoc: non item quæ apud Indos ſunt, neque alia etiam, quæ ſingulorum ſunt locorum: neque enim eò nos deducit ratio utilitatis, quæ maximè huic ſolertiæ modum præſcribit.

Atque hoc etiam in exiguis rebus manifeſtum eſt, ut in venationibus. Nam commodiùs venabitur is, cui ſylvæ qualitas ac quantitas fuerit nota: & ad caſtrorum inſidiarumve locationem, aut ad iter faciendum, loci peritia requiritur. Sed in majoribus, hoc tanto eſt evidentius, quanto & majora peritiæ præmia, & graviora imperitiæ damna ſunt propoſita. Nam [42] Agamemnonis quidem claſſis Myſiam veluti Troadem populans, turpiter retrò curſum avertit: & [43] Perſæ atque Afri, [44] trajectus freti putantes eſſe cæca vada, tantùm non in magna pericula devenere. Suæ quidem inſipientiæ monumenta reliquerunt Perſæ, ſepulchrum Salganei apud Euripum Chalcidicum ab ipſis occiſi, quòd malè eos à Malea ad Euripum duxiſſet: nec non Afri tumulum Pelori, [45] eamdem ob cauſam interfecti. Et bello Xerxico plena naufragiorum tabulis fuit Græcia. Æolum quoque & Ionum colonia hujuſmodi clades multas tulit.

Contrà res aliquoties præclarè ſunt geſtæ peritiâ locorum: quemadmodum [46] Ephialtes fertur in anguſtiis quæ ſunt apud Thermopylas, Perſis monſtrato per montes

---

[42] *Agamemnonis quidem claſſis*, &c.] Videſis Homeri interpretes in Iliad. α, verſ. 59.

[43] *Perſæ atque Afri.*] De Perſarum errore quem hoc loco Strabo commemorat, plura idem lib. 10. De Afrorum verò navigatione (ſeu potiùs Pænorum) adi Melam, lib. 2, cap. 7; & Val. Max. l. 9, cap. 8.

[44] *trajectus freti putantes eſſe cæca vada.*] Xylander vertebat *trajectus freti putantes eſſe anguſtos*, deceptus falsâ lectione quam ex conjecturis Caſauboni, & ex ipſo Strabone emendavimus. Vide quæ ſuprà diximus not. [n].

[45] *eamdem ob cauſam interfecti.*] Secùs Mela, l. 2, cap. 7; Val. Max. liv. 9, cap. 8; Servius in Æneid. III, v. 402.

[46] *Ephialtes fertur.*] Vide Herodot. lib. 7, cap. 213 & ſeq. Diodor. l. 11.

πύλας στενοῖς ὁ Ἐφιάλτης λέγεται δείξας τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπὸν τοῖς Πέρσαις, ὑποχειρίους αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς περὶ Λεωνίδαν, καὶ δέξασθαι τοὺς βαρβάρους εἴσω Πυλῶν. Ἐάσας δὲ τὰ παλαιὰ, τὴν νῦν Ῥωμαίων στρατείαν ἐπὶ Παρθυαίους ἱκανὸν ἡγοῦμαι [q] τούτου τεκμήριον· ὡς δ᾽ αὔτως τὴν ἐπὶ Γερμανοὺς, καὶ Κελτοὺς, ἐν ἕλεσι καὶ δρυμοῖς ἀβάτοις ἐρημίαις τε τοπομαχούντων τῶν βαρβάρων, καὶ τὰ ἐγγὺς πόῤῥω ποιούντων τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ τὰς ὁδοὺς ἐπικρυπτομένων, καὶ τὰς εὐπορίας τροφῆς τε, καὶ τῶν ἄλλων.

Τὸ μὲν δὴ πλέον, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους, καὶ τὰς χρείας. [r] Ἔτι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας, καὶ πολιτικῆς τὸ πλέον [s] περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους· σημεῖον δέ· τὰς γὰρ τῶν πολιτειῶν διαφορὰς, ἀπὸ τῶν ἡγεμονικῶν διακρίνομεν· ἄλλην μὲν ἡγεμονίαν τιθέντες τὴν μοναρχίαν, ἣν καὶ βασιλείαν καλοῦμεν· ἄλλην δὲ, τὴν ἀριστοκρατείαν· τρίτην δὲ, τὴν δημοκρατίαν· τοσαύτας δὲ καὶ τὰς πολιτείας νομίζομεν, ὁμωνύμως καλοῦντες ὡς ἂν ἀπ᾽ ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ἐχούσας τῆς εἰδοποιΐας. Ἄλλος γὰρ νόμος τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, ἄλλος δὲ τὸ τῶν ἀρίστων, καὶ τὸ τοῦ δήμου. Τύπος δὲ, καὶ σχῆμα πολιτείας ὁ νόμος· διὰ τοῦτο δὲ, καὶ τὸ δίκαιον εἶπόν τινες τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον. Εἴπερ οὖν ἡ πολιτικὴ φιλοσοφία περὶ τοὺς ἡγεμόνας τὸ πλέον ἐστὶν, ἔστι δὲ καὶ ἡ γεωγραφία περὶ τὰς ἡγεμονικὰς χρείας, ἔχοι ἄν τι πλεονέκτημα καὶ [t] αὐτὴ παρὰ τοῦτο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ πλεονέκτημα, πρὸς τὰς πράξεις.

Ἔχει δέ τινα καὶ θεωρίαν οὐ φαύλην ἡ πραγματεία, τὴν μὲν

---

q τούτου.] Veterum librorum lectio ad marginem editionis Casauboni, τούτων. Hanc eamdem suppeditat Regius codex.

r Ἔτι δὲ καὶ, &c.] Legit Casaubonus ἔστι δὲ καὶ, nullo militante codice mss. aut edito. Nihil obstat quin vulgata lectio retineatur.

s περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους.] Addunt editi: καὶ τὰς χρείας. Quæ verba paulò ante rectè adscripta, hoc loco scribarum incuriâ in contextum irrepserunt, ut ipsa series argumentationis demonstrat, & confirmat mss. fides. Argumentum Stoicam subtilitatem fortè plus æquo redolens, ad id recidit Geographia maximè ad philosophiam pertinet: moralis enim & politica philosophia præcipuè versatur circà principum mores πρὸς τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους. Atqui geographia non solùm circà principum mores versatur, sed & ad ipsorum utilitates refertur, πρὸς τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας: undè

calle, Leonidam cum ſociis in manus tradidiſſe, barbaroſque intra Pylas adduxiſſe. Et omiſſis antiquis, exiſtimo proximam Romanorum in Parthos expeditionem huic propoſito demonſtrando ſufficere: tum in Germanos & Celtas, cùm barbari in paludibus & nemoribus inviis ac ſolitudinibus degentes, locorum naturâ ſe tuerentur, efficerentque ut locorum ignaris procul remota viderentur quæ erant propinqua, itineraque occultarent, & alimentorum ac rerum aliarum copiam præciderent.

Ergo, ut docuimus, geographiæ major pars ad mores & uſum principum virorum refertur. Porro autem circa mores principum major pars philoſophiæ moralis ac civilis verſatur. Indicio eſt hoc, quod rerum publicarum formas à principatibus ſecernimus, alium principatum ſtatuentes monarchiam, quæ & regnum dicitur: aliam optimorum, aliam populi poteſtatem: totidemque reipublicæ genera judicamus, iiſdemque ea nominibus afficimus, quòd ab iis habent principium ſuæ informationis. Alia enim lex eſt mandatum regis, alia optimatum, alia populi. At lex reipublicæ deſcriptio eſt atque forma: ideoque jus quidam definierunt potentioris eſſe commodum. Si ergo philoſophia civilis plerumque circa principes verſatur, geographia autem etiam conducit ad eorum utilitates: hoc ipſo hæc præſtantiam quamdam præ illâ obtinet; quæ quidem præſtantia pertinet ad activam partem.

Speculativam verò partem habet tractatio hæc minimè

---

colligit Strabo geographiæ tractationem præ philoſophiâ præſtantiam quamdam obtinere. Ex eâ expoſitione manifeſtum eſt tres haſce voculas ἐ τὰς χρείας, bis in editis eâdem in phraſi ad nauſeam, abigendas eſſe cùm ad politicam philoſophiam ex oſcitantiâ ſcribarum præpoſterè transferuntur; retinendas verò, cùm ad geographiam, lineâ proximè præcedenti referuntur appoſitè. Miror id non vidiſſe occulatiſſimos viros Xylandrum & Caſaubonum. Mſ. Regius, etſi locum hunc non ſine mendo exhibeat, conjecturam tamen noſtram tuetur. Suffragatur vetus interpres, prævio ſanè quo utebatur codice; & quod controverſiam omnem dirimit, ſi quæ ſupereſſe videatur, Medicæus codex à Gronovio collatus, quam ſequimur lectionem totidem verbis ſiſtit.

[t] αὕτη.] Editi habent αὐτὸ: codices manu exarati αὕτη, inter quos mſ. Regius. Proba lectio, quam retinuimus, & ipſi verſionem conſonam efficere curavimus.

τεχνικήν τε καὶ μαθηματικὴν, καὶ φυσικήν· τὴν δὲ ἐν ἱστορίᾳ καὶ μύθοις κειμένην, οὐδὲν [u] οὔσι πρὸς τὰς πράξεις· οἷον εἴ τις λέγοι τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, καὶ Μενελάου, καὶ Ἰάσονος, εἰς φρόνησιν μὲν οὐδὲν ἂν συλλαμβάνειν δόξειεν, ἣν ὁ πράττων ζητεῖ, πλὴν εἰ καταμίσγοι καὶ τῶν γενομένων ἀναγκαίων τὰ παραδείγματα χρήσιμα· διαγωγὴν δ' ὅμως [x] πορίζοι ἂν οὐκ ἀνελεύθερον τῷ ἐπιβάλλοντι ἐπὶ τοὺς τόπους τοὺς παρέχοντας τὴν μυθοποιΐαν· καὶ γὰρ τοῦτο ζητοῦσιν οἱ πράττοντες, διὰ τὸ ἔνδοξον, καὶ τὸ ἡδὺ, ἀλλ' οὐκ ἐπιπολύ· μᾶλλον γὰρ σπουδάζουσιν, ὡς εἰκὸς, περὶ τὰ χρήσιμα, διόπερ καὶ τῷ γεωγράφῳ [y] τούτων μᾶλλον ἢ ἐκείνων ἐπιμελητέον. Ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ περὶ τῆς ἱστορίας καὶ περὶ τῶν μαθημάτων· καὶ γὰρ τούτων τὸ χρήσιμον ἀεὶ μᾶλλον ληπτέον, καὶ τὸ πιστότερον.

Μάλιστα δὲ δοκεῖ, καθάπερ εἴρηται, γεωμετρίας τε, καὶ ἀστρονομίας δεῖν, τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει, καὶ δεῖ μὲν ὡς ἀληθῶς, σχήματα γὰρ, καὶ κλίματα, καὶ μεγέθη καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις οἰκεῖα, οὐχ οἷόν τε λαβεῖν καλῶς, ἄνευ τῆς τοιαύτης μεθόδου. Ἀλλ', ὥσπερ τὰ περὶ τὴν ἀναμέτρησιν τῆς ὅλης γῆς, ἐν ἄλλοις δεικνύουσιν, ἐνταῦθα δὲ ὑποθέσθαι δεῖ, καὶ πιστεῦσαι τοῖς ἐκεῖ δειχθεῖσιν· ὑποθέσθαι δὲ καὶ σφαιροειδῆ μὲν τὸν κόσμον, σφαιροειδῆ δὲ καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς, ἔτι δὲ τούτων πρότερον, τὴν ἐπὶ τὸ μέσον τῶν σωμάτων φοράν· αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐγγύς ἐστιν. [z] Εἰ ἄρα ἐπισημηνάμενοι ἐν κεφαλαίῳ μικρὰ, οἷον ὅτι ἡ γῆ σφαιροειδὴς, ἐκ

---

[u] οὔσι.] Sic mſ. Regius, & alii mſſ. ad marginem editorum citati. Lectio vulgata οὖσαν.

[x] πορίζοι.] Sana lectio, quam Regius codex retinet, ac editi exhibent. Mſſ. plures χωρίζοι, teſte Caſaubono; & hanc lectionem ſecutus eſt vetus interpres, ſed perperàm. Phraſis græca πορίζειν ἡδονήν.

[y] τούτων μᾶλλον ἢ ἐκείνων.] Verba hæc referuntur ad τὸ ἔνδοξον καὶ τὸ ἡδύ. Editi τούτων μᾶλλον ἢ ἐκείνου. Melius ἢ ἐκείνων in mſ. Regio, cui ſuffragantur veteres libri à Caſaubono citati. Ergò hanc lectionem reſtituendam cenſuimus.

[z] Εἰ ἄρα ἐπισημηνάμενοι.] Codex Regius ἐπισημηνάμενον. Caſaubonus ex conjecturis legit εἴη ἄρα ἐπισημηναμένοις: mens Strabonis ſubobſcura nec ſatis interpretibus perſpecta ſic intelligenda videtur: ponendum eſt terram eſſe globoſam, imò & priùs pro certo ſumendum, ferri corpora verſùs centrum. Hoc autem (ſcilicet corporum latio ad centrum) ipſo ſenſu cognoſcitur; illud verò (nempe terram eſſe globoſam)

ineptam, partim artificiosam, mathematicam, physicamque; partim in historiâ & fabulis sitam, & ad agendum nihil conferentem: ut si quis Ulyssis, Menelai, aut Jasonis errores recenseat, nihil is videbitur ad prudentiam parandam adferre adjumenti, quam in actione versans requirit, nisi sicubi eorum, quæ ii perferre coacti sunt, utilia exempla admisceat; non illiberalem tamen delectationem præbet ei qui incidit in loca quæ fabulis occasionem præbent: atque qui in agendo versantur, id requirunt, [47] tum quia celeberrimæ sunt hujus modi fabulæ, tum quia scientia earum jucunda est; sed non id requirunt potissimum, at magis, ut par est, quærunt quæ utilia sunt: itaque geographus etiam utilia magis jucundis consectari debet. Atque idem de historiâ & mathematibus; nam & in his semper quod utilius ac fide dignius est, præcipuè captari debet.

Maximè autem videtur, id quod antè etiam monuimus, geometriâ atque astronomiâ indigere hoc institutum: ac planè ita res habet: figuræ quippe, inclinationes, ac magnitudines aliaque his affinia sine istâ methodo haberi nullo modo possunt. Sed velut totius terræ dimensio alibi demonstratur, ita hîc pro certis ponuntur atque habentur, quæ alibi sunt ostensa. Sumitur itaque mundum esse globum, itemque globosam terræ superficiem: itemque ante hæc, ferri corpora ad medium, quod unum sensu cognoscitur, aut è communibus animi notionibus in promptu est. [48] Ut verò quædam summatim delibemus, sit in exemplum quòd terra est globi formâ prædita; è longiquo nos

---

duplici modo compertum habere possumus, mediatè & immediatè: mediatè quidem, ex ipsâ corporum ad centrum latione; immediatè verò ex ipso sensûs testimonio, cùm ea quæ in cœlo & mari apparent, observamus. Fortè nullâ indiget correctione locus hic, quem sic declarasse sit satis.

---

47 *tum quia celeberrimæ sunt.*] Interpretes vitiosâ interpunctione decepti, mentem auctoris non viderunt: interpunctionem in græcis restituimus, & versionem Xylandri emendavimus, duce & auspice Casaubono.

48 *Ut verò quædam.*] Suspectus locus, malè ab interpretibus acceptus. Versionem Xylandri ad mentem Strabonis revocare tentavimus.

μὲν τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, πόῤῥωθεν ὑπόμνησις, [a] καὶ τὸ ἕκαστον σῶμα ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα νεύειν· ἐκ δὲ τῶν κατὰ πελάγη, καὶ τὸν οὐρανὸν φαινομένων, ἐγγύθεν· καὶ γὰρ ἡ αἴσθησις ἐπιμαρτυρεῖν δύναται, καὶ ἡ κοινὴ ἔννοια. Φανερῶς γὰρ ἐπιπροσθεῖ τοῖς πλέουσιν ἡ κυρτότης τῆς θαλάττης, ὥστε μὴ προσβάλλειν τοῖς πόῤῥωθεν [b] φέγγεσι, τοῖς ἐπ' ἴσον ἐξηρμένοις τῇ ὄψει· ἐξαρθέντα γοῦν πλέον τῆς ὄψεως ἐφάνη, καίτοι πλέον ἀποσχόντα αὐτῆς· ὁμοίως δὲ καὶ αὐτὴ μετεωρισθεῖσα εἶδε τὰ κεκρυμμένα πρότερον. Ὅπερ δηλοῖ καὶ ὁ ποιητής· τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τό,

Ὀξὺ μάλα προϊδών, μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρθείς. [c]

Καὶ τοῖς προσπλέουσι δὲ ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἀπογυμνοῦται τὰ πρόσγαια μέρη, καὶ τὰ φανέντα ἐν ἀρχαῖς ταπεινὰ ἐξαίρεται μᾶλλον. Τῶν τε οὐρανίων ἡ περιφορὰ ἐναργής ἐστι καὶ ἄλλως, καὶ ἐκ τῶν γνωμονικῶν· ἐκ δὲ τούτων εὐθὺς ὑποτείνει καὶ ἡ ἔννοια, ὅτι ἐῤῥιζωμένης ἐπ' ἄπειρον τῆς γῆς, οὐκ ἂν ἡ τοιαύτη περιφορὰ συνέβαινε. Καὶ τὰ περὶ τῶν κλιμάτων δέ, ἐν τοῖς περὶ τῶν οἰκήσεων δείκνυται.

Νυνὶ δὲ [d] ἐξ ἑτοίμου δεῖ λαβεῖν ἔνια, καὶ ταῦθ' ὅσα τῷ πολιτικῷ, καὶ τῷ στρατηλάτῃ χρήσιμα. Οὔτε γὰρ οὕτω δεῖ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν θέσιν τῆς γῆς, ὥστ' ἐπειδὰν γένηται κατὰ τόπους καθ' οὓς ἐξήλλακταί τινα τῶν φαινομένων τοῖς πολλοῖς ἐν τῷ οὐρανῷ, ταράττεσθαι, καὶ τοιαῦτα λέγειν·

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
Οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
Οὐδ' ὅπη ἀννεῖται... [e]

[a] καὶ τό.] Si quæ hîc immutanda, legendum judicamus ἐκ τοῦ, ut verborum structura postulat: ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, καὶ τοῦ νεύειν ἕκαστον σῶμα ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα.

[b] φέγγεσι.] Sic editi recentiores, & codex Regius: vetus lectio φέγγουσιν, quam probat Casaubonus, & secutus est vetus interpres.

[c] Odyss. ε, vers. 393.

[d] ἐξ ἑτοίμου.] Locutio Straboni familiaris λαμβάνειν ἐξ ἑτοίμου, assumere ex iis quæ alibi probata sunt.

[e] Odyss. κ, vers. 190 & seqq.

eâ

eâ de re monet rerum ad centrum ſeu medium mundi latio: item quòd quodvis corpus ſuo motu eò vergit atque inclinat. Sed ex iis quæ in cœlo aut mari obſerventur, è propinquo duci poteſt argumentum, cùm & ſenſus teſtimonium ferre queat, & notitia communis. Etenim navigantibus curvitas maris perſpicuè occurrit, ita ut viſu non attingant lumina ab ipſis longiùs remota, quamvis eâdem cum oculis ipſorum altitudine emineant: altiùs autem viſu elata conſpici poſſunt, etiam cùm longiùs ab oculis removeantur. Quo pacto & oculi in altum ſublati ea cernunt, quæ priùs latebant. Quod etiam poëta declaravit. Huc enim pertinet illud,

Elatus fluctu à magno proſpexit acutè.

Humiliora etiam navi ad litus accedentibus magis ſubinde magiſque deteguntur; & quæ initio depreſſa videbantur, magis jam paulatim attolluntur. Jam cœli revolutio, cùm aliàs, tum ex umbræ rationibus eſt evidens. Atque ex his ſtatim intellectus hoc deprehendit, converſionem cœli fieri non poſſe, [49] ſi terra radices ſuas in infinitum extenderet. Et quæ de climatibus diſſeruntur, ea ratione diverſarum habitationum demonſtrantur.

Nunc autem ex iis quæ in promptu habentur, accipienda quædam ſunt, ea ſcilicet, quæ civili ac exercitûs ductori proſunt. Neque enim uſque adeo ignarum eſſe decet rerum cœleſtium & ſitûs terræ, ut cùm in loca pervenerit, in quibus aliquid eorum, quæ in cœlo apparere ſolent, ab uſitato modo diſcrepet, tum animo perturbetur, & in hanc ſententiam loquatur:

O ſocii, neque enim noctis quo cardine ſurgat
Caligo, vel quà roſeis Aurora quadrigis
Vecta diem referat, præceps ubi lampada condat
Titan, quà curru terram ſuperetve ſupino,
Novimus....

[49] *ſi terra radices ſuas in infinitum extenderet.*] Hæc fuit quorumdam philoſophorum opinio, inter quos Xenophanes. Vide *Plut. de placit. philoſoph. l.* 3, *cap.* 9 & 11. *Ariſtot. de cœlo, l.* 2, *cap.*13. *Origenis Philoſophumena, cap.*14.

οὐθ' οὕτως ἀκριβοῦν ὥστε τὰς πανταχοῦ συνανατολάς τε καὶ συγκαταδύσεις, καὶ συμμεσουρανήσεις, καὶ ἐξάρματα πόλων, καὶ τὰ κατὰ κορυφὴν σημεῖα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὰς μεταπτώσεις τῶν ὁριζόντων ἅμα, καὶ τῶν ἀρκτικῶν διαφέροντα [f] ἅπαντα, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει, γνωρίζειν ἅπαντα. Ἀλλὰ τὰ μὲν μηδ' ὅλως φροντίζειν, πλὴν εἰ θέας φιλοσόφου χάριν· τοῖς δὲ πιστεύειν, κἂν μὴ βλέπῃ τὸ διὰ τί· καὶ γὰρ τοῦτο τοῦ φιλοσοφοῦντος μόνου· τῷ δὲ πολιτικῷ σχολῆς οὐ τοσαύτης μέτεστιν, ἢ οὐκ ἀεί.

Οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ὑπάρχειν, ἁπλοῦν δεῖ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇ γραφῇ ταύτῃ, καὶ ἀργόν, ὥστε μηδὲ σφαῖραν ἰδεῖν, μηδὲ κύκλους ἐν αὐτῇ, τοὺς μὲν παραλλήλους, τοὺς δ' ὀρθίους πρὸς τούτους, τοὺς δὲ λοξούς· μηδὲ τροπικῶν τε, καὶ [g] ἰσημερινῶν, καὶ ζῳδιακοῦ θέσιν, δι' οὗ φερόμενος ὁ Ἥλιος πρέπεται, καὶ διαφορὰς διδάσκει κλιμάτων τε [h] καὶ ἀνέμων· ταῦτα γὰρ καὶ τὰ περὶ τοὺς ὁρίζοντας, καὶ τοὺς ἀρκτικούς, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν τὴν εἰς τὰ μαθήματα παραδίδοται, κατανοήσας τις ἄλλως, πῶς δύναται παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις ἐνταῦθα; [i] Ὁ μηδ' εὐθεῖαν γραμμήν, ἢ περιφερῆ, μηδὲ κύκλον εἰδώς, μηδὲ σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν, ἢ ἐπίπεδον, μηδ' ἐν τῷ οὐρανῷ, μηδὲ τοὺς ἑπτὰ τῆς μεγάλης ἄρκτου ἀστέρας καταμαθών, μηδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων μηδέν, ἢ οὐκ ἂν δέοιτο τῆς πραγματείας ταύτης, ἢ οὐχὶ νῦν· ἀλλ' ἐκείνοις ἐντυχὼν πρότερον, ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος. Ἁπλῶς δέ, κοινὸν εἶναι τὸ σύγγραμμα τοῦτο δεῖ, καὶ πολιτικόν, καὶ δημωφελὲς ὁμοίως, ὥσπερ καὶ τὴν τῆς ἱστορίας γραφήν. Κἀκεῖ δὲ πολιτικὸν λέγομεν,

---

[f] ἅπαντα.] Legit Causaubonus ἁπαντᾷ. non ex scriptis aut editis codicibus, sed suo periculo. Felix restitutio, quam nemo est qui non admittendam censeat.

[g] ἰσημερινῶν.] Fortè legendum ἰσημερινοῦ, fortè μεσημβρινῶν. Unus est æquinoctialis circulus, non plures. At consentiunt libri omnes in vocem ἰσημερινῶν.

[h] καὶ ἀνέμων.] Consentiunt quoque libri omnes in vocem ἀνέμων. Xylandro arridet magis vox ἡμέρων, Casaubono vox ἀέρων. Sed ipse Casaubonus nihil mutandum censet, cùm & Strabo infrà, lib. secundo, scribat ἀντὶ τῶν κύκλων τῶν τε παραλλήλων καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τούτοι κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν. Qui locus apertè vulgatam lectionem confirmat. Et certè circuli saltem præcipui qui climata dis-

neque rursus ita accuratè omnia scrutari, ut quæ ubicunque locorum simul exoriuntur, simul occidunt, simul ad medium cœli appellunt, quæ polorum exaltationes, quæ suprà verticem ferantur puncta, & quæ alia id genus, mutatione horizontum juxtà atque arcticorum circulorum, diversa [50] vel in speciem, vel re verâ contingunt, cognita habeat. Sed hæc partim prorsus ei sunt negligenda, nisi philosophiæ contemplationis causâ attingat: partim credenda philosophis, etiamsi causam ipse non perspiciat. Nam causas scire philosophi solius est: civili homini tantum non est ocii, aut certè non semper.

Interim qui hoc opus leget, eum non eò usque rudem aut inertem esse oportet, ut neque sphæram inspiciat nusquam, neque circulos in eâ descriptos, quorum alii se æquis inter se perpetuò intervallis ambiunt, alii in hos ad angulos rectos incidunt, alii per obliquum ducuntur: neque norit eorum situm, quibus statio & in alteram mundi partem aversio Solis definitur, aut dies nocti æquatur; neque signiferum, per quem Sol decurrit, suisque conversionibus discrimina climatum & ventorum efficit. Qui enim hæc, & quæ de horizontibus, arcticis, aliisque rebus in primâ mathematum institutione traduntur, non rectè intelligit, quomodo is assequatur ea, quæ hîc disputantur? Qui rectam, circumductamve lineam, qui circulum ignorat, & globosam superficiem, aut planiciem, & qui in ipso cœlo neque septem stellas ursæ majoris cognitas habet, neque harum rerum quicquam, is aut prorsus est ab hâc tractatione alienus, aut in præsentiâ saltem: priúsque ea discere debet, sine quibus ad geographiam

---

terminant iidem & ventorum discrimina constituunt.

[1] Ὁ μηδ' εὐθεῖαν.] Editi ὅ τι. Particulam τὶ, omninò otiosam, expunximus, quam nec ms. Regius agnoscit, nec vetus interpres.

---

[50] *vel in speciem, vel re verâ contingunt.*] Locum hunc versionis Xylandrinæ ad mentem Strabonis, prælucente Casaubono, revocavimus.

[k] οὐχὶ δὲ τὸν παντάπασιν ἀπαίδευτον, ἀλλὰ τὸν μετασχόντα τῆς τε ἐγκυκλίου καὶ συνήθους ἀγωγῆς τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν οὔτε ψέγειν δύναιτο καλῶς, οὔτ᾽ ἐπαινεῖν, οὐδὲ κρίνειν ὅσα μνήμης ἄξια τῶν γεγονότων, ὅτῳ μηδὲν ἐμέλησεν ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως, καὶ τῶν εἰς ταῦτα λόγων.

Οὕτως δὲ καὶ οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες, ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν ποιοῦνται, μὴ προστιθέντες [l] ὅσα ἐκ τῶν μαθημάτων, καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων, ἃ συνάπτειν προσῆκε. Διόπερ ἡμεῖς πεποιηκότες ὑπομνήματα ἱστορικὰ χρήσιμα, ὡς ὑπολαμβάνομεν, εἰς τὴν ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, ἔγνωμεν προσθεῖναι καὶ τήνδε τὴν σύνταξιν· ὁμοειδὴς γὰρ καὶ αὐτή, καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς. Ἔτι δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἐκεῖ τὰ περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας καὶ βίους τυγχάνει μνήμης, τὰ δὲ μικρά, καὶ ἄδοξα παραλείπεται· [m] κἀνταῦθα δεῖ τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἀφανῆ παραπέμπειν, ἐν δὲ τοῖς ἐνδόξοις, καὶ μεγάλοις, καὶ ἐν οἷς τὸ πραγματικόν, καὶ μνημόνευτον, καὶ ἡδύ, διατρίβειν. Καθάπερ γε καὶ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις, οὐ τὸ καθ᾽ ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, ἀλλὰ τοῖς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον, ἢ εἴη καλῶς τὸ ὅλον· οὕτως κἂν τούτοις ποιεῖσθαι δεῖ τὴν κρίσιν. Κολοσσουργία γάρ τις καὶ αὐτή, τὰ μεγάλα φράζουσα πῶς ἔχει, [n] καὶ τὰ ὅλα· πλὴν εἴ τι κινεῖν δύναται, [o] καὶ τῶν μι-

---

[k] οὐχὶ δὲ τὸν.] Ex mſ. Regio voculam δὲ repoſuimus.

[l] ὅσα... ἃ συνάπτειν προσῆκε.] Sic omnes editi & ſcripti codices, quod Caſaubonum torquet. Legendum putat ὅσα... ἐστὶν ἃ συνάπτειν προσῆκε. Quidni vox ea ἐστὶν ſubaudiatur?

[m] κἀνταῦθα δεῖ... παραπέμπειν.] Editi ferunt κἀνταῦθα καὶ... παραπέμπειν. Hiulcus videbatur locus, nec medelam afferebat lectio ſcriptorum codicum margini editorum adſcripta κἀνταῦθα δεῖ... παραπέμπειν. Ipſiſſimam Strabonis lectionem ſuppeditat Regius codex, cui ſuffragatur codex Medicæus à Gronovio collatus: κἀνταῦθα δεῖ παραπέμπειν. De cætero, mentem Strabonis non ambiguam ſatis enunciat Xylandrina verſio quam ſervamus.

[n] καὶ τὰ ὅλα.] Sic mſ. Regius, ſic mſſ. à Caſaubono citati, ſic denique legerat vetus interpres. Lectionem optimam Straboni reſtituimus, expunctâ editorum depravatiſſimâ lectione τὰ ἄλλα.

[o] καὶ τῶν μικρῶν] Editi: ὅ, τι καὶ τῶν μικρῶν. Expunximus ὅ, τι, quod Regius codex non admittit, & quod omninò videtur redundare.

non eſt aptus. Omnino autem hunc commentarium communem oportet eſſe, & civilibus hominibus commodum, & in publicum utilem, quemadmodum & ſcriptionem hiſtoriæ. Nam & hîc civilem vocamus, non qui prorſum ſit ineruditus, ſed qui diſciplinâ circulari & liberalibus ac philoſophantibus uſitatâ, ſit inſtitutus. Nam qui nullum virtuti ac prudentiæ, ac iis, quibus iſta explicantur, rationibus ſtudium impendit, is neque vituperare quicquam rectè, neque laudare, neque judicare poteſt quænam facta ſint digna memoriâ.

Sic ii, qui portus & circumnavigationes quas vocant deſcripſere, imperfectam tractationem reliquerunt, non adjunctis quæ è mathematis ac cœlectium orbium doctrinâ erant annectenda. Quamobrem nos, [51] poſtquam hiſtoricos compoſuimus commentarios, utiles (ut quidem arbitramur) ad moralem ac civilem philoſophiam, hoc quoque opus addere ſtatuimus: eſt enim ejuſdem formæ, & ad eoſdem pertinet viros, maximè qui in aliquo ſunt faſtigio collocati. Tum quo modo ibi ea ſola commemorantur, quæ ſunt illuſtrium virorum ac vitarum, exiguis ac ingloriis omiſſis: eodem hîc parva & obſcura præterire intendimus: in claris autem & magnis, & in quibus ad actiones faciens aliquid, memorabile, aut oblectationi aptum ineſt, immorari. Ac quemadmodum in ſtatuarum ingentium operibus, non in ſingulis particulis exacta quæritur ſubtilitas, ſed id magis perpendimus, totumne opus rectè ſit confectum: ita hîc quoque judicium eſt faciendum. Eſt enim hoc quoque opus veluti coloſſi cujuſdam ſtructura, in quo magna deſcribuntur, [52] & quomodo ſe in toto habeant: niſi exile quippiam

---

[51] *poſtquam hiſtoricos compoſuimus commentarios.*] Videſis quæ de ſcriptis Strabonis in ejus vitâ diximus.

[52] *& quomodo ſe in toto habeant.*] Græca ex mſ. Regio reſtituimus, & juxtà reſtitutionem noſtram Xylandrum emendamus.

κρῶν, τὸ φιλειδήμονα καὶ τὸ πραγματικόν. Ὅτι μὲν οὖν σπουδαῖον τὸ προκείμενον ἔργον, καὶ φιλοσόφῳ [p] πρέπον, ταῦτα εἰρήσθω.

[p] πρέπον.] Codicis Regii lectionem sequimur, imò & scriptorum codicum margini editorum adscriptam; editi προσῆκον.

ΚΕΦ. Β.

Ὅτι οἱ πρότερον γεωγραφικῇ πραγματείᾳ χρησάμενοι ἐλλειπῶς, ἢ ἀνάρθρωτως, ἢ ἐσφαλμένως, ἢ ψευδῶς, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀσυμφώνως εἰρήκασιν. Ἔλεγχοι καὶ ἀποδείξεις τοῦ εἰκότως αὐτὸν κρίνειν κεφαλαιώδεις, πάσης οἰκουμένης συντόμως ὑποτυποῦντες τὴν διάθεσιν.

Εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν, οὔπω μεμπτέοι, ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον [q] διελεγχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες. Ὑπολαμβάνομεν δ᾽ ἄλλων ἄλλό τι κατορθωσάντων, πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι· πρὸς οὓς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν, ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως. Καὶ γὰρ δὴ πολύ τι τοῖς νῦν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια, καὶ τῶν Παρθυαίων, τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας προσδέδωκε· καθάπερ τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου στρατείαν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης· ὁ μὲν γὰρ τῆς Ἀσίας πολλὴν ἀνεκάλυψεν ἡμῖν, καὶ τῶν βορείων τῆς Εὐρώπης ἅπαντα [r] μέχρι τοῦ Ἴστρου· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰ ἑσπέρια τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέχρις Ἄλβιος ποταμοῦ, τοῦ τὴν Γερμανίαν δίχα διαιροῦντος, τά τε πέραν τοῦ Ἴστρου, τὰ μέχρι Τύρα ποταμοῦ· τὰ δὲ ἐπέκεινα μέχρι Μαιωτῶν, καὶ τῆς εἰς Κόλχους τελευτώσης παραλίας, Μι-

[q] διελεγχθῶμεν.] Sic Aldus. Sic legere jubet Casaubonus. Sic habet ms. Regius. Editi διαλεχθῶμεν, prava lectio.

[r] μέχρι τοῦ Ἴστρου.] Veteres codices πέραν τοῦ Ἴστρου. Lectionem μέχρι tuetur codex Regius, quam veram esse demonstrat ipse Strabo, cùm paulò post inquit ea πέραν τοῦ Ἴστρου à Romanis innotuisse. Ergo quæ Alexander nota fecerat non ultrà Istrum, sed ad Istrum usque, μέχρι τοῦ Ἴστρου, non πέραν τοῦ Ἴστρου.

occurrat, quod ipſum afficere ſcientiæ cupidum rebuſque agendis deditum poſſit. Atque hæc quidem diſputata ſint à nobis, ut conſtet inſtitutum à nobis opus præclarum eſſe, & philoſopho conveniens.

CAPUT II.

Qui priùs geographiam tractaverunt, multa vel omiſerunt, vel confuſa, dubia, falſa, inter ſe diffidentia tradiderunt. Pluribus argumentis Strabo ſe rectè ſic pronuntiaſſe demonſtrat, & totius terræ habitabilis diſpoſitionem ſummatim oculis ſubjicit, *dum primum geographicorum Eratoſthenis librum expendit, atque Homerum contra criminationes Eratoſthenicas defendit.* 1. *De fabularum interpretatione.* 2. *De ventis.* 3. *De Nilo & Pharo inſulâ.* 4. *De Iſthmo maris Erythræi.* 5. *De Æthiopibus, Sidoniis, Erembis.* 6. *De Charybde.* 7. *De Gaudo & Corcyrâ.* 8. *De Argonautis.*

QUOD autem poſt multos, qui his de rebus ante nos dixerunt, aggredimur hæc enarrare, [53] ob id reprehendendi non ſumus, niſi convicti omnia nos eodem modo dixiſſe ut alii. Cæterùm cùm alii alias partes benè tractaverint, cenſemus magnam tamen adhuc operis partem reſtare: ut ſatis juſta conatûs noſtri videatur fuiſſe occaſio, ſi prioribus, vel exiguum aliquid adjiciamus. Etenim iis, qui hodie vivunt, multùm notitiæ attulit Romanorum & Parthorum imperium: ſicut & Alexandri expeditione multa innotuerunt, ut ait Eratoſthenes. Is enim magnam Aſiæ partem nobis aperuit, & Europæ regiones Septentrionales ad Iſtrum uſque omnes: Romani autem occidua Europæ omnia uſque ad Albim fluvium, qui Germaniam in duas partes dividit: & quæ trans Iſtrum ſunt uſque ad Tyram fluvium. Ulteriora autem uſque ad Mæotidem lacum & oram maritimam, quæ ad

---

[53] *ob id reprehendendi non ſumus.*] Mentem expreſſerat Xylander, non verba, anxius pravâ lectione quam emendavimus.

θριδάτης ὁ [s] κληθεὶς Εὐπάτωρ ἐποίησε γνώριμα, καὶ οἱ ἐκείνου στρατηγοί· οἱ δὲ Παρθυαῖοι, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τὴν Βακτριανὴν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων δὲ Σκύθας, γνωριμωτέρους ἡμῖν ἐποίησαν, ἧττον γνωριζομένους ὑπὸ τῶν πρότερον· ὥστε ἔχοιμεν ἄν τι λέγειν πλέον τῶν πρὸ ἡμῶν.

Ὁρᾶν δὲ ἔστι τοῦτο μάλιστα ἐν τοῖς λόγοις τοῖς πρὸς τοὺς πρὸ ἡμῶν· ἧττον μὲν [t] ἐκ τῶν πάλαι, μᾶλλον δὲ τοὺς μετ' Ἐρατοσθένη, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον· οὓς εἰκὸς ὅσῳ περ πολυμαθέστεροι τῶν πολλῶν γεγόνασι, τοσούτῳ δυσελεγκτοτέρους εἶναι τοῖς ὕστερον ἄν τι πλημμελῶς λέγωσιν. Εἰ δ' ἀναγκασθησόμεθά που τοῖς αὐτοῖς ἀντιλέγειν, οἷς μάλιστα ἐπακολουθοῦμεν κατ' ἄλλα, δεῖ συγγνώμην ἔχειν· οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶν, οἷς μηδὲ ἀκολουθεῖν ἄξιον· ἐκείνους δὲ διαιτᾶν, οὓς ἐν τοῖς πλείστοις κατορθωκότας ἴσμεν· ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς ἅπαντας φιλοσοφεῖν ἄξιον· πρὸς Ἐρατοσθένη δὲ καὶ Ποσειδώνιον, καὶ Ἵππαρχον, καὶ Πολύβιον, καὶ ἄλλους τοιούτους, καλόν.

Πρότερον δ' ἐπισκεπτέον Ἐρατοσθένη, παρατιθέντας ἅμα καὶ τὴν Ἱππάρχου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν. Ἔστι δ' ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ' Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι· οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον πιστὸς, ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλείστοις ἐντυχὼν, ὡς εἴρηκεν αὐτὸς, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ἐγένοντο γὰρ, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης, ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ μίαν πόλιν, οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. Οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον· ὁ δὲ, Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν. Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον [u] ἀνθινὰ

---

[s] κληθεὶς.] Sic mſſ. & ipſe codex Regius. Editi ἐπικληθείς.

[t] ἐκ τῶν πάλαι.] Libri veteres, juxtà Caſaubonum, ferunt τοὺς πάλαι. Utrumque dici poteſt.

[u] ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν.] Sic reſtituimus. Editi, θείαν τινὰ περιβαλεῖν σοφίαν. Corruptum locum perſpexerat Caſaubonus, & penè puer emendaverat in notis ad Laertium ex ipſius Laertii verbis. Laertius refert (p. 67) Eratoſthenem dicere ſolitum ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσε. Verba hæc conjecturam Caſauboni aſſerunt. Adde libros manu exaratos pleroſque habere ἄντινα pro θείαν τινὰ, & φιλοσοφίαν pro σοφίαν. In Regio codice legitur quoque ἄϊτινα, vox veræ lectioni proxima.

Colchos

Colchos finitur, Mithridates cognomento Eupator nota reddidit, & duces ejus. Parthi Hyrcaniam, Bactrianam, & Scythas ultra eam incolentes, notiores nobis redegerunt, cùm prioribus nobis minùs essent noti. Habemus ergo quod scribamus præter ea, quæ nobis ætate priores litteris mandaverunt.

Id præsertim conspicuum est in iis, quæ contra illos disputamus, minùs quidem sæpè contra antiquos, præcipuè autem contra Eratosthenem & eos, qui post hunc scripserunt: quos par est tanto difficiliùs redargui à posterioribus posse sicubi peccaverunt, quanto majore quàm vulgus hominum doctrinâ fuerunt ac cognitione rerum prædITI. Quòd si aliquando cogemur iis ipsis contradicere, quos maximè alioqui sequimur, ignoscendum erit nobis. Neque enim statuimus contra omnes dicere, sed plerosque missos facere, ut qui digni non sint quos sequare: de iis verò solis judicium facere, quos pleraque novimus rectè scripsisse. Nam ne philosophari quidem adversùs omnes convenit: contra Eratosthenem autem, Posidonium, Hipparchum, & Polybium aliosque horum similes decet.

Primò omnium excutiemus Eratosthenem, simul ea proponentes, quæ ab Hipparcho contra ipsum dicuntur. Non est autem Eratosthenes adeò contemptu facilis, ut dicere liceat eum ne Athenas quidem vidisse, quod Polemo conatur ostendere: neque rursus tantùm fidei meretur, quantùm ei nonnulli deferunt; quanquam, ut ipse ait, plurimos bonos viros audiverit. Fuerunt enim, inquit Eratosthenes, eo tempore ut numquam aliàs unâ in urbe intráque eadem mœnia Aristo, Arcesilaus, & qui cum his alii floruere philosophi. Atqui hoc, ut arbitror, non satis est: sed rectè judicandum est cuinam sit assentiendum. Is verò Aristonem & Arcesilaum principes eorum, qui ipsius floruerint ætate, facit; multusque est in Apelle prædicando, & Bione: quem dicit primum [54] floribus philo-

[54] *floribus philosophiam induisse.*] Græca restituimus, & ad restitutionem latina accommodavimus.

περιβαλεῖν φιλοσοφίαν· [x] ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἂν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο,

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων. [y]

Ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις, ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· ὃς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι, τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται· τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας, καὶ ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται, τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ πραγματεία, καὶ μελέται, καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτο, τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ· διότι μέσος ἦν τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦ μὴ θαῤῥοῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν [z] ὑπόσχεσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασίν τινα ταύτην ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένου, πρὸς διαγωγὴν, ἢ καὶ παιδείαν· τρόπον δέ τινα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τοιοῦτος· ἀλλὰ ἐκεῖνα ἐάσθω.

Πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπιχειρητέον ὅσα δύναιτ' ἂν ἐπανορθοῦν τὴν γεωγραφίαν· καὶ πρῶτον ὅπερ ἀρτίως ὑπερεθέμεθα. Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας· τοὐναντίον δ' οἱ παλαιοὶ, φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη, καὶ πάθη καὶ πράξεις, μεθ' ἡδονῆς. [a] Οἱ δ' ἡμέτεροι, καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυ-

---

[x] ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἂν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο.] Sic editi, & Regius codex. Libri quidam mss. ferunt εἰπεῖν ἄν τινα, testibus Casaubono & Gronovio; quod non probamus. Mens Strabonis est, Bionem plus æquo ab Eratosthene prædicatum, præsertim cùm ab illo philosophiam floridâ veste primùm indutam fuisse dixit. E contrario enim sæpè de Bionis philosophandi ratione usurpabatur illud Homericum : *Qualia de pannis promit Bio !* Ergo non floridus Bio, sed pannosus potiùs dicendus fuit.

[y] Odyss. σ, vers. 73 :
Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων.
Agit eo loco Homerus de Ulysse mendici in morem pannis obsito, qui cum Iro pugnaturus, femur egregii corporis denudat, quo conspecto proci stupentes exclamant, *Qualia de pannis promit senex !*

[z] ὑπόσχεσιν.] Mallet Casaubonus ὑπόθεσιν. Sed cùm scripti & editi vocem ὑπόσχεσιν tueantur, nec lectio hæc malè congruat, retinendam eam judicamus.

[a] Οἱ δ' ἡμέτεροι.] Strabo se hic apertè Stoïcum profitetur. Stoïcum enim

ſophiam induiſſe. [55] Attamen ſæpè ſubit ipſi de eo dicere :

Qualia de pannis promit Bio !

His ipſis autem in enuntiatis ſatis magnam mentis imbecillitatem prodit, qui, cùm Athenis vixerit, Citienſem [56] Zenonem novit, nec ullam tamen eorum facit mentionem qui illi ſucceſſerunt : adverſarios autem illius, & quorum ſucceſſio nulla ſupereſt, eos iſto floruiſſe ait tempore. Quæ autem fuerint ſtudia Eratoſthenis, tractatio de bonis ab ipſo edita, & declamationes, aliaque ſimilia oſtendunt : medium ſcilicet eum tenuiſſe inter eum qui philoſophari vellet, & eum qui non auderet ſe ei dare inſtituto : ſed eò duntaxat progrederetur ut philoſophari putaretur, aut hanc quamdam digreſſionem à circularibus reliquis diſciplinis ſibi vel animi vel eruditionis alicujus gratiâ pararet. In reliquis etiam quodammodo talis eſt. Verùm iſta quidem omittantur.

In præſentiâ, ea in manus ſumamus, quæ ad emendandam geographiam faciunt : idque primò repetamus quod paulo antè huc rejecimus. Ait ergo Eratoſthenes, poetam omnia ad delectandum dirigere, nihil ad docendum. Contrà antiqui poeticam dixerunt primam quamdam eſſe philoſophiam, vitæ à primâ ætate formatricem, quæ morum, affectuum, actionumque rationes nos voluptate comitante doceat. Quinetiam noſtri ſolum ſapientem eſſe poetam

---

dogma eſt ſapientem omnia rectè exequi. Athen. l. IV, p. 158. Malè in veteribus quibusdam codicibus legitur, teſte Caſaubono, οἱ δὲ νεώτεροι (recentiores); neque enim recentior opinio eſt quam hîc Strabo declarat, ſed maximè Stoïca. Vid. Laert. in Zenone, Cic. de fin. l. 3 ſub fin., &c.

---

55 *Attamen ſæpè ſubit ipſi*, &c.] Strabonis & Homeri verba præter Strabonis mentem verterant interpretes. Vide ſuprà quæ commentamur ad græca, not. x.

56 *Zenonem novit, nec ullam tamen*, &c.] Stoïcus Strabo dolet Ariſtonem Stoïcæ doctrinæ deſertorem, prælatum eſſe Zenoni. Sed venia fuit Eratoſtheni danda : magiſtro enim Ariſtone uſus fuerat Eratoſthenes, teſte Suida. Ergò non levem habuit cauſam cur in Ariſtonem eſſet propenſior, quod rectè Caſaubonus monuit.

ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ· ὅπου γε καὶ οἱ μουσικοὶ ψάλλειν, [b] καὶ λυρίζειν καὶ αὐλεῖν διδάσκοντες, μεταποιοῦνται τῆς ἀρετῆς ταύτης· παιδευτικοὶ γὰρ εἶναι φασὶ, καὶ ἐπανορθωτικοὶ τῶν ἠθῶν. Ταῦτα δ' οὐ μόνον παρὰ τῶν Πυθαγορείων ἀκούειν ἐστὶ λεγόντων, ἀλλὰ καὶ Ἀριστόξενος οὕτως ἀποφαίνεται. Καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε· καθάπερ καὶ τὸν τῆς Κλυταιμνήστρας φύλακα,

.... ᾧ πόλλ' ἐπέτελλεν
Ἀτρείδης Τροίηνδε κιὼν εἴρυσθαι ἄκοιτιν. [c]

τόν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιγενέσθαι, πρὶν ἢ

.... τὸν μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην
Κάλλιπε· ....
Τὴν δ' ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε. [d]

Χωρὶς δὲ τούτων ὁ Ἐρατοσθένης ἑαυτῷ μάχεται. Μικρὸν γὰρ πρὸ τῆς λεχθείσης ἀποφάσεως, [e] ἐναρχόμενος τοῦ περὶ τῆς γεωγραφίας λόγου, φησὶν ἅπαντας καταρχὰς φιλοτίμως ἔχειν, εἰς τὸ μέσον φέρειν τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἱστορίαν. Ὅμηρον γοῦν ὑπέρ τε τῶν Αἰθιόπων ὅσα ἐπύθετο [f] καταχωρῆσαι εἰς τὴν ποίησιν, καὶ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην· τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τοὺς σύνεγγυς τόπους, καὶ λίαν περιέργως ἐξενηνοχέναι, [g] πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην λέγοντα, Ἁλίαρ-

[b] καὶ λυρίζειν καὶ αὐλεῖν.] Sic emendamus ex codicibus mſſ., præſertim Regio & Medicæo. Editi αὐλίζειν καὶ λυρίζειν. Legitur αὐλεῖν in Planudæ συνάγμασι ex hoc Strabonis libro, ut Caſaubonus docet. Addit legi in mſſ. ἀντιποιοῦνται, pro μεταποιοῦνται. Sed cùm Regius & Mediceus codex vocem μεταποιοῦνται retinuerint, & nos eam retinuimus.

[c] Odyſſ. γ, verſ. 267 & ſeqq.

[d] Ibid. verſ. 270 & ſeqq. Locum reſtituimus ut extat in mſ. Regio, & apud poetam ipſum.

[e] ἐναρχόμενος.] Sic ex mſ. Regio. Vulgò ἀρχόμενος. Vox ἐνάρχεσθαι uſurpatur maximè cùm quis dicendi principium aggreditur.

[f] καταχωρῆσαι.] Legit Caſaubonus καταχωρίσαι, cui libenter aſſentimur. Frequenter enim vocem καταχωρίζειν à Græcis ita uſurpatam recordamur, καταχωρεῖν nuſpiàm. Nullâ autem ſcriptorum codicum autoritate fulti, manum à contextu abſtinuimus.

[g] πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην.] Hæc & ſimilia quæ huc adducit Strabo, verba ipſa Homeri ſunt in enumeratione navium. Iliad. β, verſ. 502, 503, 508 & 523.

affirmarunt, atque eâ de causâ in Græcis urbibus pueri primò omnium poesi instituuntur, non sanè nudæ oblectionis causâ, sed ut modestiam discant: quando musici etiam, qui psallere, tibiâ canere vel lyrâ docent, hoc ipsum præstare profitentur, morum se magistros ac formatores & correctores esse affirmantes. Neque hoc solùm à Pythagoreis audiret licet, [57] sed & Aristoxenus idem enuntiat. Homerus quoque cantoribus vitæ ad modestiam formandæ munus tribuit: ut cùm de custode Clytæmnestræ scribit;

.... multis tutelam conjugis illi
Cum Troiam peteret, verbis mandarat Atrides:

neque eâ Ægysthum ante potitum,

Cantorem in vacuam quàm deportavit adulter
Insulam: ita assensam proprias perduxit in ædes.

Præter hæc ipse secum Eratosthenes pugnat. Nam paulum ante dictam hanc sententiam, exordiens orationem de geographiâ, jam inde ab initio omnes ait magno studio hoc agere, ut historiam de situ terræ in medium proponant. Itaque Homerum & quæ de Æthiopibus, Ægypto atque Africâ auditu percepisset, suo poemati inseruisse: & Græciam ac vicina loca nimis curiosè commemorasse, cujus generis sint

.... abundantemque columbis
Thisben ....
.... herbosamque Haliartum:
.... extremum tangentem Anthedona littus:
.... Cephissi positam ad fontesque Lilæam:

[57] *sed & Aristoxenus idem enuntiat.*]. Verba hæc in Xylandri versione omissa sunt. XenophilumPythagoricum audiverat primò Aristoxenus, deinde Aristotelem.

τον δὲ ποιήεντα, ἐσχατόωσαν δὲ Ἀνθηδόνα, Λίλαιαν δὲ πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο· καὶ οὐδεμίαν προσθήκην κενῶς ἀποῤῥίπτειν. Πότερον οὖν ὁ ποιῶν ταῦτα ψυχαγωγοῦντι ἔοικεν ἢ διδάσκοντι; διδάσκοντι, νὴ Δία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκε· τὰ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως, καὶ οὗτος, καὶ οἱ ἄλλοι, τερατολογίας μυθικῆς πεπληρώκασιν. Οὐκοῦν ἐχρῆν οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ποιητὴς πᾶς πάντα τὰ μὲν ψυχαγωγίας χάριν μόνον ἐκφέρει, τὰ δὲ διδασκαλίας· ὁ δ' ἐπήνεγκεν ὅτι ψυχαγωγίας μόνον, διδασκαλίας δ' οὔ.

Καὶ [h] προσεξεργάζεταί γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας, ἢ γεωργίας, ἢ ῥητορικῆς, ἢ οἷα δὴ περιποιεῖν αὐτῷ τινὲς ἐβουλήθησαν; Τὸ μὲν οὖν ἅπαντα ζητεῖν περιποιεῖν αὐτῷ, [i] προσεκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ· ὡς ἂν εἴ τις, φησὶν ὁ Ἵππαρχος, [k] Ἀττικῆς Εἰρεσιώνης κατηγοροίη, καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν μῆλα καὶ ὄχνας, οὕτως ἐκείνου πᾶν μάθημα, καὶ πᾶσαν τέχνην· τοῦτο μὲν δὴ ὀρθῶς ἂν [l] λέγοις, ὦ Ἐρατόσθενες· ἐκεῖνα δ' οὐκ ὀρθῶς· ἀφαιρούμενος αὐτὸν τὴν τοσαύτην πολυμάθειαν, καὶ τὴν ποιητικὴν, γραώδη μυθολογίαν ἀποφαίνων, ᾗ δέδοται πλάττειν, φησὶν, ὃ ἂν αὐτῇ φαίνηται ψυχαγωγίας οἰκεῖον. Ἆρα γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀκροωμένοις τῶν ποιητῶν οὐδὲν συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν, λέγω δὲ τὸ πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας, ἢ γεωργίας, ἢ ῥητορικῆς, ἅπερ ἡ

---

[h] προσεξεργάζεται.] Sic Aldus & veteres editi; ſic mſ. Regius. Xylandri editio, & quæ ipſam ſecutæ ſunt, ferunt προσεργάζεται, quod minùs congruit. Caſaubonus ex mſſ. legit προσεπεξεργάζεται : mſ. Regium ſequimur.

[i] προσεκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ.] Scribit Caſaubonus πρὸς ἐκπίπτοντος, & contendit verba duo in unum coaluiſſe. Cùm phraſis nullâ emendatione indigere videatur, vulgatam lectionem retinuimus quam exhibent ſcripti & editi codices. Apud Platonem, epiſt. VII, legitur τίθεσθαι αὐτοῦ, *ſuum aſſerere*. Quidni ergò apud Strabonem vertatur θείη προσεκπίπτοντος, *hominis à vero aberrantis proprium eſſe judicavit*.

[k] Ἀττικῆς Εἰρεσιώνης κατηγοροίη.] De Ireſionâ Atticâ infrà dicemus ad latina. Hic cæcutiit vetus interpres; ſententiam perſpexerunt ſatis Caſaubonus & Xylander. Fruſtrà tamen diſputare videntur de poteſtate vocis κατηγορεύειν, quæ hic intelligi poteſt juxtà ſignificationem receptam, *accuſare*; ità ut ſenſus hic emergat : *qui in poeta omnes diſciplinas atque artes requirit, idem facit ac ſi quis Ireſionam Atticam accuſaret de pyris & malis quæ ferre nequit.*

[l] λέγοις] Veteres libri λέγεις, teſte Caſaubono.

neque omnino ullam frustrà locis eum adjicere appellationem. Hæc ergo qui facit, an delectare videtur, an verò docere? profectò docere hoc est. [58] Verùm de his ille ita scripsit: quæ verò extra nostrum sensum sita sunt, cùm ipse, tum alii, portentis fabularum impleverunt. Igitur hoc erat dicendum, poetam unumquemque omnia sua partim ad solam oblectationem, partim ad docendum accommodare: is verò intulit, solam voluptatem ab eo quæri, nullam haberi docendi rationem.

Atque id ut confirmaret, quærit quid ad virtutem poeticæ faciat, peritum esse multorum locorum, artis militaris, agriculturæ, oratoriæ, aliarumve rerum, quas nonnulli poetæ adscribere voluerunt. Sanè qui conari velit omnia poetæ arrogare, eum non injuriâ [59] nimio erga poetas studio aberrantem à vero judicaris. Est enim (ut Hipparchus ait) perinde ac si qui [60] Eiresionæ Atticæ mala etiam ac pyra, quæ ferre nequit, adesse velit, si quis in poeta omnes disciplinas atque artes requirat: itaque hactenus rectè loqueris Eratosthenes. Hæc autem perperam, quòd tantam multarum rerum cognitionem poetæ detrahis, & poeticam, fabulandi anilem quamdam facultatem esse pronuncias, cui (uti tu loqueris) liceat delectandi causâ fingere quæ velit. An enim ne auditoribus quidem poetarum quicquam ad virtutem conferet adju-

---

58 *Verùm de his ille ita scripsit.*] Hæc ad Homerum referenda sunt. Phrasis vitiosâ interpunctione perturbata fuerat. Eam ad mentem Casauboni, & ipsius Strabonis, diligentiori punctorum dispositione distinximus, atque ipsam Xylandri interpretationem à verâ Geographi sententiâ paululùm declinantem emendavimus.

59 *nimio erga poetas studio aberrantem à vero.*] Hic frustra fuerunt Xylander & vetus interpres. Locum feliciter explanavit, ac perspicuè exposuit Casaubonus. Vox φιλοτιμία, non *contendendi studium*, ut Xylandro visum est; non *ostentationem* aut *jactantiam*, ut veteri interpreti: sed *studium* ergà poetas *nimium* hoc loco significat; atque ea sæpè est apud Græcos vocis hujus potestas. Interpretationem Xylandri correximus, ut par erat.

60 *Eiresionæ Atticæ.*] Hoc nomine intelligebatur ramus oleæ vel lauri, lanâ circumplicitâ velatus, de quo pendebant ficus, mel, panis & alia bona: quem ex voto ante ædes quotannis Athenienses collocabant in honorem Apollinis. Vide Plutarch. in Theseo, Aristophan. in Pluto & ibi schol., Suidam, & J. Gruterum in Thes. crit. tom. I, p. 584.

ἀκρόασις, ὡς εἰκὸς, περιποιεῖ; Ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε πάντα ὁ ποιητὴς Ὀδυσσεῖ προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ. Οὗτος γὰρ αὐτῷ

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω·[m]

οὗτός τε, ὁ

Εἰδὼς παντοίους τε δόλους, καὶ μήδεα πυκνά.[n]

οὗτος δ' ὁ πτολίπορθος ἀεὶ λεγόμενος, καὶ τὸ Ἴλιον ἑλὼν

Βουλῇ καὶ μύθοισι, καὶ ἠπεροπηίδι τέχνῃ·[o]
Τούτου γ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν....[p]

φησὶν ὁ Διομήδης. Καὶ μὴν ἐπί γε τῇ γεωργίᾳ σεμνύνεται· καὶ γὰρ ἐν ἀμητῷ,

Ἐν ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,
Καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις....[q]

καὶ ἐν ἀρότῳ,

Τῷ κέ μ' ἴδοις εἰ ὦλκα διηνεκέα προταμοίμην.[r]

Καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται τῷ ποιητῇ, ὡς ὀρθῶς λέγοντι, περὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν εἰς φρόνησιν συντείνειν μάλιστα.

Ἡ δὲ ῥητορικὴ φρόνησίς ἐστι δήπου περὶ λόγους· ἣν ἐπιδείκ-

m Odyss. α, vers. 3.

n Iliad. γ, vers. 202.

o Hunc versum frustrà in utroque Homeri poemate quæsivimus.

p Iliad. κ, vers. 246.

q Odyss. σ, vers. 367 & seqq.

r Ibid. vers. 374.

61 *Nonne verò hæc ita sensit Homerus? Nonne*, &c.] In græcis punctum interrogantis adhibuimus: in latinis ipsam interrogationem expressimus, quam series argumentationis postulare nobis visa est.

62 *in libro secundo Iliados.*] Græcè ἐν τῇ διαπείρᾳ. Vertebat Xylander *in tentandis animis*, & nescire se fatebatur ad quem Iliadis librum id pertineret. Certè ad librum secundum, ubi Agamemnon dissuadet discessum à Trojâ. Hanc libri secundi partem vocabant grammatici διάπειραν, vel ἀπόπειραν, menti,

menti, esse multorum locorum, rei militaris, agriculturæ, oratoriæ peritum, quæ istâ auditione consequuntur? Atqui Homerus hæc omnia Ulyssi, quem præ cæteris aliis omni virtute exornat, attribuit. Hic enim, ipso referente,

Multorum mores hominum cognovit & urbes:

is est,

Consilioque, dolis variisque instructus abundè:

is est, quem subinde *urbis eversorem* vocat, & qui Ilium cepit

Consilio verbisque, & vafræ fraudibus artis.

Et

Hoc comite ex igni sospes flagrante revertar,

inquit Diomedes. Idem Ulysses & de agriculturâ gloriatur: in messe quidem inquit,

Curva mihi viridi falx si tribuatur in herbâ,
Atque tibi similis ....

& in aratione,

Tunc me continuum videas proscindere sulcum.

Nonne verò [61] hæc ita sensit Homerus? Nonne eruditi omnes testimonio ipsius, tanquam rectè disserentis, confirmant hujusmodi peritiam ad prudentiam plurimùm conducere?

Jam cùm oratoria prudentia in oratione versetur, eam Ulysses per totam poesin exerit, [62] in libro secundo Ilia-

---

quo nomine utitur Dionysius Halic. laudans Agamemnonis concionem ἐν τῇ ἀποπείρᾳ τῶν Ἑλλήνων. Haud certa ab initio fuit poematum Homeri divisio, sed quæque pars suo insignita nomine; hisque inscriptionibus veteres indicare consueti quos citabant Homeri locos, ab illo usu abstinere vix potuerunt cùm certus fuit Homericorum librorum numerus & ordo. Id probat Casaubonus variis exemplis quæ hîc coacervare ducimus supervacaneum. Consulesis Daceriam in præf. Iliadis Gallicæ, & adi si lubet Ælianum hist. var. lib. XIII. cap. 14. & ibî Jac. Perizonium: tùm Kusterum in hist. crit. Homeri, p. 84 & seqq. Allatium de patriâ Homeri, cap. 5. Fabric. bibl. Gr. t. 1, p. 301, &c. &c.

νυται παρ' ὅλην τὴν ποίησιν Ὀδυσσεὺς, ἐν τῇ διαπείρᾳ, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν τῇ πρεσβείᾳ, ἐν ᾗ φησιν·

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος. [a]

Τίς ἂν οὖν ὑπολάβοι τὸν δυνάμενον ποιητὴν εἰσάγειν ῥητορεύοντας [t] ἄλλους, καὶ στρατηγοῦντας, καὶ τ' ἄλλα ἐπιδεικνυμένους τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα, αὐτὸν εἶναι τῶν φλυάρων ἕνα, καὶ τῶν θαυματοποιῶν, γοητεύειν μόνον καὶ κολακεύειν τὸν ἀκροατὴν δυνάμενον, ὠφελεῖν δὲ μηδέν; [u] Πότερον δ' οὐδ' ἀρετὴν ποιητοῦ λέγοιμεν ἂν ἡντινοῦν ἄλλην, ἢ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου διὰ λόγων; Πῶς ἂν οὖν μιμοῖτο ἄπειρος ὢν τοῦ βίου, καὶ ἄφρων; Οὐ γὰρ οὕτω φαμὲν τὴν τῶν ποιητῶν ἀρετὴν ὡς ἢ τεκτόνων, ἢ χαλκέων· ἀλλ' ἐκείνη μὲν οὐδενὸς ἔχεται καλοῦ, καὶ σεμνοῦ· ἡ δὲ ποιητοῦ συνέζευκται τῇ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι ποιητὴν, μὴ πρότερον γενηθέντα ἄνδρα ἀγαθόν.

Τὸ δὲ δὴ καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀφαιρεῖσθαι τὸν ποιητὴν, τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι· τί γὰρ οὕτω ῥητορικὸν, ὡς φράσις; τί δ' οὕτω ποιητικόν; Τίς δ' ἀμείνων Ὁμήρου φράσαι νὴ Δία; Ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητικὴ, [x] τῷ γε ἰδίως· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ποιητικῇ, ἡ τραγικὴ, καὶ ἡ κωμικὴ· καὶ ἐν τῇ πεζῇ, ἡ ἱστορικὴ, καὶ ἡ δικανική. Ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ἐστὶ γενικὸς, οὗ εἴδη ὁ ἔμμετρος καὶ ὁ πεζός; Ἢ λόγος μὲν, ῥητορικὸς δὲ λόγος, οὐκ ἔστι γενικὸς, καὶ φράσις καὶ ἀρετὴ λόγου; Ὡς δ' εἰπεῖν, ὁ πε-

[a] Iliad γ, verſ. 221 & ſeqq.

[t] ἄλλους.] Monet Caſaubonus libros veteres habere ἑτέρους, quod mutatum cenſet ab iis qui perperàm arbitrati ſunt eam eſſe inter ἄλλος & ἕτερος differentiam quam grammatici notant, ſed quam conſtat ſcriptores Atticos negligere.

[u] Πότερον.] Fert mſ. Regius πρότερον, quod non probamus.

[x] τῷ γε ἰδίως.] Legit Caſaubonus τῷ γε ἰδίῳ, ex veteribus libris.

63 *in nono.*] Græcè ἐν ταῖς λιταῖς, *in deprecatione.* Sic librum Iliadis nonum deſignabant veteres grammatici, ut notat Caſaubonus ex Euſtathio. Vide & Athen. lib. 1, cap. 14, 18.

64 *in tertio.*] Græcè ἐν τῇ πρεσβείᾳ,

dos, [63] in nono, [64] in tertio ubi de Ulysse scribitur:

At simul emisit magnam de pectore vocem.
Hybernis fudit nivibusque simillima verba.
Eloquio jam nemo hominum certârit Ulyssi.

Quis verò opinetur poetam, qui introducere possit homines artificiosè differentes, & exercitus prudenter ductantes, aliaque virtutis officia obeuntes, ipsum de nugatoribus ac præstigiatoribus aliquem esse, qui tantùm decipere præstigiis, & adulando mulcere auditorem, nihil autem ei utilitatis adferre possit? Nonne autem alia poetæ virtus nulla est, quàm ut oratione vitam humanam imitatam exprimat? Qui autem id præstet, vitæ ipse imperitus atque imprudens? Non enim eodem modo poetæ, quo fabrorum aut ærariorum præstantiam censemus: cùm hæc nihil honestum aut venerabile consectetur: poetæ virtus hominis cum virtute sit conjuncta, neque bonus fieri possit poeta, qui non priùs vir bonus extiterit.

Certè [65] nos prorsùs deridet is qui rhetoricam poetis adimit. Quid enim elocutione magis est oratorium? quid & magis poeticum? Et, per Jovem! cujusnam elocutionem Homericæ putemus præferendam? [66] Alia, inquies, poetica elocutio est, cujus species sunt tragica & comica: sicut in solutâ oratione, historica & judicialis. Nonne autem oratio genus est: species, oratio mensuræ certæ adstricta, & oratio soluta: vel oratio quidem genus est, non item rhetorica oratio, elocutio, virtus orationis? Imò, ut dicam quod res est, pedestris oratio, quæ quidem sit

---

in legatione. Ex versibus mox à Strabone citatis liquet hâc appellatione tertium Iliadis librum designatum esse.

65 *Certè nos prorsùs deridet.*] Ea est vis vocis ἀφειδεῖν hoc in loco. Id non senserant interpretes, quibus neque argumentationis series satis fuit perspecta. Interpretationem Xylandri ad mentem Strabonis revocavimus.

66 *Alia, inquies, poetica elocutio est.*] Tota hæc argumentatio confusa satis, veterem interpretem atque ipsum Xylandrum fefellit. Curavimus ut mens Strabonis emergeret.

ζὸς λόγος ὅγε κατεσκευασμένος, μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστι· πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύδην, καὶ Ἑκαταῖον· εἶτα οἱ ὕστερον, ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων, εἰς τὸ νῦν εἶδος κατήγαγον, ὡς ἂν ἀπὸ ὕψους τινός· καθάπερ ἄν τις καὶ τὴν κωμῳδίαν φαίη λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ὕψους, καταβιβασθεῖσαν εἰς τὸ λογοειδὲς νυνὶ καλούμενον.

Καὶ τὸ [y] ἀείδειν δὲ ἀντὶ τοῦ φράζειν τιθέμενον [z] παρὰ τοῖς πάλαι, ταυτὸ τοῦτο ἐκμαρτυρεῖ, διότι πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπῆρξεν ἡ ποιητική. Αὕτη γὰρ προσεχρήσατο τῷ μέλει κατὰ τὰς ἐπιδείξεις· τοῦτο δ' ἦν ἡ ᾠδὴ λόγος μεμελισμένος· ἀφ' οὗ δὴ ῥαψῳδίαν τ' ἔλεγον, καὶ τραγῳδίαν, καὶ κωμῳδίαν. Ὥστ' ἐπειδὴ τὸ φράζειν πρώτιστα ἐπὶ τῆς ποιητικῆς ἐλέγετο φράσεως, αὕτη δὲ μετ' ᾠδῆς, τὸ [a] ἀείδειν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ τῷ φράζειν ὑπῆρξε παρ' ἐκείνοις· [b] καταχρησαμένου δ' αὐτῶν θατέρου καὶ ἐπὶ τοῦ πεζοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις διέβη. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον, ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος.

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης εἴρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρρω πολλὰ λέγει καὶ δι' ἀκριβείας Ὅμηρος, καὶ μᾶλλόν γε τῶν ὕστερον μυθολογούντων·

---

[y] ἀείδειν.] Sic codex Regius, & mss. à Casaubono allati; editi ᾄδειν. Vox ᾄδειν per contractionem à voce ἀείδειν. Hæc autem, cùm poetica sit ac primigenia, huic loco videtur magis accommodata.

[z] παρὰ τοῖς πάλαι.] Editi veteres habent ἐπὶ pro παρὰ, recentiores περὶ. Casaubonus notat in codd. manu exaratis legi παρὰ, & sic fert Regius codex, quem sequimur.

[a] ἀείδειν.] Sic scribimus ex mss. Vide quæ ad hanc vocem suprà diximus, not. y.

[b] καταχρησαμένου δ' αὐτῶν θατέρου.] Sic ex Regio codice. Editi καταχρησαμένων δ' αὐτῶν θατέρῳ.

---

67 *cùm se ostentaret.*] Id est cùm in publicum prodiret poeta & carmen suum recitaret, ut ipse Xylander in notis interpretabatur.

68 canere *poetis idem fuit ac dicere oratoribus.*] Versionem hîc emendare necesse habuimus. Strabo intelligit poetas voce αὐτοῖς, & rhetores voce ἐκείνοις.

arte parata, poeseos est imitatio. Primò enim omnium poeticus apparatus in medium prodiit, approbationemque meruit: post eum imitantes, mensurâ dissolutâ, reliquis poeticis conservatis, sua conscripserunt Cadmus, Pherecydes, atque Hecatæus: deinde posteriores subinde aliquid tale subtrahentes, orationes ad hanc, quæ nunc usurpatur, formam deduxerunt, veluti de sublimi quodam statu: perinde ac si quis diceret, comœdiam esse à tragœdiâ procreatam, hujus sublimitate depressâ usque ad eam formam, quæ nunc prorsæ vocatur orationi similis.

Jam quòd veteres vocabulo canendi pro voce dicendi usi sunt, hoc ipsum testatum facit, fontem & principium orationis artificiosæ atque rhetoricæ fuisse poeticam. Hæc enim [67] cùm se ostentaret, cantum adhibuit, fuitque oda (seu carmen) non nisi oratio cantilenæ accommodata: unde rhapsodiæ, tragœdiæ ac comœdiæ nomina sunt facta. Itaque cùm vocabulum *dicere* primò omnium de poeticâ esset usurpatum dictione, atque ipsa cum cantu esset conjuncta, [68] *canere* poetis idem fuit ac *dicere* oratoribus: quorum cùm alterum pedestri orationi accommodarent, abusio etiam ad alterum pervasit. [69] Quin & hoc ipsum, quod oratio versu carens pedestris vocatur, ostendit orationem à fastigio quodam & vehiculo ad humum esse deductam.

Neque verò propinqua tantùm, & quæ apud Græcos sunt, sicuti Eratosthenes dixit, verùm & longinqua etiam: idque accuratè Homerus, & accuratiùs quàm qui post

---

Ergò vox αὐτοῖς, quam ut otiosam exulare jubebat Casaubonus, utrâque manu retinenda est. Ad faciliorem intelligentiam pro αὐτοῖς & ἐκείνοις (*his* & *illis*) poetas & rhetores appellavimus expresso nomine.

69 *Quin & hoc ipsum*, &c.] Ad id recidit argumentatio hæc omnis, quæ ut pote subtilior & acuta nimis, obscuri non nihil habet. Qui primi arte dixerunt, ii poetæ fuerunt. Ergò de poetis primùm vox φράζειν (*dicere*) usurpata est. Cùm poetæ carminibus cantum accommodarent, de iisdem usurpata quoque vox ἀείδειν (*canere*). Cùm autem vox φράζειν (*dicere*) jam à poetis ad oratores translata fuisset, sic & à poetis ad oratores translata est vox ἀείδειν (*canere*). Ergò ex eo quod vox *canere* pro voce *dicere* usurpata sit, sequitur poeticam, artis oratoriæ fontem fuisse.

οὐ πάντα τερατευόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιστήμην ἀλληγορῶν, ἢ διασκευάζων, ἢ δημαγωγῶν, ἄλλα τε καὶ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἧς πολλὰ διαμαρτάνει, τούς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων, καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν· περὶ ὧν ἄξιον εἰπεῖν διὰ πλειόνων.

Καὶ πρῶτον, ὅτι τοὺς μύθους ἀνελέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ πρότερον, καὶ οἱ νομοθέται, τοῦ χρησίμου χάριν, βλέψαντες εἰς τὸ φυσικὸν πάθος τοῦ λογικοῦ ζώου. Φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος· προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον· ἐντεῦθεν οὖν ἄρχεται τὰ παιδία ἀκροᾶσθαι καὶ [c] κοινωνεῖν λόγων ἐπὶ πλεῖον. Αἴτιον δ' ὅτι καινολογία τίς ἐστιν ὁ μῦθος, οὐ τὰ καθεστηκότα φράζων, ἀλλ' ἕτερα παρὰ ταῦτα· ἡδὺ δὲ τὸ καινὸν, καὶ ὃ μὴ πρότερον ἔγνω τίς· τοῦτο δ' αὐτό ἐστι καὶ τὸ ποιοῦν φιλειδήμονα. Ὅταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν, καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονὴν, ἥπερ ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον.

Καταρχὰς μὲν οὖν ἀνάγκη τοιούτοις δελέασι χρῆσθαι· προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων μάθησιν ἄγειν, ἤδη τῆς διανοίας ἐρρωμένης, καὶ μηκέτι δεομένης κολάκων. Καὶ ἰδιώτης δὲ πᾶς καὶ ἀπαίδευτος τρόπον τινὰ παῖς ἐστι, φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πεπαιδευμένος μετρίως· οὐδὲ γὰρ [d] οὗτος ἰσχύει τῷ λογισμῷ· [e] πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐκ παιδὸς ἔθος. Ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἡδὺ, ἀλλὰ καὶ φοβερὸν, τὸ τερατῶδες, ἀμφοτέρων ἐστὶ χρεία τῶν εἰδῶν, πρός τε τοὺς παῖδας, καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ. Τοῖς τε γὰρ παισὶ προσφέρομεν τοὺς ἡδεῖς μύθους εἰς προτροπήν· εἰς ἀποτροπὴν δὲ τοὺς φοβερούς· ἥτε γὰρ Λάμια μῦθός ἐστι, καὶ ἡ Γοργὼ, καὶ ὁ Ἐφιάλτης, καὶ ἡ Μορμολύκη. Οἵ τε πολλοὶ τῶν τὰς πόλεις οἰκούντων εἰς μὲν προτροπὴν ἄγονται τοῖς ἡδέσι τῶν

---

[c] κοινωνεῖν λόγων.] Xylander vertit: *magis magisque sermonibus auscultandis vacare*; quod nobis non videtur vim totam vocis κοινωνεῖν exprimere.

[d] οὗτος ἰσχύει.] Editi omnes οὔτ' ἰσχύει. Codex Medicæus οὕτως ἰσχύει. Codex Regius veram lectionem docet quam amplexati sumus, & quam Casaubonus, felicissimus conjector, jam olim divinaverat.

[e] πρόσεστι δέ.] Sic restituebat Casaubonus ex conjecturâ, quam firmat codex Regius. Editi πρόσεστι γάρ.

eum sunt fabulati, descripsit: non monstrosè omnia fingens, sed [70] ex iis quæ sciebat allegorias quærens, aut exornans carmen, animosve hominum oblectando ducens, cùm aliis in narrationibus, tum de Ulyssis maximè erroribus: de quâ re cùm admodùm erret Eratosthenes, & interpretes nugatores appellans & ipsum poetam, operæ pretium est copiosiùs disserere.

Primò omnium, non poetæ modò fabulas sibi delegerunt, sed multo antè, civitates ac legum latores id fecere, utilitatis causâ nimirum, & ad naturalem respicientes animalis ratione præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis est homo: ad quam rem fabularum studium aditum ei parat: hinc namque incipiunt pueri audire, & magis magisque venire in societatem sermonis. Causa est, quòd fabula novarum quædam rerum narratio est, non ea quæ sunt, sed alia quædam ab his diversa recensens: jucundum autem est quod novum & adhuc ignotum narratur, atque hoc ipsum est quod cognitionis studiosos efficit. Quòd si admirabilia & portentosa fabulis admisceantur, augetur voluptas, quæ quidem medicamenti instar discendi amorem ingenerat.

Ab initio itaque necesse est hoc modo pueros inescari: progressu ætatis ad ipsarum rerum cognitionem sunt adducendi, confirmatâ jam intelligentiâ, neque opus habente adulatoribus; quin etiam quicunque litterarum sunt & disciplinæ rudes, pueri sunt quodammodo, itidemque fabulas amant: quod ipsum eruditi etiam faciunt mediocriter: nam neque ratio eorum iis reluctari valet, atque consuetudo à primis annis parta allicit. Porrò cùm fabularum monstra non tantùm delectandi, sed & terrendi facultatem habeant, utrique generi usus est, & apud pueros, & apud adultos. Nam pueris jucundas quidem proponimus fabulas, exhortandi gratiâ, terribiles autem ad deterrendum. Est enim ejus generis Lamia, Gorgo, In-

---

[70] *ex iis quæ sciebat allegorias quærens.*] Vertebat Xylander, *scienter interdùm alium sensum verbis occultans.* Minùs accuratè, ut videtur.

μύθων, ὅταν ἀκούωσι τῶν ποιητῶν ἀνδραγαθήματα μυθώδη διηγουμένων· οἷον Ἡρακλέους ἄθλους, ἢ Θησέως, ἢ τιμὰς [f] παρὰ τῶν θεῶν νεμομένας, ἢ νὴ Δία ὁρῶσι γραφὰς, ἢ ξόανα, ἢ πλάσματα, τοιαύτην τινὰ περιπέτειαν ὑποσημαίνοντα μυθώδη· εἰς ἀποτροπὴν δὲ, ὅταν κολάσεις παρὰ θεῶν, καὶ φόβους, καὶ ἀπειλὰς, ἢ [g] διὰ λόγων, ἢ διὰ τύπων ἀοράτων τινῶν προσδέχωνται, ἢ καὶ πιστεύωσι περιπεσεῖν τινάς. Οὐ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν, καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ [h] προκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν, καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δ' οὐκ ἄνευ μυθοποιΐας, καὶ τερατείας. Κεραυνὸς γὰρ, καὶ αἰγὶς, καὶ τρίαινα, καὶ λαμπάδες, καὶ δράκοντες, καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα, μῦθοι· καὶ πᾶσα θεολογία ἀρχαϊκή· ταῦτα δ' ἀπεδέξαντο οἱ τὰς πολιτείας καταστησάμενοι μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας.

Τοιαύτης δὲ τῆς μυθοποιΐας οὔσης, καὶ καταστρεφούσης εἰς τὸ κοινωνικὸν, καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἱστορίαν, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μέχρι τῶν τελείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον. Χρόνοις δ' ὕστερον ἡ τῆς ἱστορίας γραφὴ, καὶ ἡ νῦν φιλοσοφία παρελήλυθεν εἰς μέσον. Αὕτη μὲν οὖν πρὸς ὀλίγους, ἡ δὲ ποιητικὴ δημωφελεστέρα, καὶ θέατρα πληροῦν δυναμένη· ἡ

---

[f] παρὰ τῶν θεῶν.] Ità scribimus ex mss. Regio & Medicæo, quibus suffragantur libri veteres à Casaubono citati. Editi περὶ τῶν θεῶν. Hâc falsâ lectione deceptus Xylander interpretabatur: *divinos alteri tributos honores*, quod feliciùs vertebat interpres vetus *tributos ab Deis honores*; & hæc versio ipsum veræ lectionis conscium arguit. Xylandri interpretationem, ut par erat, emendavimus.

[g] διὰ λόγων, ἢ διὰ τύπων ἀοράτων.] Vox ἀοράτων suspecta Xylandro. Casaubonus emendat ἀώρων, & testatur legisse se ἀόρων in libris manu exaratis. At codex Regius fert ἀοράτων. Ergò nihil mutamus; imò vocem hanc retinendam esse eò libentiùs conjicimus, quòd ex eâ sensus optimus emergit: scilicet, homines averti à vitiis, cùm supplicia audiunt à Diis intentata, terrores missos, minasve jactatas per voces portentosas (διὰ λόγων) aut per quasdam figuras quæ oculos fugiunt, (διὰ τύπων ἀοράτων). De vocibus portentosis in aere auditis frequens mentio apud veteres. Livium adi, lib. 5, cap. 32; lib. 29, cap 18. Xylandri versio ab hâc interpretatione plurimùm discrepat, & cum Casaubono convenire videtur. Par no-

cubus,

cubus, Larva. Et in urbibus habitantes plerique jucundis fabulis ad honeſtatem excitantur, cùm audiunt à poetis fabuloſè res præclarè geſtas referri, Herculis puta aut Theſei ærumnas, aut tributos à Deis honores: aut profectò cùm hujuſmodi fictitios eventus picturis, ſtatuis, fictilibuſve operibus expreſſos vident. Iidem avertuntur à vitiis, cùm ſupplicia, terrores, minaſve divinitùs miſſas, [71] aut ſermone, aut aliquâ adſpectu horribili figurâ exponi audiunt, aut etiam credunt talia aliquibus eveniſſe. Fieri enim non poteſt ut mulierum ac promiſcuæ turbæ multitudo philoſophicâ oratione excitetur, ducaturque ad religionem, pietatem, ac fidem: ſed ſuperſtitione præterea ad hoc opus eſt, quæ incuti ſine fabularum portentis nequit. Etenim fulmen, ægis, tridens, faces, angues, haſtæque Deorum thyrſis præfixæ, atque univerſa priſca theologia, fabulæ ſunt, receptæ à civitatum auctoribus, quibus veluti larvis [72] inſipientum animos terrerent.

Proinde fabularum fictio cùm talis res ſit, ac in ſocietatem, vitæque formam civilem, & verarum cognitionem rerum deſinat: veteres inſtitutionem puerilem uſque ad perfectam ætatem produxerunt, poeticam formandis ad modeſtiam omnis ætatis moribus ſufficere exiſtimantes. Poſterioribus demum temporibus hiſtoriæ ſcriptio, & quâ hodie utimur philoſophia, in medium prodierunt. Verùm hæc ipſa ad paucos pertinet: poetica in publicum utilior eſt, quæ etiam theatra implere valet: maximè omnium

---

nobile manum cohibet à verſione Xylandrinâ. Penès lectorem judicium eſto.

[h] προκαλίσκεσθαι.] Legit Caſaubonus προσκαλίσκεσθαι, ut habet Planudis epitome.

---

71 *aut ſermone, aut aliquâ adſpectu horribili figurâ.*] Suſpecta interpretatio. Vide quæ in hunc locum ad græca notavimus.

72 *inſipientum.*] Meliùs vetus interpres νηπιόφρονας vertit, *viros qui infantiam redolent*, & ſic accipi poſtulat locus ipſe. Vox νήπιοι aliquando idem ſonat ac vox latina *inſipientes*, ſed in ſenſu remotiore. Græcæ vocis vis propria infantes deſignat, ex privanto particulâ νη, & ἔπος verbum, quòd *ne verbum* quidem infans proferre poſſit. Vide Suidam verbo νήπια. Hinc vox compoſita νηπιόφρονες, viri quorum mens redolet infantiam.

δὲ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὑπερβαλλόντως. Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ, καὶ φυσικοὶ, μυθογράφοι.

Ἅτε δὴ [i] πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος ἀναφέρων τοὺς μύθους ὁ ποιητὴς, ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς, ἐν δ᾽ ἐτίθει καὶ ψεῦδος· τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.

Ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ· [k]

οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσεπετίθει μῦθον, ἡδύνων καὶ κοσμῶν τὴν φράσιν· πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ, καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος, βλέπων. Οὕτω δὴ τόν τε Ἰλιακὸν πόλεμον γεγονότα παραλαβὼν, ἐκόσμησε ταῖς μυθοποιΐαις, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ὡσαύτως. Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικόν. [l] Προσπίπτει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον, ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν· ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν· τοιοῦτο δ᾽ ἐστὶ καὶ τὸ,

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα. [m]

Οὔτε γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλὰ εἶπε, οὐδ᾽ ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Ἔλαβεν οὖν παρὰ τῆς ἱστορίας τὰς ἀρχάς. Καὶ γὰρ τὸν Αἴολον [n] δυναστεῦσαί φησι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην, καὶ Λεοντίνην, Κύκλωπας, καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους

---

[i] Ἅτε δή.] Malè Xylander vertit *enim verò*. Apud Suidam ἅτε δή, ὡς δή, *quemadmodum*. Rectè Casaubonus, ἅτε δὴ initio sententiæ, idem ac οἷα δή. Quin & ipsa sententia eam huic voci asserit potestatem; & ideò Xylandrum emendamus.

[k] Odyss. ζ, vers. 232.

[l] Προσπίπτει.] Veteres codices, teste Casaubono, προπίπτει. Nihilominùs retinendum censet προσπίπτει, cui lectioni suffragatur codex Regius.

[m] Odyss. τ, vers. 203.

[n] δυναστεῦσαί φησι.] Sic editi & scripti omnes. Casaubonus legere jubet δυναστεῦσαι φασὶ: & certè sic legendum foret, si vox φησὶ non nisi ad Homerum referri posset; neque enim uspiàm dixit Homerus Æolum insulis circa Liparam imperasse. Sed cùm vox φησὶ commodè ad historiam referri queat, plana sunt omnia, nec ullâ emendatione indiget locus. Vide infra pag. seq. not. 73.

Homerica poesis. Et quidem primi etiam historici ac naturæ rerum descriptores, fabulas scripserunt.

Quemadmodum autem poeta fabulas ad morum formationem referens, veritatis magnâ ex parte rationem habuit, interdum etiam mendacium adhibuit: veritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens ac gubernans, ducis instar, multitudinem. Et,

Ut faber argento cùm circumfunderet aurum:

sic ille veris eventis fabulas adjecit, dictionem ita condiens ac ornans, interim, qui vera narranti est propositus, eum ipse quoque ad finem respiciens. Hoc modo Iliacum ille bellum, rem nimirum gestam, sumpsit, ac fabularum commentis exornavit, itemque Ulyssis errores. Non enim Homericum est nova fabularum portenta proferre, quæ à nullo vero dependeant. Verisimiliora nimirum videntur auditori, quæ is ita mentitur, ut vera falsis admisceat: id quod de Ulyssis erroribus differens etiam Polybius affirmat. Tale est etiam hoc,

Sic falsa est veris affinia multa locutus.

Non enim omnia falsa dixit, sed multa modò dixit: alioqui ea veris similia non fuissent.

Accepit ergò principia suæ poëseos ex historiâ. [73] Hæc enim tradit, Æolum insulis Liparæ adjacentibus imperasse: ac circa Ætnam & Leontinorum regionem Cyclopes incoluisse, & Læstrigonas quosdam inhospitales: ita loca freto vicina tum temporis inaccessa fuisse:

[73] *Hæc enim tradit.*] Historia scilicet, à quâ Homerus sumpsit fabularum fundamenta. Xylander, quem emendamus, toto cœlo aberrat dùm vocem φησὶ ad Homerum refert, non ad historiam. Errasse Xylandrum vidit Casaubonus, causam erroris non vidit; undè nodum in scirpo quærit, in græcis mendum conjectans, cùm omnia sana sint. Vetus interpres in hunc eumdem errorem minimè lapsus fuerat. De Æoli, Cyclopum, Læstrigonumque sedibus vide Homeri Odyss κ & ι, de Charybde & Scylla ibid. μ.

τινάς· διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν, ἀπροσπέλαστα εἶναι τοῖς τότε· καὶ τὴν Χάρυβδιν, καὶ τὸ Σκύλλαιον ὑπὸ λῃστῶν κατέχεσθαι· οὕτω δὲ τοὺς ἄλλους τῶν ὑπὸ Ὁμήρου λεγομένων ἐν ἄλλοις τόποις ἱστορουμένων. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βοῤῥᾶν, καὶ ζοφώδη [o] μετήγαγεν οἰκείως εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ᾽ ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιΐαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. Ὅτι δ᾽ οἶδεν αὐτοὺς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον, ἢ κατ᾽ αὐτὸν [p] ἀναγράφοντες.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς, καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν, καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθευόμενα, καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας, καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ᾽ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν, [q] τάχα δὲ καὶ τοῦ Ἰάσονος μέχρι τῆς Ἰταλίας πλανηθέντος· δείκνυται γάρ τινα σημεῖα, καὶ περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη, καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν, καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ, καὶ ταῖς πρὸ τῆς Τυῤῥηνίας νήσοις, τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης σημεῖα. Προσέδοσαν δέ τι καὶ αἱ Κυανέαι ἅσπερ Συμπληγάδας καλοῦσι πέτρας τινὲς, τραχὺν ποιοῦσαι τὸν διέκπλουν, τὸν διὰ τοῦ [r] Βυζαντιακοῦ στόματος· ὥστε παρὰ μὲν τὴν Αἶαν ἡ [s] Αἰαίη, παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας αἱ Πλαγκταί,

---

[o] μετήγαγεν οἰκείως.] Vox οἰκείως è propriâ sede mota fuerat; nos ex codice Regio suo loco restituimus, quod & faciebat ex mss. quos viderat Casaubonus.

[p] ἀναγράφοντες] Locum restituerunt ex conjecturis Xylander, Casaubonus ex mss. Lectionis jam receptæ novus assertor fit Regius codex.

[q] τάχα δὲ καὶ.] Sic codex Regius, ad cujus exemplar editionem hanc quantùm licet conformamus. Editi τάχα καί.

[r] Βυζαντιακοῦ.] Editi Βυζαντικοῦ, ms. Regius Βυζαντιακοῦ. Proba hujus codicis lectio. Apud Stephanum, verbo Βυζάντιον, legitur, *possessivum Byzantiacus*, τὸ κτητικὸν Βυζαντιακός.

[s] Αἰαίη.] Sic restituimus ex Homero ipso. Malè in editionibus Strabonis Αἴη. Vera Circes patria *Æa*, urbs Colchorum, de quâ Stephanus Geographus; ficta ab Homero, *Ææa* insula in oceano. Odyss. μ, initio.

---

74 *opportunè transtulit.*] Hunc locum vertebat Xylander omninò præter mentem Strabonis, scilicet; *transtulit eos in tenebrosum locum, opportunè inferos ad hoc commentus in Ulyssëâ peregrinatione.* De Cimmeriis autem

Charybdin quoque & Scyllæum à latronibus fuisse infessa, eodemque modo alibi alios habitasse, quorum Homerus meminit. Atque ita cùm nosset Cimmerios versus Septentrionem habitare ad Bosporum Cimmerium, loco caliginoso, eos [74] opportunè transtulit in tenebrosum locum, inferis finitimum, fabulis aptum quas in Ulysseâ peregrinatione commentus est. Quòd autem eos noverit, ex eo liquet, quia ejus ætate, vel paulò ante ipsum natum, [75] Cimmeriorum excursionem annalium scriptores referunt.

Sic cùm Colchos nosset, & Jasonis [76] ad Æam navigationem, & [77] quæ feruntur fabulæ, quæ de Circe ac Medeâ narrantur historiæ, de earum veneficiis ac reliquâ morum similitudine: [78] cognatas eas inter se finxit (cùm quidem longissimè essent dissitæ, alteraque earum in recessu Ponti, altera in Italiâ habitaret) & utramque in oceano exteriore collocavit: [79] cùm fortassis Jason ad Italiam usque evagatus fuerit; quædam enim apud Ceraunios montes, circum Adriam, in Poseidoniate sinu, & insulis, quæ Tyrrheniæ sunt oppositæ, monstrantur indicia peregrinationis Argonauticæ. Contulerunt hùc aliquid etiam Cyaneæ, quæ saxa quidam Symplegadas appellant, asperam exhibentia navigantibus per fauces Byzantias navigationem: [80] itaque ut ab Æâ Ææa: ita à Symplega-

---

Homerum vide, Odyss. λ.

75 *Cimmeriorum excursionem.*] De eâ Herodotus, lib. 1, cap. 6.

76 *ad Æam.*] urbem Colchidis.

77 *quæ feruntur fabulæ, quæ .... narrantur historiæ.*] Græcè μυθευόμενα καὶ ἱστορούμενα. Ultimam hanc vocem neglexit Xylander, quam in mss. Regio deesse monemus.

78 *cognatas eas inter se finxit.*] Nimirùm Circen fecit Æetæ sororem, qui fuit Medeæ pater. Vide Odyss. κ, vers. 136 & 137.

79 *cùm fortassis.*] Xylander vertit *tametsi fortassis.* Interpretationem sequor quam suppeditat & asserit celeberrima Daceria. Vide Homerum ab ipsâ Gallicè versum, t. 3, p. 43.

80 *itaque ut ab Æâ Ææa, &c.*] Locum subobscurum, & ab interpretibus malè acceptum, ad sententiam Casauboni vertimus, mentem Strabonis apertiùs paraphrasi quâdam enuntiantes. Xylandri versionem quam missam fecimus, hîc apponemus: *itaque ut ab Æâ Æam, ita à Symplegadibus Planctas finxit: cumque verisimilis esset Jasonis per illas navigatio, per scopulos ipse navigationem commentus est juxtà Scyllam & Charybdim.* De *Planctis*, seu erratilibus scopulis, ac de Scylla & Charybdi vide Odyss. μ, vers. 60 & seqq., & confer quæ deinceps ipse Strabo, lib. 3. Fusiùs de his, in notis nostris ad Strabonem gallicè versum.

καὶ ὁ δι' αὐτῶν πλοῦς τοῦ Ἰάσονος πιθανὸς ἐφάνη· παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν, καὶ τὴν Χάρυβδιν, ὁ διὰ τῶν σκοπέλων πλοῦς. Ἁπλῶς δ' οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν, ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω στηλῶν ἐπιπολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ἰδίως Πόντον προσηγόρευον· ὡς ποιητὴν, τὸν Ὅμηρον. Ἴσως οὖν καὶ διὰ τοῦτο μετήνεγκε τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν ὠκεανὸν ὡς εὐπαράδεκτα, διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν.

Οἶμαι δὲ καὶ τῶν Σολύμων τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας καταχόντων τὰ ὑψηλότατα, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὑπερβολὰς ἐπιφανεστάτας παρεχόντων τοῖς ἐντὸς τοῦ Ταύρου, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὸν Πόντον, καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ τούτους ἐξωκεανισθῆναι· φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλέοντος ἐν τῇ σχεδίᾳ·

> Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων Ἐνοσίχθων
> Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδε.[t]

Τάχα δὲ καὶ τοὺς μονομμάτους Κύκλωπας ἐκ τῆς [u] Σκυθικῆς ἱστορίας μετενήνοχε· τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασποὺς φασιν, οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος.

Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον, σκοπεῖν τί λέγουσιν οἱ φήσαντες περὶ Σικελίαν ἢ Ἰταλίαν γενέσθαι τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην καθ' Ὅμηρον, ἢ μὴ γενέσθαι· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι, καὶ βέλτιον, καὶ χεῖρον. Βέλτιον μὲν οὖν, ἂν οὕτω δέχη-

[t] Odyss. ε, vers. 282 & seq.

[u] Σκυθικῆς.] Editi veteres ἠθικῆς. Mendum non ferendum Xylander & Casaubonus jamdudum sustulerunt, ex veteri versione & libris omnibus manu exaratis.

81 *transitus celeberrimos præberent.*] Ὑπερβολὰς vertebat Xylander *cacumina.* Infeliciter; vox græca non *cacumina* montium, sed transitus, aditus per juga montium significat non semel apud Polybium & alios, atque apud Strabo-

dibus Planctæ, ac Jasonis per illas navigatio verisimilis apparuit. Sic quoque ab iis quæ de Scylla & Charybdi cognita erant, finxit ea quæ de navigatione per hosce scopulos est commentus. Omnino autem istâ ætate mare Ponticum pro oceano quodam secundo habebatur, & qui eò navigassent, non minùs procul ab hominibus discessisse putabantur, quàm qui procul extra columnas Herculis essent profecti: maximum enim marium nostrum putabatur, ideoque ob excellentiam, Ponti nomen ei est impositum, sicut ob præstantiam, poetæ appellatione Homerus intelligitur. Itaque fortassis Pontica ad oceanum transtulit, ut qui ea ob receptam opinionem facilè approbatum iri existimaret.

Item cùm Solymi excelsissimas Tauri extremitates à Lyciâ ad Pisidiam usque tenerent, & à meridie [81] transitus celeberrimos præberent iis qui intrà Taurum habitant, maximè circa Pontum : similitudine quâdam eos quoque ultra oceanum posuit: sic enim loquitur de Ulysse rate vehente :

Ast illum Æthiopum rediens Neptunus ab oris,
E Solymis longè conspexit montibus.

Fortassis etiam unoculos istos Cyclopes è Scythicâ transtulit historiâ : tales enim ferunt esse [82] Arimaspos quosdam, quos in Arimaspeis carminibus edidit Aristeas Proconnesius.

His ita positis, considerandum est quid dicant, qui Ulyssem, ita ut Homerus scripsit, ad Siciliam atque Italiam evagatum fuisse asserunt, quique negant : in utramque enim partem rectè ac secus sentire licet. Rectè, si

nem ipsum. Nec frustra hîc Strabo Tauri transitus celeberrimos à meridie, per Solymorum montes, indicat; Homerus enim ab Æthiopiâ, id est à meridie, per Solymorum montes iter facientem Neptunum fingit.

82 *Arimaspos.*] De Arimaspis, gente Scythicâ, Herodotum vide, lib. 4, cap. 3. Plinium, lib. 4, cap. 12.

ται, ὅτι πεισθεὶς ἐκεῖ τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, λαβὼν ἀληθῆ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, ποιητικῶς διεσκεύασε· τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον γε περὶ Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς Ἰβηρίας ἐστὶν εὑρεῖν ἴχνη τῆς ἐκείνου πλάνης, καὶ ἄλλων πλειόνων. Χεῖρον δὲ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, ἐκείνου ὠκεανὸν, καὶ ᾅδην, καὶ [x] Ἡλίου βοῦς, καὶ παρὰ Θεαῖς ξενίας, καὶ μεταμορφώσεις, καὶ μεγέθη Κυκλώπων, καὶ Λαιστρυγόνων, καὶ μορφὴν Σκύλλης, καὶ διαστήματα πλοῦ, καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα τερατογραφοῦντος φανερῶς. Οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν, οὕτω φανερῶς καταψευδόμενον τοῦ ποιητοῦ, καθάπερ οὐδ' εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὸν εἰς Ἰθάκην κατάπλουν τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ τὴν μνηστηροφονίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἀγροῦ συστᾶσαν μάχην τοῖς Ἰθακησίοις πρὸς αὐτόν· οὔτε πρὸς τὸν δεξάμενον οἰκείως προσπλέκεσθαι δίκαιον.

Ὁ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις ἀπήντηκεν οὐκ εὖ· πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειρᾶται διαβάλλειν τὰ φανερῶς ψευδῆ, καὶ οὐκ ἄξια λόγου, διὰ μακρῶν· πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητήν τε ἅπαντα ἀποφήνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἐμπειρίαν, μήτε τεχνῶν [y] πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας· τῶν τε μύθων, τῶν μὲν [z] ἐν τόποις οὐ πεπλασμένοις πεφημισμένων, οἷον ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πηλίῳ καὶ Ἴδῃ· τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν οἷς αἱ Γοργόνες, ἢ ὁ Γηρυόνης· ταύτης φησὶ τῆς ἰδέας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους· τοὺς δὲ μὴ πεπλάσθαι λέγοντας, ἀλλ' ὑποκεῖσθαι, ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ψευδομένους· τὰς γοῦν Σειρῆνας, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, τοὺς δὲ [a] ἐπὶ τῶν Σειρηνουσῶν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους· εἶναι δ' αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον, διείργοντα τὸν Κυμαῖον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ σκόπελος οὗτος ἐστὶ τρικόρυφος, οὐθ' ὅλως κορυφοῦται πρὸς ὕψος· ἀλλὰ ἀγκών τις ἔγκειται μα-

---

[x] Ἡλίου βοῦς, καὶ παρὰ Θεαῖς ξενίας.] Sic in mſ. Regio. Editi βόας pro βοῦς, & περὶ, vel ἐπὶ, pro παρά. Legitur quoque παρὰ in codice Mediceo.

[y] πρὸς ἀρετήν.] Caſaubonus legendum cenſet πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, ad poetæ præſ-

quis

quis ita Homero aſſentiatur, ut qui pro certo habens eò perveniſſe Ulyſſem, hoc verum argumentum ſumptum poeticè tractaverit: id enim de eo propriè dici poteſt: neque circa Italiam modò, ſed & uſque ad Hiſpaniæ extrema invenire licet veſtigia ipſius errorum, aliorumque plurium. Perperam, ſi quis commenta etiam ejus pro hiſtoriâ putet, oceanum ſcilicet, inferos, Solis boves, Deorum hoſpitia, formarum permutationes, vaſta Cyclopum & Læſtrygonum corpora, formam Scyllæ, ſpacia navigationis, aliaque id genus multa, quæ Homerus perſpicuè finxit, portentoſa. Qui ita apertè de poeta mentitur, non magis dignus eſt contra quem diſputes, quàm ſi quis aſſeveraret Ulyſſem ita Ithacam revectum eſſe, procos occidiſſe, pugnam cum Ithacenſibus in agro conſeruiſſe, uti ea Homerus deſcripſit: neque verò cum eo litigandum eſt, qui convenienter poetæ dicta accipit.

Eratoſthenes autem utrique effato non rectè occurrit. Poſteriori quidem quòd ea, quæ perſpicuè ſunt falſa, neque verbis digna, conatur multis refellere: priori verò, dum omnem poetam nugatorem eſſe, & neque locorum, neque artium peritiam ad virtutem conducere pronunciat: cúmque fabulæ aliæ locis non fictis adſcribantur, ut Ilio, Pelio, Idæ: aliæ fictis, ut Gorgones, Geryones, hujus ille generis ait eſſe eas etiam, quæ de Ulyſſis erroribus narrantur: & qui non ficta iſta, ſed ut verum aſſumtum argumentum dicunt, eorum mendacium ipsâ ipſorum diſſenſione detegi: nam Sirenes ab aliis ad Peloriadem collocari, ab aliis apud Sirenuſas, duobus ampliùs ſtadiorum millibus diſſitas: eſſe autem eas ſcopulum tricipitem, qui Cumanum ſinum à Poſidoniate diſtinguat. Imò neque ſcopulus iſte trivertex eſt, neque omnino in altum extol-

---

tantiam. Vocem ποιητ8, neque typis expreſſi codices, neque manu exarati agnoſcunt.

[z] *ἐν τόποις ȣ πεπλασμένοις.*] Vocem ȣ̓ repoſuimus, quæ deeſt in editis recentioribus. Mendum ſanè typographicum, quo priores editi vacant.

[a] *ἐπὶ τῶν Σειρηνυσῶν.*] Promontorii nomen de quo dicemus ad V. libr. Strabonis noſtri.

κρὸς, καὶ στενὸς ἀπὸ τῶν κατὰ Σύῤῥεντον χωρίων ἐπὶ τὸν κατὰ Καπρίας πορθμὸν, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὀρεινῆς, τὸ τῶν Σειρήνων ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ, πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ, νησίδια τρία προκείμενα, ἔρημα, πετρώδη, ἃ καλοῦσι [b] Σειρῆνας, ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ πορθμῷ, τὸ Ἀθήναιον, ᾧπερ ὁμωνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτός.

Ἀλλ' οὐδ', εἰ μὴ συμφωνοῦσιν οἱ τὴν ἱστορίαν τῶν τόπων παραδιδόντες, εὐθὺς ἐκβάλλειν δεῖ τὴν σύμπασαν ἱστορίαν· ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ [c] πιστοῦσθαι τὸ καθόλου μᾶλλόν ἐστιν. Οἷόν τι λέγω, ζητουμένου, εἰ κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἡ πλάνη γέγονε· καὶ εἰ αἱ Σειρῆνες ἐνταῦθά που λέγονται· ὁ μὲν δὴ φήσας ἐν τῇ Πελωριάδι, πρὸς τὸν ἐν ταῖς Σειρηνούσαις διαφωνεῖ· ἀμφότεροι δὲ πρὸς τὸν περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν λέγοντα οὐ διαφωνοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μείζω πίστιν παρέχουσιν, ὅτι καίπερ μὴ τὸ αὐτὸ χωρίον [d] φράζοντες, ὅμως οὐκ ἐκβεβήκεσάν γε τοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἢ Σικελίαν. Ἐὰν δὲ προσθῇ τις ὅτι ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης δείκνυται μνῆμα μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἔτι πλείων προσεγένετο πίστις, καίτοι τρίτου τινὸς λεχθέντος τοῦ τόπου τούτου· ἀλλ' ὅτι ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ τῷ ὑπὸ Ἐρατοσθένους λεχθέντι Κυμαίῳ, ὃν ποιοῦσιν αἱ Σειρηνοῦσαι, καὶ ἡ Νεάπολις ἵδρυται, βεβαιοτέρως πιστευόμεν τὸ περὶ τούτους τοὺς τόπους γεγονέναι τὰς Σειρῆνας. Οὔτε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀκριβῶς ἕκαστα πυθέσθαι, οὐδ' ἡμεῖς παρ' ἐκείνου ζητοῦμεν τὸ ἀκριβές· οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔχομεν ὡς ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδὲν πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, μήθ' ὅπου, μήθ' ὅπως γεγένηται, ῥαψῳδεῖν.

Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν [e] γεγένηται, πιστεύσαντα [f] τῇ δόξῃ ταύτῃ, μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λε-

---

[b] Σειρῆνας.] Sic Regius codex & Mediceus, imò & mss. à Casaubono citati, & Eustathius verbis Strabonis locutus. Editi Σειρηνούσας. Prava lectio quæ duo diversa miscet, promontorium scilicet, quod semper Σειρηνούσας: & insulas quas ubicumque Strabo Σειρῆνας vocat. Vide infrà, lib. V.

[c] πιστοῦσθαι.] Monet Casaubonus mss. habere πεπιστοῦσθαι.

[d] φράζοντες.] Veteres Libri λέγοντες, ut Casaubonus notat.

[e] γεγένηται] Sic ms. Regius ex secundis curis. Prior scriptura γίνηται. Editi

litur cacumen, ſed à Surrento vicinis locis uſque ad fretum, quod eſt juxta Capreas, cubito ſimilis quidam terræ flexus interjacet, ab alterâ montani lateris parte Sirenum fanum habens, ab alterâ ad Poſidoniatem ſinum, tres exiguas inſulas deſertas ac ſaxoſas, quæ vocantur Sirenes, & [83] ad fretum ipſum, Minervæ templum, à quo nomen habet etiam ille cubitus.

Enimvero non, ſi qui hiſtoriam locorum tradidere, non conſentiunt, ideò tota illico abjicienda eſt hiſtoria: quinimo nonnunquam univerſæ hiſtoriæ fidem conciliare iſtâ ex diſſenſione licet. Verbi gratiâ, ſi quæratur an vagando ad Italiam & Siciliam pervenerit Ulyſſes, & utrùm circum ea loca Sirenes ponantur: is qui eas in Peloriade ponit, ab eo diſcrepat, qui eas in Sirenuſis collocat: uterque autem ab hoc non diſſentit, qui circa Italiam & Siciliam eas habitaſſe dicit: ſed ejus dictum eò probabilius ambo faciunt, quòd, quamvis de loco non conſentiant, tamen ab Italiâ aut Siciliâ non diſceſſerunt. Quòd ſi quis addat, Neapoli monumentum monſtrari Parthenopes, quæ una Sirenum fuit, is adhuc ampliùs fidei conciliaverit, quanquam tertium hunc locum memoret: ſed quòd eo in ſinu, quem Eratoſthenes Cumanum nominat, quem Sirenuſæ faciunt, etiam ſita eſt Neapolis, ideò firmiùs credimus circum ea loca Sirenas fuiſſe. Nam neque poetam omnia accuratiſſimè exploraſſe puto, neque nos ab eo exactam diligentiam hoc loco requirimus: non tamen ita ſumus affecti, ut ſuſpicemur iſta eum compoſuiſſe nihil compertum de Ulyſſis peregrinatione, ubi locorum, & quomodo eam obiverit.

Porrò Eratoſthenes Heſiodum conjicit, cùm is inaudiiſſet de Ulyſſis ad Italiam ac Siciliam adventu, fidem-

---

γένοιτο, lectio non incommoda. Sed cùm eligendi copia ſit, codicem Regium, juxtà propoſitum noſtrum, ſequimur.

[f] τῇ δόξῃ ταύτῃ] Vocem ταύτῃ, quæ in recentioribus editis deeſt, ex mſ. Regio repoſuimus.

---

[83] *ad fretum ipſum.*] Malè Xylander interpretabatur, *in ipſo trajectu*; quaſi in medio freti templum Minervæ exſtructum fuiſſet.

γομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης, καὶ Ὀρτυγίας τῆς πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυῤῥηνῶν· Ὅμηρον δὲ μήτε εἰδέναι ταῦτα, μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην. Πότερον οὖν Αἴτνη μὲν, καὶ Τυῤῥηνία γνώριμα· Σκύλλαιον δὲ, καὶ Χάρυβδις, καὶ Κίρκαιον, καὶ Σειρηνοῦσαι, οὐ πάνυ; Ἢ καὶ Ἡσιόδῳ μὲν ἔπρεπε μὴ φλυαρεῖν, ἀλλὰ ταῖς κατεχούσαις δόξαις ἀκολουθεῖν, Ὁμήρῳ δὲ [g] πᾶν ὅτι ἂν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ, κελαδεῖν; Χωρὶς γὰρ τῶν λεχθέντων [h] περὶ τοῦ τύπου τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιΐας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγραφέων τῶν ταῦτα τρυλλούντων, [i] καὶ τὸ τῆς κατὰ τοὺς τόπους ἐπιχωριαζούσης φήμης διδάσκειν δύναται, [k] διότι ταῦτα οὐ ποιητῶν πλάσματά ἐστιν, οὐδὲ συγγραφέων, ἀλλὰ γεγενημένων ἴχνη, καὶ προσώπων, καὶ πράξεων.

Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης· τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἔκπλους ἐν τοῖς κατὰ τὸν πορθμὸν τόποις ἀμφιδρόμοις οὖσι καὶ δυσέκπλοις, διὰ τὰς παλιῤῥοίας, ταμίαν τε εἰρῆσθαι τῶν ἀνέμων, καὶ βασιλέα νενομίσθαι φησί· καθάπερ Δαναὸν μὲν, τὰ [l] ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δὲ, τοῦ Ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον· μάντεις τε, καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας· τούς θ' ἱερέας τῶν Αἰγυπτίων, καὶ Χαλδαίους, καὶ Μάγους, σο-

---

[g] *πᾶν ὅτι ἂν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ.*] Sic ferè Casaubonus, vir in conjectando eximius. Mss. ab ipso citati habent *πᾶν ὅ, τι ἂν ἐπὶ ἐρήμην γλῶτταν εἴη·* vel *ὅτι ἂν κερήμαν γλῶτταν εἴη.* Codex Regius, *πᾶν ὅτι ἂν ἐπὶ κερήμα γλῶτταν ἴῃ.* Mendum cadit in vocem *ἀκαιρίμαν*, quam dum librarii non intelligerent, turpiter diversis modis deformarunt, scribentes pro *ἐπ' ἀκαιρίμαν*, modò *ἐπὶ ἐρήμην*, modò *ἐπὶ κε ῥῆμα*. Quod cùm scioli corruptum animadverterent, emendare tentantes, lectionem vulgatam introduxerunt, scilicet *πᾶν ὅτι ἂν ἐπισυμβαίῃ, κε ῥῆμα γλῶτταν ἴῃ*: otiosa verborum repetitio quam respuit adagium non infrequens apud veteres; *ὅττικεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ.* *Lucian. de conscrib. hist. p.* 363. Totidem verbis adagium idem legitur apud Athenæum, *lib.* 5, *p.* 217. Quod lectionem quam sequimur ita videtur asserere, ut de ipsâ dubitare non liceat.

[h] *περὶ τοῦ τύπου τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιΐας.*] Sic ms. Regius & alii à Casaubono citati. Omninò sana lectio. In editis exciderant verba *τοῦ τύπου*, pro quibus vetus interpres legebat *τοῦ τόπου*. Infeliciter.

[i] *καὶ τὸ τῆς κατὰ τοὺς τόπους.*] In ms. Regio, *καὶ τῆς μετὰ τόπους.* De quo monuisse satis est.

[k] *διότι.*] Sic legi locus ipse postu-

que opinioni ei adhiberet, non eorum modò fecisse mentionem, quæ ab Homero referuntur, sed & Ætnæ, Ortygiæ, quæ exigua jacet ante Syracusas insula, & Tyrrhenorum: Homerum neque cognita ista habuisse, neque errores Ulyssis voluisse locis illustribus adscribere. Quid ergo? Ætna & Tyrrhenia nobilia sunt: Scyllæum, Charybdis, [84] Circæum, Sirenusæ obscura? Et Hesiodum decuit non nugari, sed receptas sequi opiniones, Homerum quicquid in buccam veniret decuit [85] effutire? Atqui præter ea, quæ de dignis Homero fabularum commentis diximus, cùm scriptorum multitudo eadem perhibentium, tum fama, quæ iis in locis obtinuit, docere potest hæc non esse poetarum aut scriptorum figmenta, sed vestigia vitâ functorum hominum ac rerum gestarum.

Et Polybius quoque rectè interpretatur ea, quæ de erroribus Ulyssis Homerus habet: Æolum nempe, qui prædiceret quomodo per fretum navigari posset, cùm iis locis ob affluxum ac refluxum maris cursus difficulter teneri, fretumque superari queat, ventorum promum dictum fuisse ac regem: quemadmodum Danaus, quòd Argis [86] puteorum fossionem docuisset, & Atreus, quòd Solis cursum cœli conversioni renitentis, docuisset, vatesque & sacrorum inspectores reges sunt creati: & apud majores nostros sacerdotibus Ægyptiorum, Chaldæis,

lat. Editi διὸ, mss. ὅτι: undè Casaubonus legit διότι, quod probamus.

[1] ὑδρεία.] Sic scribit Xylander contra librorum fidem, mss. enim omnes & editi veteres ferunt ὑδρία, quod minùs cum grammaticorum observationibus videtur convenire. Vide infrà quæ notamus ad vocem ὑδρεῖαι.

[84] *Circæum.*] Id est Circes domicilium, seu insula Ææa.

[85] *effutire.*] Verbum unicum κελαδεῖν versu integro Xylander expressit, *futiliter vano carmine perstrepere*; vanus sanè labor. In adagio quod hic usurpat Strabo, nulla videtur metri alicujus ratio servari.

[86] *puteorum fossionem docuisset.*] Græcè ὑδρεῖα παραδείξαντα. Vetus interpres vertit *inundationes ostentantem*: omnino infeliciter. Xylander non multò meliùs, *cùm instrumenta aquatica demonstrasset*. His quidem verbis puteos se intelligere monet in notis, sed quidni *puteos* proprio nomine appellat? Ad id respicit Strabo quod de Danao traditum est, scilicet cùm Argos penuriâ aquarum laboraret, Danaum, seu veriùs filias Danai puteorum fossionem docuisse. Vide Eust. ex Hesiodo, in Iliad. δ, & ipsum Strabonem lib. VIII.

φίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν· οὕτω δὲ καὶ τῶν θεῶν ἕνα ἕκαστον τῶν χρησίμων τινὸς εὑρετὴν γενόμενον, τιμᾶσθαι.

Ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος, οὐκ ἐᾷ τὸν Αἴολον ἐν μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδ' ὅλην τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· ἀλλὰ μικρὰ μὲν προσμεμυθεῦσθαι, καθάπερ καὶ τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ· τὸ δ' ὅλον, περὶ Σικελίαν καὶ τῷ ποιητῇ πεποιῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν, ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καὶ Σικελίαν. Οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, διότι φησὶ τότ' ἂν εὑρεῖν τινα ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συῤῥάψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν. Καὶ τοῦτο δ' οἰκείως εἰρῆσθαι τοῖς συμβαίνουσι περὶ τὸ Σκύλλαιον, καὶ τὴν θήραν τῶν γαλεωτῶν τὸ ἐπὶ τῆς Σκύλλης.

Αὐτοῦ δ' [m] ἰχθυάα σκόπελον περιμαιμώωσα,
Δελφῖνάς τε, κύνας τε, καὶ εἴποθι μεῖζον ἕλῃσι
Κῆτος.... [n]

Τοὺς γὰρ θύννους ἀγεληδὸν φερομένους παρὰ τὴν Ἰταλίαν, ἐπειδὰν ἐμπέσωσι καὶ κωλυθῶσι τῆς Σικελίας ἅψασθαι, περιπίπτειν τοῖς μείζοσι τῶν ζώων, οἷον δελφίνων, καὶ κυνῶν, καὶ ἄλλων κητωδῶν· ἐκ δὲ τῆς θήρας αὐτῶν πιαίνεσθαι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι, καὶ κύνας φασί. [o] Συμβαίνειν γὰρ ταυτὸν ἐνθάδε, καὶ κατὰ τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου, καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων, ὅπερ ἐπὶ πυρὸς, καὶ ὕλης ἐμπιπραμένης· ἀθροϊζόμενα γὰρ τὰ θηρία φεύγειν τὸ πῦρ, ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ βορὰν γίνεσθαι τοῖς κρείττοσι.

Ταῦτα δ' εἰπὼν, διηγεῖται τὴν τῶν γαλεωτῶν θήραν ἣ συνίσταται περὶ τὸ Σκύλλαιον· σκοπὸς γὰρ ἐφέστηκε κοινὸς τοῖς ὑφορμοῦσιν· ἐν δικώποις σκαφιδίοις πολλοῖς, δύο καθ' ἕκαστον

---

m ἰχθυάα.] Sic vulgò. Mſ. medicæus ἰχθυάει.

n Odyſſ. μ, verſ. 95 & ſeqq.

o Συμβαίνειν.] Ità Regius codex &

Magiſque ſapientiâ alios ſuperantibus honores & imperia ſunt delata; atque ita etiam unuſquiſque Deorum honores reperit eo quòd aliquid utile excogitaſſet.

His Polybius principio diſputationis conſtitutis, non patitur Æolum pro fabulâ omnino accipi, aut univerſam Ulyſſis peregrinationem : ſed pauca quædam figmenta eis eſſe annexa ait, ut & bello Iliaco : reliqua omnia de Siciliâ & poetam verè ſcripſiſſe, & hiſtoricos, qui Italiæ ac Siciliæ vicina loca deſcripſerunt. Neque verò Eratoſthenis probat ſententiam, qui tum denique pronunciat inventurum aliquem ad quæ loca vagando delatus fuerit Ulyſſes, cùm invenerit ſutorem, qui utrem ventorum conſuit. Porrò quæ de Scylla dixerit Homerus, docet convenire venationi galeotarum, quæ exercetur apud Scyllæum :

Hic circum rupem crebro ruit impete Scylla,
Delphinos, captanſque canes, & ſicubi major
Bellua ſeſe offert....

Etenim thynnos cùm gregatim præter Italiam feruntur, poſtquam in fretum inciderunt, & Siciliam attingere prohibentur, incidere in majores belluas, ut delphinos, canes, & alia cetis ſimilia : & ex horum venatione pingues reddi galeotas, quos etiam xiphias & canes dici ajunt. Id enim ibi uſu venire, & ad Nili aliarumque aquarum adſcenſus, quod fit ſylvâ incenſâ : nam animalia dum ignem aquamve agmine facto fugiunt, præda fiunt robuſtioribus.

His dictis narrat galeotarum venationem, quæ apud Scyllæum habetur. In lembis, qui duobus remis agitantur, complures bini feruntur propter navium ſtationem : alter eorum lembum agit, alter haſtâ armatus in prorâ

mſſ. à Caſaubono citati. Malè in editis συμβαίνει. Nam quæ hîc adducuntur, ea à Strabone referuntur ut Polybii.

σκαφίδιον· καὶ ὁ μὲν ἐλαύνει, ὁ δ' ἐπὶ τῆς πρώρας ἕστηκε δόρυ ἔχων, σημήναντος τοῦ σκοποῦ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ γαλεώτου· φέρεται δὲ τὸ τρίτον μέρος ἔξαλον τὸ ζῶον· συνάψαντος δὲ τοῦ σκάφους, ὁ μὲν ἔπληξεν ἐκ χειρὸς· εἶτ' ἐξέσπασεν ἐκ τοῦ σώματος τὸ δόρυ χωρὶς τῆς ἐπιδορατίδος· ἀγκιστρώδης τε γάρ ἐστι, καὶ χαλαρῶς [p] ἐνήρμοσται τῷ δόρατι ἐπίτηδες· καλώδιον δ' ἔχει μακρὸν ἐξημμένον· τοῦτ' ἐπιχαλῶσι τῷ τρωθέντι, ἕως ἂν κάμῃ σφαδάζον, καὶ ὑποφεῦγον· τότε δ' ἕλκουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ἢ εἰς τὸ σκάφος ἀναλαμβάνουσιν, ἐὰν μὴ μέγα [q] ᾖ τελέως τὸ σῶμα· κἂν ἐκπέσῃ δὲ εἰς τὴν θάλατταν τὸ δόρυ, οὐκ ἀπόλωλεν· ἔστι γὰρ πηκτὸν ἔκ τε δρυὸς, καὶ ἐλάτης· ὥστε βαπτιζομένου τοῦ δρυΐνου βάρει, μετέωρον εἶναι τὸ λοιπὸν, καὶ εὐανάληπτον· [r] συμβαίνειν δέ ποτε καὶ τιτρώσκεσθαι διὰ τοῦ σκαφιδίου τὸν κωπηλάτην, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ξίφους τῶν γαλεωτῶν, καὶ τὸ τὴν ἀκμὴν τοῦ ζώου συαγρώδη εἶναι, καὶ τὴν θήραν.

Ἔκ τε δὴ τῶν τοιούτων εἰκάζοι τις ἂν, φησὶ, περὶ Σικελίαν γενέσθαι τὴν πλάνην κατὰ τὸν Ὅμηρον, ὅτι τῇ Σκύλλῃ προσῆψε τὴν τοιαύτην θήραν, ἣ μάλιστ' ἐπιχώριός ἐστι τῷ Σκυλλαίῳ· καὶ ἐκ τῶν περὶ τῆς Χαρύβδεως λεγομένων ὁμοίων τοῖς τοῦ πορθμοῦ πάθεσι· τὸ δὲ,

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν, [s]

ἀντὶ τοῦ δὶς, γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα, ἢ ἱστορικόν.

Καὶ τὰ ἐν τῇ Μήνιγγι δὲ, τοῖς περὶ τῶν Λωτοφάγων εἰρημένοις [t] συμφωνεῖν. Εἰ δέ τινα μὴ συμφωνεῖ, μεταβολὰς αἰτιᾶσθαι δεῖ, ἢ ἄγνοιαν, ἢ καὶ ποιητικὴν ἐξουσίαν, ἢ συνέστηκεν ἐξ ἱστορίας, καὶ διαθέσεως, καὶ μύθου. Τῆς μὲν οὖν ἱστορίας ἀλήθειαν εἶναι τέλος, ὡς ἐν νεῶν καταλόγῳ τὰ ἑκάστοις τόποις

---

p ἐνήρμοσται.] Mſſ. teſte Caſaubono, ἐνηρμόσθη. Utrumvis dici poteſt.

q ᾖ.] Sic mſ. Regius quem ſequimur quantùm fas eſt. Sic quoque mſſ. à Caſaubono citati. Lectio editorum εἴη retineri poteſt.

r συμβαίνειν.] Sic legit Caſaubonus ex mſſ. quibus ſuffragatur Regius codex. Subauditur ſcilicet φησὶν ὁ Πολύβιος.

s Odyſſ. μ, verſ. 105.

t συμφωνεῖν.] Ità ex mſſ. Caſaubono teſte. Vulgò συμφωνεῖ.

ſtat.

stat. Iis omnibus communis in speculâ est explorator, qui adventum galeotæ indicet: tertiâ sui parte galeota supra mare solet eminere: quem cum lembus attigit, cominus ille hastam ejus corpori impingit, evellitque relictâ in corpore ejus cuspide, quæ hamata est, & deditâ operâ leviter hastili præfigitur: ab eâ dependet longus funiculus, quem laxant belluâ vulneratâ, donec palpitando ac subterfugiendo defatigetur: tum ad terram educunt, aut in lembum imponunt, nisi omnino vasto sit corpore. Hastile etiamsi in mare excidat, non perit. Est enim compactum ex quercu & abiete, ut cùm pondere pars querna mergitur, reliquum in sublimi extet ac recipi facilè possit. Nonnumquam etiam remex per ipsum lembum vulneratur ob magnitudinem gladii galeotæ, & vim belluæ: cujus & impetus & venatio aprorum similis est.

Ex his, inquit, conjicere aliquis possit, de Homeri sententiâ, Ulyssem ad Siciliam evagatum fuisse, cùm is Scyllæ hanc venationem adscribat, quæ maximè familiaris est apud Scyllæum: nec non ex iis, quæ Charybdi eveniunt, similia eorum, quæ freto accidunt. Illud, autem,

Terque die allidit fluctus,

pro bis positum, errore vel scribæ, vel historiæ ait factum.

Jam quæ [87] Meningis sunt, ea cum narratione [88] de Lotophagis consentiunt. Quòd si quæ non congruunt, causam mutationis existimandam esse aut ignorationem, aut licentiam poeticam, quæ constat ex historiâ, [89] expositione, & fabulâ. Historiæ proinde finem esse veritatem:

---

87 *Meningis.*] Vide Odyss. ι, vers. 91 & seqq.

88 *de Lotophagis.*] Vide infrà Strab. lib. 17. extremo.

89 *expositione.*] Græcè διαθέσεως. Vertit Xylander *dispositione;* sed ut ipse fatetur, & sequentia demonstrant, vocabulum hoc significat eo loco exornationem quæ rebus narrandis adhibetur.

συμβεβηκότα λέγοντος τοῦ ποιητοῦ· τὴν μὲν πετρήεσσαν, τὴν δὲ ἐσχατόωσαν πόλιν, ἄλλην δὲ πολυτρήρωνα, τὴν δ᾽ ἀγχίαλον· τῆς δὲ διαθέσεως, ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος· ὡς ὅταν μαχομένους εἰσάγῃ· μύθου δὲ, ἡδονὴν, καὶ ἔκπληξιν. Τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐ πιθανὸν, οὐδ᾽ Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν, φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, κελεύων μὴ [u] κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ᾽ ἱστορίαν ἀπ᾽ αὐτῶν ζητεῖν.

Πιθανώτερόν τε τὸ,

Ἔνθεν δ᾽ ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν, [x]

ἐν βραχεῖ διαστήματι δέχεσθαι· (οἱ γὰρ ὀλοοὶ οὐκ εὐθύδρομοι) ἢ ἐξωκεανίζειν, ὡς ἂν ουρίων πνεόντων συνεχῶς. Συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν ἐπὶ στήλας, σταδίων δισμυρίων, καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, εἰ (φησὶ) τοῦτο θείημεν ἐν ταῖς ἐννέα ἡμέραις διηνύσθαι ἰσοταχῶς, ἑκάστης ἂν ἡμέρας ὁ πλοῦς συμβαίνοι σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων. Τίς οὖν ἱστόρηκεν, ἐκ Λυκίας ἢ Ῥόδου δευτεραῖόν τινα ἀφιγμένον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων; Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας πῶς τρὶς εἰς Σικελίαν ἐλθὼν, οὐδ᾽ ἅπαξ διὰ τοῦ πορθμοῦ πέπλευκεν Ὀδυσσεὺς, ἀπολογεῖται· διότι καὶ οἱ ὕστερον ἔφευγον ἅπαντες τὸν πλοῦν τοῦτον.

Τοιαῦτα μὲν εἴρηκεν. Ἔστι δὲ τ᾽ ἄλλα μὲν εὖ λεγόμενα· [y] ὅταν δ᾽ ἀνασκευάζῃ τὸν ἐξωκεανισμὸν, καὶ πρὸς ἀκριβῆ με-

---

[u] κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα.] Vertit Xylander, *de sententiâ poetæ judicium fieri.* Hæc accuratè significare nobis videntur, pronuntiare de poesi Homericâ quoad hanc mentis operationem quam judicium vocamus; inquirere quatenùs hâc mentis facultate usus fuerit in utroque carmine Homerus.

[x] Odyss. ι, vers. 82.

[y] ὅταν δ᾽ ἀνασκευάζῃ.] Malè editi ἀναγκάζῃ. Ad codicum Regii & Medicæi fidem, imò & manuscriptorum quos laudat Casaubonus, Græca emendavimus & Latina. Scribit quoque Regius codex in eâdem phrasi, τὸν ἐξωκεανιζόμενον, pro τὸν ἐξωκεανισμὸν: quod notamus, non sequimur.

---

90 *aliam urbem saxosam, aliam,* &c.] Iliad. β, in enumeratione navium.

91 *finem expositionis esse vim majorem eloquendi.*] Ita fas sit vertere vocem Græcam ἐνέργειαν, quam Latini suam non fecere, nos nostram fecimus; hic sonat vox ea quod Gallicè dicimus *l'énergie du style.* Xylander

ideò poetam in recensione navium singulis sua propria locis attribuisse, dum [90] aliam urbem saxosam, aliam in extremo sitam, aliam columbis abundantem, aliam mari vicinam appellat: [91] finem expositionis esse vim majorem eloquendi, ut cùm pugnantes introducit: Fabulæ, voluptatem & terrorem. Omnia autem confingere neque consentaneum, neque Homericum esse: nam Homeri poema omnes scriptum esse philosophicum censent: secus quàm Eratostheni visum, qui negat deberi de sententiâ poetæ judicium fieri, neque in poematibus quæri vult historiam ullam.

Sanè probabilius est hunc locum:

Inde novem totis jactabar multa diebus
Venti vi dirâ non unius....

de non longo itinere exponi, (venti enim diri seu perniciosi non faciunt ad cursum rectum tenendum) quàm extra oceanum hoc temporis spacio navigatum fuisse comminisci, perinde ac si secundis usus ille esset ventis. At [92] Polybius supputato, quod est à Maleis ad Herculis columnas, spatio XXII millium ac IↃ stadiorum, si (inquit) hoc eum novem his diebus æquali in singulos portione ponamus confecisse, quotidie eum navigasse bis mille ac quingenta stadia consequetur. Atqui, inquit, quis unquam perhibuit, è Lyciâ aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam navigio esse pervectum, quod non ultra quatuor mil. stad. est intervallum? Iis etiam, qui quærunt cur Ulysses, cùm ter in Siciliam advenerit, ne semel quidem tamen dicatur per fretum navigasse, respondet, posteriores quoque ab hâc navigatione omnes sibi cavisse.

Hæc ille, & alia quoque rectè. Cùm autem refellit

---

efficaciam interpretatur, & legendum conjicit ἐνέργειαν. Suffragatur Casaubonus: sed pace tantorum virorum dixerimus, nihil est cur immutetur quicquam. Libri omnes consentiunt in lectionem vulgatam, quæ hoc loco maximè convenit, ubi de præliis describendis agitur. Tunc enim majori eloquendi vi, &, ut aiunt, *ore rotundo* opus est.

[92] *Polybius.*] Polybium pro Eratosthene reponimus. Nomen in Græcis non expressum infeliciter suppletum fuerat à Xylandro; neque enim quæ adducit Strabo Eratosthenis sunt, sed Polybii: ut jam monuerat Casaubonus, & ipsa disputationis series monet satis.

τὰ τὸν τῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀνάγῃ, καὶ διαστήματα, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει τῆς ἀνωμαλίας. Ἅμα μὲν γὰρ παρατίθησι τὰ τοῦ ποιητοῦ ἔπη·

Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν· [z]

ἅμα δ' ἐπικρύπτεται· καὶ γὰρ ταῦτα τοῦ ποιητοῦ·

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο
Νηῦς· ... [a]

καὶ τὸ,

Νήσῳ ἐν Ὠγυγίῃ, [b] ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης· [c]

καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἰκεῖ Ἄτλαντος θυγάτηρ· καὶ τὰ περὶ τῶν Φαιάκων·

Οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Ἔσχατοι· οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος. [d]

Ταῦτα γὰρ πάντα φανερῶς ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει πλαττόμενα δηλοῦνται· ὁ δὲ ταῦτ' ἐπικρυπτόμενος, τὰ φανερῶς λεγόμενα ἀναιρεῖ· τοῦτο μὲν οὖν οὐκ εὖ. Τὸ δὲ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγονέναι τὴν πλάνην, ὀρθῶς· καὶ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ βεβαιοῦται. Ἐπεὶ τίς ἔπεισε ποιητὴς, ἢ συγγραφεὺς, Νεαπολίτας μὲν λέγειν μνῆμα Παρθενόπης τῆς Σειρῆνος, τοὺς δὲ ἐν Κύμῃ, καὶ Δικαιαρχίᾳ καὶ Βεσουβίῳ, Πυριφλεγέθοντα, καὶ Ἀχερουσίαν λίμνην, καὶ νεκυομαντεῖον τὸ ἐν τῷ Ἀόρνῳ, καὶ Βαΐον, καὶ Μισηνὸν τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινάς; Οὕτω δὲ καὶ τὰ περὶ

[z] Odyss. ι, vers. 82.
[a] Ibid. μ, vers. 1.
[b] ὅθι.] Ita legendum est ex Homeri editionibus, & mss. Regio & Medicaeo. Editi Strab. ὅτι.
[c] Odyss. α, vers. 50.
[d] Ibid. ζ, vers. 204. & seqq.

93 *omnino iniquè facit.*] Sic vertendum quoquo modo legatur, sive ἀνωμαλίας ut editi omnes & mss. plerique, sive ἀνομαλογίας ut quatuor veteres libri quos Casaubonus profert. Xylander interpretabatur: *summam inaequalitatem.*

oceani ingressum, eumque ad accuratam dierum intervallorumque rationem revocat, [93] omnino iniquè facit. Simul enim & citat poetæ versus:

Inde novem totis jactabar multa diebus
Venti vi dirâ non unius. . . .

& simul alia supprimit. Sunt enim & hæc poetæ:

Navis ut oceani primum est egressa fluenta,

&

Insulâ in Ogygiâ, maris hîc medioximus umbo est:

ubi & filiam Atlantis ait habitare. Item de Phæacibus:

Extremique hominum maris ad vada salsa seorsim
Degimus: ac nobiscum nemo negocia miscet.

Hæc enim manifestò in Atlantico ficta mari monstrantur: quibus ille dissimulatis, ea, quæ perspicuè dicta sunt, refellit: malè id quidem. Rectè autem hoc, circa Siciliam & Italiam vagatum esse Ulyssem: [94] atque id quidem confirmatur à poeta. Quis autem poeta aut scriptor persuasisset Neapolitanis ut monimentum Parthenopæ Sirenis jactarent: Cumanis, Dicæarchæ & ad Vesuvium degentibus, ut Pyriphlegethontem, lacum Acherontem, & oraculum defunctorum in Aorno, tum Baium ac Misenum, quosdam de Ulyssis comitibus, memorarent? Eo-

ibi adhibet. Interpretationem nostram sequentia tuentur.

94 *atque id quidem confirmatur à poeta. Quis autem poeta, &c.*] Strabo ait certum esse Ulyssem circà Italiam vagatum fuisse, quod quidem à poeta confirmatur, sed non unius poetæ testimonio nititur; quoniam nisi vera fuisset Ulyssis circa Italiam navigatio, poeta nullus persuasisset Neapolitanis & aliis earum regionum incolis, ut Ulysseæ navigationis apud se vestigia ostentarent, veluti monumentum Parthenopæ Sirenis, & alia ejus modi. Plana jam sententia, nec restat cur Casaubono locus ille suspectus fuerit. Suspectus sanè foret, si intelligeretur juxta Xylandri interpretationem. Vertebat enim: *namque ab ipso hic confirmatur poeta, quis enim alioqui poeta*, &c. Hâc vertendi ratione prorsùs hebescit argumenti acies omnis.

Σειρηνούσας, καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν, καὶ Σκύλλαν, καὶ Χάρυβδιν, καὶ Αἴολον· ἅπερ οὔτ' ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ, οὔτ' ἄῤῥιζα καὶ ἀνέστια ἐᾶν, ἀληθείας μηδὲν προσαπτόμενα, μηδ' ὠφελείας ἱστορικῆς.

Καὶ αὐτὸς δ' ὑπονοήσας τοῦτο ὁ Ἐρατοσθένης, ὑπολάβοι τις ἂν (φησὶ) τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προσεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ ποιεῖν· ἀποστῆναι δ' ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς πεπυσμένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τὸ τερατωδέστερον ἕκαστα ἐξάγειν. Τοῦτο μὲν αὐτὸ εὖ· τὸ δ' οὗ χάριν τοῦτ' [e] ἐποίει, κακῶς δεξάμενος· οὐ γὰρ φλυαρίας, ἀλλ' ὠφελείας χάριν. Ὥστε δίκαιόν ἐστιν ὑπέχειν λόγον καὶ περὶ τούτου, καὶ διότι φησὶ τὰ πόῤῥω τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ εὐκατάψευστον· πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ τὰ πόῤῥω τερατολογούμενα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐγγὺς τῆς Ἑλλάδος· οἷα δὴ τὰ κατὰ τοὺς Ἡρακλέους ἄθλους, καὶ Θησέως, καὶ τὰ ἐν Κρήτῃ καὶ Σικελίᾳ [f] μυθολογούμενα, καὶ ταῖς ἄλλαις νήσοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα καὶ Ἑλικῶνα καὶ Παρνασσὸν καὶ Πήλιον, καὶ τὴν Ἀττικὴν ὅλην, καὶ Πελοπόννησον. Οὐδεὶς τε ἐκ τῶν μύθων ἄγνοιαν αἰτιᾶται τῶν μυθοποιῶν. Ἔτι δὲ, ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύουσιν, ἀλλὰ πλείω προσμυθεύουσι, καὶ μάλιστα Ὅμηρος, ζητῶν τί οἱ παλαιοὶ προσμυθεύουσιν, οὐ ζητεῖ, εἰ τὰ [g] προσμυθευόμενα ὑπῆρξεν, ἢ ἐστιν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον οἷς προσμυθεύεται τόποις, ἢ προσώποις, περὶ ἐκείνων ζητεῖ τἀληθές· οἷον τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, εἰ γέγονε, καὶ ποῦ.

Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου ποίησιν [h] εἰς ἓν συνάγειν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν, εἴς τε τ' ἄλλα, καὶ εἰς

---

[e] ἐποίει.] Editi ἐποίησε. Utrumque dici potest. Regium codicem sequimur, cui plures manu exarati codices, teste Casaubono, suffragantur.

[f] μυθολογούμενα.] Codex Medicæus μυθευόμενα. Utrumque rectè.

[g] προσμυθευόμενα.] Sic veteres libri & mſ. Regius. Sic quoque legisse videtur interpres vetus. Xylander, προσπλαττόμενα, quod ipsi fucum fecerat, & à mente Strabonis virum doctum procul abegerat. Ut græca, sic & latina restituimus.

[h] εἰς ἓν συνάγειν καὶ τὴν τῶν ἄλλων.] Hic à codice Regio descivimus; fert enim εἰς ἓν συνάγειν τῇ τῶν ἄλλων, quod non probamus.

demque modo res habet de Sirenusis, de iis quæ circa fretum sunt, de Scylla, Charybdi, & Æolo: quæ neque [95] severiùs excutienda sunt, neque ita relinquenda ut radicis ac fundamenti expertia: neque cum veritate quicquam, neque cum utilitate historicâ habeant commune.

Quod ipsum ipse subodoratus Eratosthenes, suspicari, inquit, aliquis possit poetam voluisse errores Ulyssis occidentalibus regionibus adscribere, sed descivisse ab iis, quæ erant pro veris ponenda, partim quòd de iis secus inaudivisset, partim quòd non uti erant, sed portentosiùs & terribiliùs quæque efferre instituisset. Rectè quidem pronunciavit quid ille, sed cur fecerit malè interpretatus est: non enim nugari Homerus, sed prodesse voluit. Itaque & hoc nomine culpandus Eratosthenes, & quòd eum de remotis potissimum ait fabulas finxisse monstrosas, quòd de iis mentiri esset expeditius. Etenim quæ de longinquis sunt apud poetam fabulæ, perexigua sunt eorum pars, quæ de ipsâ Græciâ & vicinis Græciæ locis, fabulæ habent, ut de Herculis & Thesei ærumnis, de actis in Cretâ, Siciliâ aliisque insulis, de Cithærone, Helicone, Parnasso, Pelio, totâque Atticâ & Peloponneso. Neque quisquam ob fabulas scriptores earum ignorationis accusat. Præterea, cùm non omnia fingant poetæ, sed multa affingant, Homerus in primis: [96] quærens quasnam antiqui fabulas addiderint, non quærit an quæ affìcta sunt extiterint aux extent, sed potiùs veritatem exquirit circà locos personasve quibus hæc affinguntur, ut utrùm Ulysses vagatus sit, & ubinam locorum.

Illud verò totum est vitiosum, quòd Homeri reliquorumque poetarum scripta eodem omnia habeat in nume-

---

95 *severiùs excutienda.*] Græcè ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ. Contrà mentem Strabonis Xylander, *ad vivum resecanda.*

96 *quærens quasnam antiqui fabulas addiderint.*] Hæc ad Eratosthenem referebat Xylander, non rectè. *Quærens*, id est eo loco, *cùm quæritur*. Sequentia verò ad Strabonis mentem & in græcis & in latinis revocavimus: Xylander falsâ lectione deceptus verterat: *non quærit utrùm priora fuerint sintve*. Vide suprà notam ad vocem προσμυθεύματα.

αὐτὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβεῖον ἀπονέμειν. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, τόν γε Τριπτόλεμον [i] τοῦ Σοφοκλέους, ἢ τὸν ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου πρόλογον ἐπελθόντα, καὶ παραβαλόντα τὴν Ὁμήρου περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιμέλειαν, ῥᾴδιον εἶναι θέσθαι τὴν ἐπιβολήν, ἢ τὴν διαφοράν. Ὅπου γὰρ χρεία τάξεως, ὧν μέμνηται τόπων, φυλάττει τὴν τάξιν, ὁμοίως μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, ὁμοίως δὲ τῶν ἄπωθεν·

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον.... [k]
Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο,
Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινήν,
Σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν ὄρεα νιφόεντα....
Ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ Πόντον.... [l]

Καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ, τὰς μὲν πόλεις οὐκ ἐφεξῆς λέγει· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔθνη ἐφεξῆς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄπωθεν.

Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς,
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβούς,
Καὶ Λιβύην.... [m]

ὅπερ καὶ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται. Οἱ δ', ἐφ' ὧν τάξεως χρεία ὁ μὲν τὸν Διόνυσον ἐπιόντα τὰ ἔθνη φράζων, ὁ δέ, τὸν Τριπτό-

---

[i] τοῦ Σοφοκλέους.] Mſ. Regius τὸ Σοφοκλέους. Fortè legendum τὸν Σοφοκλέους. Sic in eâdem phraſi legitur ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου.

[k] Odyſſ. λ, verſ. 314 & ſeq.

[l] Iliad. ξ, verſ. 225 & ſeqq.

[m] Odyſſ. δ, verſ. 83 & ſeq.

---

97 *Sophoclis Triptolemum.*] Periit hæc Sophoclis tragœdia, cujus fragmenta quædam ſuperſunt apud Dion. Halicarn.

98 *Oſſam imponere Olympo.... Pelion Oſſæ.*] Hos Homeri verſus profert Strabo, quia ibi poeta Oſſam, Olympum, Pelion, eo memorat or-

ro,

ro, & cùm in aliis, tum in his etiam, quæ nunc tractamus geographicis nihil præstantiæ adscribit Homero. Nam, absque cætera essent, saltem qui [97] Sophoclis Triptolemum, aut prologum Baccharum Euripidis legeret, cúmque iis Homeri industriam in terrarum situ describendo compararet, facilè quantum alter alteri præstaret, poterat cognoscere. Ubi enim ordo requiritur locorum, quæ commemorantur, ordinem Homerus servavit, non minus in remotorum, quàm in Græcanicorum mentione:

Conati magno sunt [98] Ossam imponere Olympo,
Frondosum celsæque imponere Pelion Ossæ.

Et

Proruit [99] excelsi Juno de vertice Olympi,
Atque à Pieriâ Emathiæ per rura profecta
Threïciæ montes accessit diva nivosos:....
Hinc ab Atho pontum petiit....

Et [100] in recensione, urbes quidem ordine non refert, neque enim erat necesse: nationes autem serie memorat rectâ. Itemque de longinquis:

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii, tum Sidonios, & Erembos,
Et Libyam....

quod & Hipparchus annotavit. Illi verò, ubi ordo requirebatur, Euripides Bacchum ut obierit varias gentes,

---

dine quo montes hi ab occidente in orientem excurrunt.

99 *Proruit excelsi Juno de vertice Olympi*, &c.] Junoni à Pieriâ ad Lemnum insulam iter erat. Per Æmathiam autem, & Thraciæ montes eam Homerus deducit, quia antiquitùs Æmathiæ nomine Thessalia appellabatur, & mons Athos intrà fines Thraciæ tunc conclusus fuit. Absque hoc enim fuisset, Homerus Junonem viâ deduxisset minimè compendiariâ, nec quæ peritiam locorum magnopere demonstrasset.

100 *in recensione.*] Id est in navium enumeratione, quæ extremam secundi libri Iliadis partem occupat.

λεμον τὴν καταςπειρομένην γῆν· τὰ μὲν πολὺ διεςῶτα συνάπτουσιν ἐγγὺς, τὰ δὲ συνεχῆ διαςπῶσι·

Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας,
Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπελθὼν, Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα· [n]

Τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ.

Κἂν τοῖς κλίμασι δὲ κἂν τοῖς ἀνέμοις διαφαίνει τὸ πολυμαθὲς τὸ περὶ τὴν γεωγραφίαν Ὅμηρος, ἐν ταῖς τοποθεσίαις λέγων ἅμα καὶ ταῦτα πολλαχοῦ·

Αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται
Πρὸς ζόφον· αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. [o]
..... Δύω δέ τε οἱ θύραι εἰσίν·
Αἱ μὲν πρὸς Βορέαν .....
Αἱ δ' αὖ πρὸς Νότον. [p]

Καὶ

Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριςερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον. [q]

Καὶ μὴν τὴν ἄγνοιάν γε τῶν τοιούτων, τελείαν ἡγεῖται σύγχυσιν τῶν ἁπάντων·

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠὼς,
Οὐδ' ὅπη ἠέλιος· .... [r]

Κἀνταῦθα δ' εἰπόντος εὖ τοῦ ποιητοῦ,

Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον· [s]

---

n Eurip. Bacch. in prol.

o Odyss. ι, vers. 25 & seq.

p Ibid. η. vers. 109 & seq. Editores Strabonis huc usque versus Homericos eo loco fuisse non suspicati sunt. Editi αἱ θύραι εἰσὶν: lego οἱ θύραι εἰσὶν, ex mss. quos Casaubonus citat, & ex editionibus Homeri.

q Iliad μ, vers. 239 & seq.

r Odyss. κ, vers. 190 & seq. Casaubonus notat mss. habere ἴσμεν pro ἴδμεν.

s Iliad ι, vers. 5.

narrantem introducens : Sophocles, Triptolemum terras à se consitas : longè divulsa conjungunt, & cohærentia divellunt :

Lydorum abundans auro peragravi solum,
Phrygiamque, & sole calentia plana Persidis,
Et Bactra, Medorumque frigidam plagam,
Et Arabiam felicem....

eodemque modo Triptolemus.

Sed & commemorandis locorum inclinationibus ac ventis, Homerus magnam geographiæ demonstrat peritiam, in descriptione locorum ea simul indicans :

Illa humilis [1] *sed in extremo jacet insula ponto*
Obscuris obversa plagis. Nam solis ad ortum
Auroramque aliæ spectant.
.... [2] *Fores geminæ, Boream aspicit illa,*
Illa Notum.

Et

Sivè [3] *illæ dextrâ volitant Titanis ad ortum,*
Auroramque, petunt lævâ seu parte tenebras.

Et quidem horum ignorationem, supremam omnium confusionem judicat :

O socii, neque enim noctis quo cardine surgat
Caligo, vel quâ roseis aurora quadrigis, &c.

Præterea cùm id quoque rectè sit à poeta dictum :

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer
Spirantes....

---

[1] *Illa humilis,* &c.] Hæc Homerus de Ithacâ.

[2] *Fores geminæ,* &c.] Idem de sacello nympharum. Hìc musam Homeri Xylander non agnovit ; versus enim Homericos latinis versibus solet exprimere, quod eo loco non fecit, & nos utrumque præstitimus.

[3] *Sive illæ dextrâ,* &c.] Sic Homerus de auspiciis ex volatibus avium.

οὐκ εὖ δεξάμενος ὁ αὐτὸς συκοφαντεῖ, ὡς καθόλου λέγοντος, ὅτι ὁ Ζέφυρος ἐκ Θράκης πνεῖ, ἐκείνου λέγοντος οὐ καθόλου, ἀλλ᾽ ὅταν κατὰ τὴν Θρακίαν θάλασσαν συμπέσωσι περὶ τὸν Μέλανα κόλπον αὐτοῦ τοῦ Αἰγαίου μέρος οὖσαν. Ἐπιστροφὴν γὰρ λαμβάνει πρὸς Νότον ἀκρωτηριάζουσα ἡ Θράκη, καθ᾽ ἃ [t] συνάπτει τῇ Μακεδονίᾳ, καὶ προσπίπτουσα εἰς τὸ πέλαγος, τοὺς Ζεφύρους ἐντεῦθεν πνέοντας ἀποφαίνει τοῖς ἐν Θάσῳ, καὶ Λήμνῳ, καὶ Ἴμβρῳ, καὶ Σαμοθράκῃ, καὶ τῇ περὶ αὐτὰς θαλάττῃ, καθάπερ καὶ τῇ Ἀττικῇ ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν· ἀφ᾽ ὧν καὶ Σκείρωνες καλοῦνται οἱ Ζέφυροι, καὶ μάλιστα οἱ Ἀργέσται. Οὐκ ἐνόησε δὲ τοῦτο Ἐρατοσθένης, ὑπενόησε δ᾽ ὅμως· αὐτὸς γοῦν ἐξηγεῖται τὴν ἐπιστροφὴν, ἣν λέγω, τῆς χώρας· ὡς καθόλου οὖν δέχεται, εἶτ᾽ ἀπειρίαν αἰτιᾶται τοῦ ποιητοῦ, ὡς τοῦ Ζεφύρου μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πνέοντος, καὶ τῆς Ἰβηρίας, τῆς δὲ Θράκης ἐκεῖσε μὴ διατεινούσης. Πότερον οὖν τὸν Ζέφυρον ἀγνοεῖ ἀπὸ ἑσπέρας πνέοντα; Ἀλλ᾽ ὅταν οὕτω φῇ, φυλάττει τὴν οἰκείαν αὐτοῦ τάξιν·

> Σὺν δ᾽ Εὖρός τε Νότος τε πέσον, Ζέφυρός τε δυσαὴς,
> Καὶ Βορέης.... [u]

Ἦ τὴν Θράκην οὐκ οἶδε μὴ προσπίπτουσαν πέραν τῶν Παιονικῶν, καὶ Θετταλικῶν ὀρῶν; Ἀλλὰ καὶ ταύτης τὴν ἐφεξῆς κατὰ τοὺς Θρᾷκας εἰδὼς, καὶ κατονομάζων τήν τε παραλίαν καὶ τὴν μεσόγαιαν, Μάγνητας μέν τινας, καὶ Μαλιεῖς, καὶ τοὺς ἐφεξῆς Ἕλληνας καταλέγει μέχρι Θεσπρωτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Παίοσι τοὺς ὁμόρους Δόλοπας, καὶ Σελλοὺς περὶ Δωδώνην μέχρις Ἀχελώου· Θρακῶν δ᾽ οὐ μέμνηται περαιτέρω. Εὐεπιφόρως δὲ ἔχει πρὸς τὴν [x] ἐγγυτάτην, καὶ γνωριμωτάτην ἑαυτῷ θάλατταν, ὡς καὶ [y] ὅταν φησί·

---

[t] συνάπτει τῇ Μακεδονίᾳ.] Mss. juxtà Casaubonum, συνάπτει τὶ Μακεδονίᾳ.

[u] Odyss. ε, vers. 295 & seq.

[x] ἐγγυτάτην.] Sic ex mss. Casauboni, & ms. Regio. Editi ἐγγυτάτω.

[y] ὅταν φησί.] Sic editi & codex Regius. Veteres libri quos adducit Casaubonus, habent ὅταν φῇ.

non rectè id accipiens Eratosthenes calumniatur, quasi Homerus in universum pronuntiarit Favonium è Thraciâ spirare: quod ille non dicit, sed tum demum, cùm venti hi concurrunt ad Melanem seu nigrum sinum Thracii maris, quod Ægei pars est. Nam Thracia, quà Macedoniæ committitur, in mare procurrens versùs Austrum flectitur; eoque fit, ut Zephyri inde videantur spirare Thaso, Lemno, ac Imbro, & Samothracæ, ac mari quo alluuntur: sicut & Atticæ spirare videntur à Scironiis saxis, unde etiam Zephyri, Scirones vocantur, maximè Cauri. Id non sensit Eratosthenes, est tamen suspicatus: ipse enim eam, quam dixi, Thraciæ inclinationem refert: cúmque verba poetæ absolutè de Zephyro ab occasu spirante acciperet, imperitiæ eum arguit, eo quòd ab occasu & Hispaniâ spiret is ventus, quò Thracia non pertinet. Quasi verò nesciverit ab occasu flare Favonium Homerus, qui suum ei proprium locum in his versibus adscripsit:

Unà Eurusque Notusque ruunt, Zephyrusque maligno
Flamine, tum Boreas. . . .

Aut quasi nesciverit [4] Thraciam non protendi ultra Pæonicos & Thessalicos montes. At verò ille, quæ post Thraces ordine sequuntur gentes & maritimas & mediterraneas novit, ac nominatim expressit: [5] Magnetûm quosdam, Maliensesque, & alios deinceps Græcos usque ad Thesprotos: item finitimos Pæonibus Dolopes, & Sellos circa Dodonam usque ad Acheloum: Thraces autem ultrà non commemoravit. [6] Proximum quoque & notissimum sibi mare libenter nominat, ut in his:

---

4 *Thraciam non protendi ultra Pæonicos & Thessalicos montes.*] Magnam hic de veris finibus Thraciæ controversiam movit Casaubonus, quæ facilè dirimi potest. Thracia fines mutavit non semel, ad Olympum usque aliquandò procurrens, mox intrà Strymonem conclusa. Sed de his aliàs.

5 *Magnetûm quosdam.*] Sic Strabo Μάγνητας μέν τινας. Xylander vertebat absolutè *Magnetas*, non satis accuratè.

6 *Proximum....sibi mare.*] Icarium scilicet, Homeri patriæ verè proximum, sive is Samius fuit, sive Smyrnæus, sive Chius.

Κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης
Πόντου Ἰκαρίοιο.... [z]

Εἰσὶ δέ τινες οἵ φασι δύο τοὺς κυριωτάτους εἶναι ἀνέμους, Βορέαν, καὶ Νότον· τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ μικρὰν ἔγκλισιν διαφέρειν· τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Εὖρον, χειμερινῶν δὲ Ἀπηλιώτην· δύσεων δὲ θερινῶν μὲν, Ζέφυρον, χειμερινῶν δὲ, Ἀργέστην. Τοῦ δὲ δύο εἶναι τοὺς ἀνέμους, ποιοῦνται μάρτυρας, Θρασυάλκην τε, [a] καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τὸν μὲν Ἀργέστην τῷ νότῳ προσνέμειν·

Ἀργέσταο Νότοιο.... [b]

τὸν δὲ Ζέφυρον τῷ Βορέᾳ·

Βορέης καὶ Ζέφυρος τώτε Θρῄκηθεν ἄητον. [c]


Φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, μηδένα οὕτως παραδεδωκέναι τοὺς ἀνέ-

[z] Iliad β, verſ. 144 & ſeq.

[a] καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τὸν μὲν.] Regius habet ἑαυτοῦ pro αὐτὸν, quod non probamus. Libentiùs cum Caſaubono legeremus, καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τῷ τὸν μὲν, &c.

[b] Iliad. λ, verſ. 306; & φ, verſ. 334.

[c] Ibid. ι, verſ. 5.



Concio tunc undæ velut exagitata marinæ est
Icarii pelagi....

Sunt [7] etiam, qui duos præcipuos ventos faciunt Boream ac Austrum, à quibus reliqui parvâ differant inclinatione, Eurus ab æstivo ortu, Subsolanus ab hyberno, Favonius ab occasu æstivo, ab hyberno Caurus. Atque duos esse ventos confirmant cùm Thrasyalcis testimonio, tum ipsius poetæ, qui Caurum Austro adscribit:

Argestæ Austri:


& Favonium Boreæ:

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer
Spirantes....

Cæterùm Posidonius ait neminem de ventis hoc modo disseruisse eorum, qui his rebus claruerunt, Aristoteles

---

[7] *Sunt etiam*, &c.] Commentarii loco sit huic disputationi de ventis, tabula duplex quam à Casaubono mutuamur. Sistit enim illa ob oculos utramque de ventorum ordine & appellatione sententiam, de quâ hic agitur.



μους τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα, οἷον Ἀριστοτέλη, Τιμοσθένη, Βίωνα τὸν ἀστρολόγον· ἀλλὰ τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν, Καικίαν, τὸν δὲ τούτῳ κατὰ διάμετρον ἐναντίον Λίβα, ἀπὸ δύσεως ὄντα χειμερινῆς· πάλιν δὲ τὸν μὲν ἀπὸ χειμερινῆς ἀνατολῆς, Εὖρον· τὸν δ᾽ ἐναντίον, Ἀργέστην· τοὺς δὲ μέσους, Ἀπηλιώτην, καὶ Ζέφυρον. Τὸν δὲ ποιητὴν δυσαῆ μὲν Ζέφυρον λέγειν, τὸν ὑφ᾽ ἡμῶν καλούμενον Ἀργέστην· [d] λίγα δὲ πνέοντα Ζέφυρον, τὸν ὑφ᾽ ἡμῶν Ζέφυρον· Ἀργέστην δὲ Νότον, τὸν Λευκόνοτον, οὗτος γὰρ ὀλίγα τὰ νέφη ποιεῖ· τοῦ λοιποῦ Νότου ὅλου Εὔρου πως ὄντος·

....Ὡς δ᾽ ὁπότε Ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ,
Ἀργέσταο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων. [e]

Τὸν γὰρ δυσαῆ Ζέφυρον νῦν λέγει, ὃς εἴωθε διασκιδνάναι τὰ ὑπὸ τοῦ Λευκονότου συναγόμενα ἀσθενῆ ὄντα, ἐπιθέτως τοῦ Νότου νῦν Ἀργέστου λεγομένου.

Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν γεωγραφικῶν εἰρημένα, τοιαύτην τινὰ τὴν ἐπανόρθωσιν ἔχει. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου ψευδῶς ὑποληφθεῖσι καὶ ταῦτα φησὶν, ὅτι οὐδὲ τὰ τοῦ Νείλου στόματα οἶδε πλείω ὄντα, οὐδ᾽ αὐτὸ τοὔνομα· Ἡσίοδος δὲ οἶδε, μέμνηται γάρ. [f] Τὸ μὲν ὄνομα εἰκὸς μήπω λέγεσθαι κατ᾽ αὐτόν. Τὰ δὲ στόματα εἰ μὲν ἦν ἀφανῆ, καὶ ὀλίγοις γνώριμα, ὅτι πλείω καὶ οὐχ ἕν, δοίη τις ἂν οὐ πεπύσθαι αὐτόν· εἰ δὲ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον τὸ γνωριμώτατον, καὶ παραδοξότατον, καὶ μάλιστα πάντων μνήμης ἄξιον καὶ ἱστορίας ὁ ποταμὸς καὶ ἦν, καὶ ἐστὶν, ὡς δ᾽ αὔτως αἱ ἀναβάσεις αὐτοῦ καὶ τὰ στόματα· τίς ἂν ἢ τοὺς ἀγγέλλοντας αὐτῷ ποταμὸν Αἰγύπτιον, καὶ χώραν, καὶ Θήβας Αἰγυπτίας, καὶ Φάρον, ὑπολάβοι μὴ γνωρίζειν ταῦτα, ἢ [g] γνωρίζοντας μὴ λέγειν, πλὴν εἰ μὴ διὰ τὸ γνώριμον; Ἔτι δ᾽ ἀπιθανώτερον,

[d] λίγα δὲ πνέοντα.] Sic ex Eustathio in Iliad. φ, & ex Homero ipso, qui, Odyss. δ, vers. 567, spirare ait in Elysiis campis Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας. Editi λίβα δὲ πνέοντα. Fœdissimum mendum, quod ab editoribus sublatum non fuisse querebatur Casaubonus, crimen id declinantes sustulimus.

[e] Iliad. λ, vers. 306 & seq.

[f] Τὸ μὲν ὄνομα.] Editi τὸ μὲν οὖν ὄνομα. Deest οὖν in ms. Regio quem sequimur.

[g] γνωρίζοντας.] Sic editi omnes; nimirum,

nimirum, Timosthenes, Bio astrologus: sed eos ventum, qui ab ortu flat æstivo, Cæciam perhibere, qui ei è regione est oppositus, & ab occasu flat hyberno, Africum: qui ab ortu hyberno, Eurum, & ei oppositum Caurum: medios Subsolanum & Favonium. A poeta autem Favonium violenter spirantem vocari eum, qui nobis est Caurus: [8] leniter spirantem. Favonium, eum qui nobis est Favonius. Austrum Caurum, Leuconotum (sive album Austrum), qui paucas facit nubes, cùm reliquus Auster totus ferè sit Eurus:

Ac veluti nubes Zephyrus cùm dissipat acer,
Argestæ pulsans violentis flatibus austri.

Nam Zephyrum violenter spirantem hîc dicit, qui solet dissipare imbecilles nubes à Leuconoto coactas: atque hîc epitheton Austri est Argestes.

Hæc sanè initio primi geographicorum libri dicta, hujusmodi emendationem sunt consecuta. Porrò autem perseverans in semel conceptâ de Homero falsâ opinione, id quoque dicit, ignorasse eum plurane essent Nili ostia, adeóque ipsum Nili nomen: Hesiodum verò nosse, qui & mentionem ejus fecerit. At nomen quidem ætate Homeri nondum fuisse, probabile est. Ostia autem si obscura fuerunt, paucisque notum an plura uno essent, concedi potest nihil de iis Homerum inaudivisse. Si verò omnium quæ in Ægypto sunt rerum celeberrima, maximè admirabilis, & inprimis memoratu digna & cognitione, fluvius ille [9] & fuit, & est, pariterque ejus incrementa & ostia: quis-

sic Regius codex & Mediceus. Laudat autem libros mss. Casaubonus in quibus legebatur γνωρίζοντα, quod minimè probamus, quicquid dixerit vir magni nominis & summæ autoritatis.

[8] *leniter spirantem.*] Interpretes vertebant *Africum spirantem Favonium*, lectione non ferendâ decepti, quam emendavimus. Vide notas ad græca.

[9] *& fuit, & est.*] Verba hæc à Xylandro fuerant omissa, quæ in græco contextu non otiosa sunt. Locum integrum, parùm accuratè Xylander verterat.

εἰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν ἔλεγε, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς, καὶ τὴν ἔξω θάλασσαν, καὶ τὸ δίχθα δεδάσθαι τοὺς Αἰθίοπας, τὰ δ' ἐγγὺς καὶ γνώριμα μή. Εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη τούτων, οὐ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἀγνοεῖν· οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη, οὐδὲ πολλῶν ἄλλων· ἀλλὰ μᾶλλον τὰ λίαν γνώριμα ὄντα φαίη τις [h] δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας.

Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν αὐτῷ τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Φαρίας, ὅτι φησὶ πελαγίαν, ὡς κατ' ἄγνοιαν λέγοντι. Τοὐναντίον γὰρ, κἂν μαρτυρίῳ χρήσαιτό τις τούτῳ πρὸς τὸ μὴ ἀγνοεῖσθαι μηδὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περὶ τῶν εἰρημένων ἀρτίως περὶ τὴν Αἴγυπτον· [i] γνοίη δ' ἂν οὕτως. Ἀλαζὼν γὰρ δὴ πᾶς ὁ πλάνην αὑτοῦ διηγούμενος· τούτων δ' ἦν καὶ ὁ Μενέλαος, ὃς ἀναβεβηκὼς μέχρις Αἰθιόπων, ἐπέπυστο τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου, καὶ τὴν χοῦν ὅσην ἐπιφέρει τῇ χώρᾳ, καὶ τὸν πρὸ τῶν στομάτων πόρον, ὅσον ἤδη προσχώσας τῇ ἠπείρῳ προσέθηκεν· ὥστε εἰκότως ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον τοῦ ποταμοῦ δῶρον λέγεσθαι· κἂν εἰ μήτε τὴν ὅλην, τήν γε ὑπὸ τῷ Δέλτα, τὴν κάτω χώραν προσαγορευομένην. Ἱστόρησε δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν οὖσαν τὸ παλαιόν· προσεψεύσατο δὴ καὶ τὸ πελαγίαν εἶναι, καίπερ μηκέτι πελαγίαν οὖσαν. Ὁ δὲ ταῦτα διασκευάζων, ὁ ποιητὴς ἦν· ὥστ' ἐκ τούτων εἰκάζειν, ὅτι καὶ τὰς ἀναβάσεις ᾔδει, καὶ τὰ στόματα τοῦ Νείλου.

Ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία, καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν ἰσθμὸν τὸν μεταξὺ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους, καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ [k] περὶ τοῦ ψευδῶς λέγεσθαι·

---

[h] δόξειν.] Legit Casaubonus δόξαι. MSS. à Casaubono citati, & Editi veteres μὴ δόξειν. Regium codicem sequimur.

[i] γνοίη.] Sic ms. Regius. Editi γνοίης.

[k] περὶ τοῦ ψευδῶς.] Ita editi recentiores. Veteres editi ἐπὶ τοῦ ψευδῶς.

---

10 *insulam Phariam in alto sitam.*] Id est longè à littore, græcè πελαγίαν. Vim ejus vocis ipsa disputationis series indicat. Ergò non accuratè Xylander vertebat *insulam Phariam mari ambitam*. Adhuc ipsius Strabonis ætate Pharia insula mari ambiebatur. Nemo igitur Homerum in crimen vocasset quòd eam dixisset mari ambitam. Sed cùm alluvionibus assiduis jam continenti proxima fieret, hinc Homerum criminandi ansa data est

nam suspicetur eos, qui Homero de flumine Ægyptio, regione eâ, Thebis Ægyptiis, & Pharo retulerunt, ista aut ignorasse, aut cùm cognita haberent, nihil de iis indicasse: nisi si ut rem notam ea præterierunt? Id verò minùs adhuc verisimile est, viciniora & nota ignorasse Homerum, qui de Æthiopiâ, Sidoniis, Erembis, oceano, & bipartitis Æthiopibus mentionem fecerit. Quòd autem ostiorum Nili non meminit, id non certum est argumentum quòd ea ignoraverit, nam & patriam suam, & multa alia reticuit: sed ideò potiùs judicasse ea memoratu indigna videri potest, quòd nimis essent nota.

Non rectè etiam ignorationem ei objiciunt, quòd [10] insulam Phariam in alto sitam dixit. Etenim contrà, id testimonii loco esse potest, nihil eum istorum, quæ de Ægypto nuper dixi, ignorasse, quod hinc patet. Quicunque suas peregrinationes narrant, inflatè illi solent omnia jactare: qualis etiam Menelaus, qui, cùm usque ad Æthiopas adscendisset, inaudiverat de Nili exundatione, & quantum is terræ regioni illi apponeret, & quod trajectum, qui est ante fauces, jam aggere aggesto ferè cum continente conjunxisset: ut [11] non injuriâ Herodotus totam Ægyptum fluvii donum dixerit, si non totam, eam saltem quæ infra Delta sita, inferior Ægyptus nominatur. Cognovit etiam Pharum priscis temporibus in alto sitam: itaque mentitus est eam in alto positam, quanquam minimè remota jam foret à littore. Poetæ autem est hic apparatus: itaque hinc conjici potest, adscensiones quoque ei, & ostia Nili nota fuisse.

Idem error est, quòd ignotum fuisse Homero aiunt isthmum, qui inter mare Ægyptium est & sinum Arabicum, ac falsum esse illud:

---

qui ipsam πελαγίαν, in alto mari sitam dixerat. Totum hunc locum à Xylandro malè acceptum revocavimus ad mentem Strabonis, quam Casaubonus planè est assecutus. De Phariâ insulâ Homerus Odyss. δ, vers. 354 & seqq. Strabo infrà sæpius.

[11] *non injuriâ Herodotus.*] Herodotum adi, lib. II, cap. 5.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. [l]

Καὶ γὰρ τοῦτο ἐκείνου λέγοντος καλῶς, ἐπιτιμῶσιν [m] οἱ ὕστερον οὐκ εὖ. [n] Τοσούτου γὰρ δεῖ τοῦτ᾽ ἀληθὲς εἶναι τὸ ἀγνοεῖν Ὅμηρον τὸν ἰσθμὸν τοῦτον, ὥστε ἐκεῖνον μέν φημι μὴ εἰδέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνεσθαι ἄντικρυς· τοὺς δὲ γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντος ἐκείνου αἰσθάνεσθαι, [o] ἀπὸ Ἀριστάρχου, καὶ Κράτητος τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ.

Εἰπόντος γὰρ τοῦ ποιητοῦ,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, [p]

περὶ ἐπιφερομένου ἔπους διαφέρονται. Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος γράφων,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος·

ὁ δὲ Κράτης,

Ἠ μὲν [q] δυσομένου Ὑπερίονος, ἠδ᾽ ἀνιόντος·

οὐδὲν διαφέρον πρὸς τὴν ἑκατέρου ὑπόθεσιν, οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν. Ὁ μὲν γὰρ ἀκολουθῶν τοῖς μαθηματικῶς λέγεσθαι δοκοῦσι, τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχεσθαί φησιν ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ· παρ᾽ ἑκάτερον δὲ ταύτης εἶναι τὴν εὔκρατον, τήν τε καθ᾽ ἡμᾶς καὶ τὴν ἐπὶ θάτερον μέρος. Ὥσπερ οὖν οἱ παρ᾽ ἡμῖν Αἰθίοπες οὗτοι λέγονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένοι παρ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἔσχατοι τῶν ἄλλων παροικοῦντες τὸν ὠκεανόν· οὕτως οἴεται δεῖν καὶ πέραν τοῦ ὠκεανοῦ νοεῖσθαι τινὰς Αἰθίοπας ἐσχάτους τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ, παροικοῦντας τὸν αὐτὸν τοῦτον ὠκεανόν·

---

[l] Odyss. α. vers. 23.

[m] οἱ ὕστερον.] Sic Casaubonus ex conjecturis; nos autem ex ms. Mediceo. Editi, οἱ ὕστεροι.

[n] Τοσούτου.] Mss. à Casaubono citati sic habent, & sic scribit ms. Regius. Editi, Τοσοῦτον.

[o] ἀπὸ Ἀριστάρχου, καὶ Κράτητος τῶν κορυφαίων.] Editi ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος ἀρξαμένου τῶν κορυφαίων. Vox ea ἀρξαμένου deest in ms. Regio, nec eam admittunt alii codices mss. quos novit Casaubonus; imò eam ignorasse videtur vetus interpres. Ergò cùm possit exulare commodè, tum è græcis eam, tum è latinis abegimus.

[p] Odyss. α. vers. 23.

[q] Ἠ μὲν ... ἠδ᾽] Ita omninò legendum, non ut in editis Οἱ μὲν ... οἱ δὲ, quod Xylander non animadver-

Extremos hominum Æthiopas, geminisque diremtos
Partibus ....

Nam cùm rectè hoc Homerus dixerit, posteri injuriâ reprehendunt. Tantùm enim abest ut verè dicatur ignotum Homero fuisse isthmum illum, ut affirmem non notum modò ei fuisse illum, sed & disertè commemoratum: grammaticos autem verba ipsius non intellexisse, ducibus Aristarcho & Cratete, hâc scientiâ præstantissimis.

Nam de eo qui sequitur poetæ versu, dissentiunt ipsi. Aristarchus enim scribit,

Partibus, hi quâ sol cadit, & quâ tollitur illi:

at Crates,

Partibus, & quâ sol cadit, & quâ tollitur ortus:

cùm quidem ad institutum utriusque nihil intersit utro modo legatur. Hic enim ea sequens, quæ mathematicè videntur, dicit, torridam zonam ab oceano contineri: ab utroque autem hujus zonæ latere esse temperatam, cùm nostram, tum quæ in alterâ mundi est parte. Sicut ergo à nobis ii dicuntur Æthiopes, qui versùs meridiem siti per totam habitatam terram, extremi omnium ad oceanum accolunt: ita putat etiam trans oceanum intelligendos esse alios quosdam Æthiopes [12] aliorum extremos in alterâ temperatâ zonâ habitantium, qui & ipsi accolant ocea-

---

terat. Versionem emendavimus ut & contextum græcum. Lectionem quam sequimur codex Regius exhibet, & rectè; ea enim verba Cratetis sunt suam lectionem explicantis, ut jam Casaubonus monuit.

---

[12] *aliorum extremos in alterâ temperata zonâ habitantium*, &c.] Malè acceperat locum hunc Xylander, pravâ ut videtur punctorum distinctione deceptus, quam emendavimus in græcis, postulante ipso disputationis hujus contextu. Xylandrina interpunctio facilè dignoscetur ipsius versione quam hìc exscribemus: *Quosdam Æthiopes reliquorum extremos, qui in alterâ temperatâ zonâ ipsi quoque ad oceanum habitent*.

διττοὺς δ' εἶναι, καὶ διχθὰ δεδάσθαι ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ. [r] Προκεῖσθαι δὲ τὸ,

Ἡ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, ἡ δ' ἀνιόντος,

ὅτι τοῦ ζῳδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος ἀεὶ τῷ ἐν τῇ γῇ ζῳδιακῷ, τούτου δ' οὐκ ἐκβαίνοντος ἔξω τοῖν Αἰθιοπίαιν ἀμφοῖν τῇ λοξώσει, ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ Ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τούτῳ νοεῖσθαι, καὶ τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἐνταῦθα ἄλλοις ἄλλας, καὶ κατ' ἄλλα ἢ ἄλλα σημεῖα. Εἴρηκε μὲν οὕτως, ἀστρονομικώτερον νομίσας· ἦν δὲ καὶ ἁπλούστερον εἰπεῖν αὐτὸ σώζοντα τὸ οὕτω διῃρῆσθαι δίχα τοὺς Αἰθίοπας, ὡς εἴρηται· ὅτι ἀφ' Ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δύσεως, ἐφ' ἑκάτερα παροικοῦσι τῷ ὠκεανῷ Αἰθίοπες. Τί οὖν διαφέρει πρὸς τὸν νοῦν [s] τοῦτο ἢ οὕτως εἰπεῖν, ὥσπερ αὐτὸς γράφει, ἢ ὡς Ἀρίσταρχος,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος;

Καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς δύσιν, καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ὠκεανοῦ οἰκεῖν.

Ὁ δ' Ἀρίσταρχος ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν, [t] δίχα δὲ μεμερισμένους οἴεται λέγεσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς Αἰθίοπας, τοὺς τοῖς Ἕλλησι πρὸς μεσημβρίαν ἐσχάτους· τούτους δὲ μὴ μεμερίσθαι δίχα ὥστε εἶναι δύο Αἰθιοπίας, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὴν, τὴν δὲ πρὸς δύσιν· ἀλλὰ μίαν μόνην, τὴν πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησιν, ἱδρυμένην δὲ κατ' Αἴγυπτον· τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητὴν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος [u] ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα.

---

[r] Προκεῖσθαι.] MSS. à Casaub. citati habent προσκεῖσθαι, quod meliùs convenit.

[s] τοῦτο.] MSS. τοῦτον juxtà Casaubonum. Vulgatam lectionem retinet codex Regius.

[t] δίχα.] Sic codex Regius, & rectè. Editi διχθὰ, Æolica vox, quam Homerus quidem usurpat, sed non verbis Homeri eo loco Strabo utitur.

[u] ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ.] Hoc est in libro secundo eorum quos Apollodorus in Homericam navium recensionem scripserat. Prolixè commentatus fuerat Apollodorus de navium recensione, quæ partem libri secundi Iliados extremam occupat, &

num : eos ergo geminos esse, & bifariàm divisos. Illud autem,

Partibus, & quâ sol cadit, & quâ tollitur ortus,

adjectum esse, quòd cùm zodiacus cœlestis semper directè immineat terrestri, neque is suâ obliquatione utramque excedat Æthiopiam, necesse est totam solis conversionem intra illud spatium intelligi, solemque ibi aliis aliter, & diversis punctis surgere atque cadere. Hic ergo ita differit, ratus astronomiæ esse hoc magis consentaneum : poterat autem etiam simpliciùs dici, ita ut nihilominus hoc teneretur, ita bifariàm divisos esse Æthiopes, ut ab ortu solis usque ad occasum utrinque ad oceanum habitent. Quid ergò ad sententiam refert vel ita scribere, ut ipse, vel ut Aristarchus :

Partibus, hi quâ sol cadit, & quâ tollitur illi?

Hoc enim est eos utrinque ad oceanum, versùs & orientem & occidentem habitare.

At Aristarchus, rejecto eo quod Crates ponit, nostros Æthiopes, qui respectu Græciæ versùs meridiem habitant ultimi, bifariàm divisos accipit : [13] neque tamen divisos existimat ità ut duæ sint Æthiopiæ, sed unam tantùm esse vult, quæ Græcis est versùs meridiem, Ægypto adjacens : & poetam, cùm id ignoraret, sicut & alia quæ Apollodorus libro de recensione navium secundo refert, finxisse de locis falsa.

---

quamplurima ad geographiam habet pertinentia. Hosce commentarios sæpè adducit Strabo, & libris duodecim comprehensos fuisse testatur Eustathius ad Iliad. β, p. 199. Ergò non mirum si librum secundum eorumdem commentariorum hìc citaverit geographus noster ; nec videmus quid eo loco torquere Casaubonum queat, aut cur de aliâ lectione cogitet, cùm in unicam consentiant tum scripti libri, tum typis expressi.

---

[13] *neque tamen divisos existimat.*] Hæc non exprimit Xylander, in eo culpandus, cùm his omissis trunca & ambigua remaneat Strabonis sententia.

Πρὸς μὲν οὖν Κράτητα μακροῦ λόγου δεῖ, καὶ ἴσως οὐδὲν ὄντος πρὸς τὰ νῦν. Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινοῦμεν, διότι τὴν Κρατήτειον ἀφεὶς ὑπόθεσιν, δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις, περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς Αἰθιοπίας ὑπονοεῖ γεγονέναι τὸν λόγον· τὰ δ' ἄλλα ἐπισκοπῶμεν. Καὶ πρῶτον, ὅτι καὶ αὐτὸς μικρολογεῖται μάτην περὶ τῆς γραφῆς· καὶ γὰρ ἂν ὡς ἑτέρως γράφηται, δύναται ἐφαρμόττειν τοῖς νοήμασιν αὐτοῦ. Τί γὰρ διαφέρει λέγειν, ἢ οὕτως, δύο καθ' ἡμᾶς εἰσὶν Αἰθίοπες, οἱ μὲν πρὸς ἀνατολάς, οἱ δὲ πρὸς δύσεις· ἢ οὕτως, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολάς, καὶ πρὸς δύσεις; Ἔπειθ' ὅτι ψευδοῦς προΐσταται δόγματος. Φέρε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀγνοεῖν μὲν τὸν ἰσθμόν, τῆς δὲ κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας μεμνῆσθαι, ὅταν φῇ,

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται.

Πῶς οὖν, οὐ διχθὰ δεδαίαται οὕτω, ἀλλ' ἀγνοῶν οὕτως εἴρηκεν ὁ ποιητής; Πότερ' οὐδ' ἡ Αἴγυπτος, οὐδ' οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δέλτα ἀρξάμενοι μέχρι πρὸς Συήνην, ὑπὸ τοῦ Νείλου δίχα διῄρηνται,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος;

Τί δ' ἄλλο ἡ Αἴγυπτός ἐστι πλὴν ποταμία νῆσος, ἣν ἐπικλύζει τὸ ὕδωρ; Αὕτη δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κεῖται, πρὸς ἀνατολὴν, καὶ δύσιν. Ἀλλὰ μὴν ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον, καὶ τὴν ἄλλην φύσιν τῶν τόπων· καὶ γὰρ καὶ αὕτη [x] στενή, καὶ μακρά, καὶ ἐπίκλυστος. Τὰ δ' ἔξω τῆς ἐπικλύστου ἔρημά τε, καὶ ἄνυδρα, καὶ σπανίως οἰκεῖσθαι δυνάμενα, τὰ μὲν πρὸς ἕω, τὰ δὲ πρὸς δύσιν κεκλιμένα. Πῶς οὖν οὐχὶ καὶ δίχα διῄρηται; ἢ τοῖς μὲν τὴν Ἀσίαν ἀπὸ Λιβύης διαιροῦσιν, ἀξιόλογον τοῦτ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος, μῆκος μὲν ἀνατείνων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων· πλάτος δὲ [y] ὥστε

x στενή, καὶ μακρά.] Veteres libri juxta Casaubonum, στενή τέ ἐστι καὶ μακρά.
y ὥστε.] Msf. Regius ὅσῳ.

14 *Nonne & sic bifariàm sunt divisi*, &c.] Hæc & quæ sequuntur non rectè Xylander interpretatus est. Versum Homeri jam sæpius citatum novâ phrasi

Enimvero

Enimvero contra Cratetem longâ opus est disputatione, & ad institutum fortassis nihil faciente. In Aristarcho autem id quidem laudemus, quòd Cratetis proposito repudiato, quod multis modis refelli potest, de nostrâ Æthiopiâ suspicatur locutum esse poetam: cætera vero consideremus. Primò omnium ipse quoque frustra de scripturâ scrupulosè differit: nam etiamsi altera relinquatur, congruere ea sententiæ ipsius potest. Quid enim interest sive dicas, gemini sunt secundùm nos Æthiopes, alii versùs occasum, alii versùs ortum: aut sic, nam & versùs ortum, & versùs occasum? Deinde falsæ auctor fit opinionis. Fingamus enim poetam ignorasse isthmum, & fecisse Æthiopiæ mentionem ejus, quæ est post Ægyptum, istis verbis,

Æthiopas geminis divisos partibus.

Quid ergo? [14] Nonne & sic bifariàm sunt divisi, vel ignorans poeta id dixit? Nonne Ægyptus & Ægyptii, à Delta initio sumpto, ad Syenem usque, in duas partes à Nilo dividuntur,

Partibus, hi quâ sol cadit, & quâ tollitur illi?

Quid autem aliud est Ægyptus, quàm fluvialis insula, quam aqua inundat? Atque ipsa sita est ab utrâque fluvii parte versùs ortum & occasum. At vero Æthiopia directè post Ægyptum jacet, eodemque prorsus modo secatur à Nilo, & naturâ locorum cum Ægypto prorsus congruit: nam & ipsa itidem arcta est, in longum porrecta, & aquis irrigua: ac quæ extra irriguam sunt, deserta sunt, aquæ expertia, rarisque locis habitationi commoda, partim versùs ortum, alia versùs occasum. Quomodo ergo non erit Æthiopia bifariàm divisa? Quid? Nilus idoneus terminus iis videri potuit, qui Asiam ab Africâ dispescunt, quippe qui versùs meridiem ad stadia ampliùs CCIↃↃ se porrigat, eâ autem sit latitudine, ut amplissimas quoque

exprimit, cùm curare debuisset ut versum eumdem iisdem usque verbis verteret. Iis mederi conati sumus quantùm licuit.

καὶ νήσους ἀπολαμβάνειν μυριάνδρους (ὧν μεγίστη ἐστὶν ἡ Μερόη, τὸ βασίλειον, καὶ ἡ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων) αὐτὴν δὲ τὴν Αἰθιοπίαν οὐχ ἱκανὸς ἦν διαιρεῖν δίχα; Καὶ μὴν οἵ γε ἐπιτιμῶντες τοῖς τὰς ἠπείρους τῷ ποταμῷ διαιροῦσι, τῶν ἐγκλημάτων τοῦτο μέγιστον προφέρουσιν αὐτοῖς, ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διασπῶσι· καὶ ποιοῦσι τὸ μὲν τι μέρος ἑκατέρας αὐτῶν, Λιβυκὸν, τὸ δὲ Ἀσιατικόν· ἢ εἰ μὴ βούλονται τοῦτο, ἢ οὐ διαιροῦσι τὰς ἠπείρους, ἢ οὐ τῷ ποταμῷ.

Χωρὶς δὲ τούτων ἔστι καὶ ἄλλως διαιρεῖν τὴν Αἰθιοπίαν. Πάντες γὰρ οἱ παραπλεύσαντες τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἵ τε ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν στηλῶν, μέχρι ποσοῦ προελθόντες, εἶτα ἀνέστρεψαν, ὑπὸ πολλῶν ἀποριῶν κωλυόμενοι· ὥστε καὶ πίστιν κατέλιπον τοῖς πολλοῖς, ὡς τὸ μεταξὺ διείργοιτο ἰσθμῷ. Καὶ μὴν σύρρους ἡ πᾶσα Ἀτλαντικὴ θάλασσα, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ μεσημβρίαν. Ἅπαντες δὲ οὗτοι τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ᾽ ἃ πλέοντες ἦλθον, Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσαν, καὶ ἀπήγγειλαν οὕτως. Τί οὖν ἄλογον εἰ καὶ Ὅμηρος ὑπὸ τοιαύτης ἀκοῆς ἀχθεὶς δίχα διῄρει, τοὺς μὲν πρὸς ἀνατολὴν λέγων, τοὺς δὲ πρὸς δύσιν· τῶν μεταξὺ οὐ γινωσκομένων, εἴτε εἰσὶν, εἴτε μὴ εἰσίν; Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν παλαιὰν εἴρηκεν Ἔφορος, ᾗ οὐκ ἄλογον ἐντυχεῖν καὶ Ὅμηρον· λέγεσθαι γάρ φησιν ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων, Αἰθίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι δύσεως, τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν· τεκμαίρεται δὲ ἐκ τοῦ καὶ Ὅμηρον εἰπεῖν οὕτως,

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Ταῦτα δὲ δὴ πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον λέγοι ἄν τις, καὶ πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, καὶ ἄλλα τούτων ἐπιεικέστερα, ἀφ᾽ ὧν τὴν πολλὴν ἄγνοιαν ἀφαιρήσεται τοῦ ποιητοῦ. Φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς Βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν, ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος· ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες,

& multis hominum millibus habitatas insulas includat: quarum maxima est Meroë, regia & præcipua Æthiopum urbs: atque idem fluvius non sufficiet ad dividendam in duas portiones Æthiopiam? Imò qui reprehendunt hos, qui continentes amne dividunt, id maximum ejus erratum objiciunt, quòd ii divellant Ægyptum & Æthiopiam, & utriusque aliam in Africâ, aliam in Asiâ partem ponant: aut si hoc volunt, vel non dividunt continentes, vel non fluvio dividunt.

Præter hæc, alio etiam modo Æthiopiam distinguere licet. Quicunque enim in oceano Africæ oram prætervecti sunt, sive à rubro mari, sive à columnis Herculis initâ navigatione aliquousque progressi, deinde retrò abierunt, multis prodire vetiti incommoditatibus, apud multosque eam opinionem confirmarunt, medium isthmo aliquo dividi. Atqui totum Atlanticum mare in se coit, maximè quod est versùs meridiem. Quotquot autem navigarunt, finem suæ navigationis loca Æthiopica nominaverunt, itáque renunciaverunt. Quid ergo est absurdi, si Homerus quoque hâc famâ ductus, Æthiopes bifariàm divisit, Orientales alios, alios Occiduos faciens: cùm de iis, quæ in medio sunt, non constet habitenturne an secus? Cæterùm Ephorus aliam quoque historiam refert veterem, de quâ inaudivisse Homerum non est rationi adversum. Narrari ait à Gaditanis, Æthiopes, cùm Libyam usque ad occasum peragrassent, ibi mansisse eorum quosdam, quosdam etiam maritimæ oræ bonam occupasse partem: atque inde colligit Homerum etiam dixisse:

Extremos hominum Æthiopes, geminisque diremtos
Partibus...

Proinde & hæc contra Aristarchum ejusque secutos opinionem, dicere licet, & alia his adhuc magis probabilia, itaque tantam ignorationem à poeta amoliri. Nam de priscorum Græcorum sententiâ hoc dico, quòd sicut notæ versùs Septentrionem gentes uno priùs nomine omnes vel

[z] ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες, καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν. οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς ὠκεανῷ. Μαρτυρεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα. Ὅ, τε γὰρ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ φησὶν οὕτω·

Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν
Χεῦμα θαλάσσης,
Χαλκοκέραυνόν [a] τε παρ' ὠκεανῷ
Λίμναν παντοτρόφων Αἰθιόπων,
Ἵν' ὁ παντεπόπτας ἥλιος
Αἰεὶ χρῶτ' ἀθάνατον,
Κάματόν θ' ἵππων θερμαῖς
Ὕδατος μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

Παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν Ἥλιον ἔχοντος τὴν χρείαν, καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλην καὶ τοὺς Αἰθίοπας [b] αὐτὸν φαίνεσθαι. Ὅ, τ' Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι, τὴν Κλυμένην φησὶ,

-- δοθῆναι Μέροπι τῆς δ' ἄνακτι γῆς·
Ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
Καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι,
Ἕω φαεννὰν, ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

---

[z] ἢ συμμίκτως.] Mſ. Regius, ἢ οἱ μίκτως. Id eſt, *vel cùm miſcebatur utraque gens.*

[a] Χαλκοκέραυνον.... λίμναν παντοτρόφων Αἰθιόπων.] Ecquam paludem, ait Caſaubonus; χαλκοκέραυνον poeta intelligit, id eſt æreo fulmine percuſſam? Eidem ſuſpecta eſt vox altera παντοτρόφων, & monet in veteribus libris legi παντοσραφῶν, quod non multùm juvat. Si conjectare fas ſit, fortè legendum eſt χαλκοκελαίναν.... λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων: *paludem æreo colore nigricantem Æthiopas alentem.* Diodorus enim, lib. III, Æthiopas ex piſcibus victum quærentes memorat. Quod ſi metrum his lectionibus minùs accommodare ſe primo aſpectu videatur, minimo diſpendio remedium parari poterit. Sed his à Strabone nimiùm alienis immorari nos piget.

[b] αὐτὸν φαίνεσθαι.] Sententia non ambigua; vitio tamen laborat locus ille. Caſaubonus legit αὐτῷ. εἶναι φαίνεσθαι.

Schytæ vel [15] Nomades (ut ab Homero) appellabantur, ac poſtea temporis, cognitis regionibus occiduis, Celtæ, Iberi, aut mixto nomine Celtiberi ac Celtoſcythæ dici cœperunt, cùm priùs ob ignorationem ſingulæ gentes uno omnes nomine afficerentur: ita, quæ ad oceanum versùs meridiem ſita ſunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuiſſe notata. Hæc teſtimoniis comprobari poſſunt. Sic enim loquitur [16] Æſchylus Prometheo ſoluto:

Mariſque fluctus cernes puniceos rubri
Sacrum fluentum, & æreo quæ fulmine
Palus ad oceanum percellitur ſita
Omnigenûm Æthiopum, quâ ſol, cuncta qui videt,
Identidem immortale corpus abluit,
Reficitque mollibus undis ſudantes equos.

Nam cùm per totum meridiei obverſum tractum oceanus reſpectu ſolis repræſentet horizontem, Æthiopes quoque per eum totum extendit. Et Euripides [17] in Phaethonte Clymenen ait.

Meropi [18] datam, regi terræ illius,
Quam, cùm quadrigis tellurem ſuperat ſuis,
Primùm aureâ flammâ Sol almus percutit;
Et eam nigrâ vicina gens cute prædita,
Auroræ vocat ac Solis ſtabulum lucidi.

Suffragari aliquo modo videntur tum veteres editi, tum codex Regius, in quibus legitur αὐτῶν pro αὐτῷ: ſed lectionem, ſolis huc uſque conjecturis nixam, non auſi ſumus in contextum ingerere.

[15] *Nomades (ut ab Homero) appellabantur.*] Nuſpiam apud Homerum Nomadûm nomen; ſed eos apertè deſignat dum ipſorum vivendi rationem deſcribit Iliad. ν, verſ. 5 & ſeqq.

[16] *Æſchylus Prometheo ſoluto.*] Periit hoc Æſchyli drama, cujus fragmenta extant apud Dionyſium Halicarn., Athenæum, & Strabonem noſtrum. Vide in notis ad Græca, conjecturas noſtras in hunc locum Æſchyli.

[17] *in Phaethonte.*] Periit & Euripidis Phaethon.

[18] *Meropi.*] Rex Æthiopum Merops.

Νυν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ὑποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ, καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτὰς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέμνονος· καὶ ὅλη γε τῇ δραματουργίᾳ τούτῳ παραπέπλεκται· οὐδήπου τῆς κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας.

Μηνύει δὲ καὶ Ἔφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Αἰθιοπίας δόξαν, ὅς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εὐρώπης λόγῳ, τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τόπων, εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένων, τὸ πρὸς τὸν Ἀπηλιώτην, Ἰνδοὺς ἔχειν· πρὸς Νότον δὲ Αἰθίοπας· πρὸς δύσιν δὲ, Κελτούς· [c] πρὸς Βοῤῥᾶν ἄνεμον, Σκύθας. Προστίθησι δ' ὅτι μείζων ἡ Αἰθιοπία ἢ ἡ Σκυθία. Δοκεῖ γάρ, φησι, τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν· ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. Ὅτι δ' ὁ ποιητὴς ὁμολόγως τούτοις, καὶ ἐκ τῶνδε δῆλον, ὅτι ἡ μὲν Ἰθάκη κεῖται

Πρὸς ζόφον,

(ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον)

αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε· [d]

ὅλον τὸ Νότιον πλευρὸν οὕτω λέγων. Καὶ ἔτι ὅταν φῇ·

Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ, τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα. [e]

Καὶ πάλιν·

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
Οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
Οὐδ' ὅπη ἀννεῖται· .... [f]

περὶ ὧν λέγεται καὶ ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἰθάκης λόγοις σαφέστερον.

Ὅταν οὖν φῇ·

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη, ... [g]

---

c πρὸς Βοῤῥᾶν.] Codex Mediceus, πρὸς δὲ Βοῤῥᾶν.
d Odyss. ι, verſ. 26 & ſeq.
e Iliad. μ, verſ. 239 & ſeq.
f Odyſſ. κ, verſ. 190 & ſeqq.
g Iliad. α, verſ. 423 & ſeq.

Quo quidem loco stabulum equis Auroræ & Solis idem adscribit: in sequentibus autem, vicinum id facit ædibus Meropis: atque in totâ illâ id fabulâ est attextum, non sanè ad Æthiopiam peculiariter eam pertinens quæ est post Ægyptum, sed ad eam oram maritimam, quæ per totum meridianum tractum porrigitur.

Ephorus quoque antiquam de Æthiopiâ opinionem refert, in oratione de Europâ indicans cœli ac terræ locis in quatuor diductis partes, eam quæ est versùs Subsolanum, habitari ab Indis: quæ versùs Austrum, ab Æthiopibus: quæ versùs occasum, à Celtis: Aquiloni objectam, à Scythis: additque Æthiopiam Scythiâ esse majorem. Videtur enim, inquit, gens Æthiopum protendi ab ortu hyberno usque ad occasum: eique opposita est Scythia. His consentire poetam, vel inde liquet, quòd Ithaca ipso auctore spectat,

Obscuris obversa plagis: nam solis ad ortum
Auroramque aliæ spectant . . .

Tenebras autem Septentrionem intelligit: solem ac auroram dicens, totum meridionale dicit latus. Rursum:

Sive illæ dextrâ volitant Titanis ad ortum,
Auroramque, petunt lævâ seu parte tenebras.

Et alibi:

O socii, neque enim noctis quo cardine surgat
Caligo, vel quâ roseis auriga quadrigis
Vecta diem referat, præceps ubi lampada condat
Titan, quâ curru terram superetve supino
Novimus . . .

De quibus apertiùs dicitur, [19] ubi de Ithacâ sermo instituitur.

Quando itaque dicit,

Namque hesternus ad oceanum est, justosque profectus
Juppiter Æthiopas, quorum convivia visit:

19 *ubi de Ithacâ*] Scilicet infrà, lib. x.

κοινότερον λεκτέον, καὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν καθ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τεταγμένον, καὶ τοὺς Αἰθίοπας· ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ τοῦδε τοῦ κλίματος [h] προσβάλλης τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἔσῃ, καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. Οὕτω δὲ λέγει καὶ τὸ,

Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν, ...
Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.... [i]

ἴσον τῷ, ἀπὸ μεσημβρινῶν τόπων· Σολύμους λέγων οὐ τοὺς ἐν τῇ Πισιδίᾳ, ἀλλ', ὡς ἔφην πρότερον, πλάσας τινὰς ὁμωνύμους τοὺς ἀναλόγως ἔχοντας πρός τε τὸν πλέοντα ἐν τῇ σχεδίᾳ, καὶ τοὺς ἐκεῖ μεσημβρινοὺς, ὡς ἂν Αἰθίοπας, ὡς οἱ Πισιδικοὶ, πρός τε τὸν Πόντον, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου Αἰθίοπας.

Οὕτω δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν γεράνων λόγον κοινὸν ποιούμενός φησιν·

Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
Κλαγγῇ ταί γε [k] πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. [l]

Οὐ γὰρ ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ὁρᾶται φερομένη ἡ γέρανος ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἢ Ἰβηρίαν οὐδαμῶς, ἢ τοῖς κατὰ τὴν Κασπίαν, καὶ Βακτριανήν. Κατὰ πᾶσαν οὖν τὴν μεσημβρινὴν παραλίαν τοῦ ὠκεανοῦ παρατείνοντος, ἐφ' ἅπασαν δὲ καὶ χειμοφυγούντων, δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς Πυγμαίους μεμυθευμένους κατὰ πᾶσαν. Εἰ δ' οἱ ὕστερον τοὺς Αἰθίοπας ἐπὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον μόνους μετήγαγον, καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ πάλαι. Καὶ γὰρ Ἀχαιοὺς καὶ Ἀργείους οὐ πάντας μὲν νῦν φαμὲν τοὺς στρατεύσαντας ἐπὶ Ἴλιον· Ὅμηρος δὲ καλεῖ πάντας.

Παραπλήσιον δέ ἐστιν ὃ λέγω, καὶ περὶ τῶν δίχα διῃρημένων Αἰθιόπων, ὅτι δεῖ δέχεσθαι τοὺς παρ' ὅλην τὴν ὠκεανῖτιν διατείνοντας ἀφ' Ἡλίου ἀνιόντος, μέχρι Ἡλίου δυομένου· οἱ γὰρ οὕτω λεγόμενοι Αἰθίοπες, δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλ-

[h] προσβάλλης.] Sic codex Regius. Editi προσβάλλεις. Utrumque rectè.

[i] Odyss. ε, vers. 282 & seq.

[k] πέτονται.] Sic vulgò. Veteres libri juxta Casaubonum πολῶνται.

[l] Iliad. γ, vers. 4 & seqq.

communiùs

communiùs hoc est accipiendum, de oceano videlicet totum meridionalem alluente tractum, & Æthiopas: ad quemque enim istius tractûs locum adverteris cogitationem, ad oceanum eris & in Æthiopiâ. In hunc sensum id quoque dicit:

Ast hunc, Æthiopum rediens Neptunus ab oris,
Eminùs è Solymis conspexit montibus....

quod perinde est ac si dixisset, à meridionalibus locis. Non enim loquitur de Solymis qui sunt in Pisidiâ: sed (sicut suprà dixi) fingit iis quosdam cognomines, qui eundem habeant respectum ad rate vectum Ulyssis, & eos qui istis in locis versùs meridiem habitant, ac sunt Æthiopum instar: qui est, Pisidicorum ad Pontum, & Æthiopas ultra Ægyptum incolentes.

Hoc modo etiam de gruibus amplificavit orationem:

Quæ simul ac fugêre imbres, hyememquè nivalem,
Cum magno oceani clangore feruntur ad undas,
Pygmæis pugnamque viris, cædesque ferentes.

Neque enim à Græciâ tantùm versùs meridiem volant grues, non etiam ex Italiâ, Hispaniâ, Caspiâ, aut Bactrianâ eodem modo. Sed cùm oceanus totam meridionalem alluat oram, & eam undiquaque grues hyemis evitandæ causâ petant, intelligendum est fingi ab Homero hoc, Pygmæos ad totam illam oram habitare. Quòd autem posteri Æthiopas eos solos vocarunt, qui supra Ægyptum degunt, itemque narrationem de Pygmæis ad eos astringunt: id ad antiqua nihil attinet. Nam hodie non omnes populi, qui in expeditione ad Ilium fuere, Achæorum aut Argivorum nomine intelliguntur, quod tamen omnibus iis attribuit Homerus.

Simile est quod dico de Æthiopibus [20] bifariàm divi-

[20] *bifariàm divisis.*] Verba hæc omiserat Xylander, quibus demptis manca restat sententia.

πῳ, ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιολόγῳ, ποταμοῦ δίκην ἐν μήκει σχεδόν τι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τοῖς μυρίοις, πλάτει δ' οὐ πολὺ τῶν χιλίων μείζονι, τῷ μεγίστῳ· προσέστι δὲ τῷ μήκει, καὶ τὸ τὸν μυχὸν τοῦδε τοῦ κόλπου διέχειν τῆς κατὰ Πηλούσιον θαλάσσης, τριῶν, ἢ τεττάρων ἡμερῶν, ἣν ἐπέχει ὁ ἰσθμός. Καθάπερ οὖν οἱ χαριέστεροι τῶν διαιρούντων τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης, ὅρον εὐφυέστερον ἡγοῦνται τοῦτον τῶν ἠπείρων ἀμφοῖν τὸν κόλπον, ἢ τὸν Νεῖλον· τὸν μὲν γὰρ διήκειν παρ' ὀλίγον παντελῶς ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, τὸν δὲ Νεῖλον πολλαπλάσιον ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ διέχειν, ὥστε μὴ διαιρεῖν πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης· τοῦτον ὑπολαμβάνω τὸν τρόπον κἀγὼ τὰ μεσημβρινὰ μέρη πάντα καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, δίχα διῃρῆσθαι νομίσαι τὸν ποιητὴν τῷ κόλπῳ τούτῳ.

Πῶς οὖν ἠγνόει τὸν ἰσθμόν, ὃν οὗτος ποιεῖ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος; Καὶ γὰρ δὴ καὶ τελέως ἄλογον, εἰ τὰς μὲν Αἰγυπτίους Θήβας ᾔδει σαφῶς, αἳ διέχουσι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης σταδίους μικρὸν ἀπολείποντας τῶν πεντακισχιλίων· τὸν δὲ μυχὸν τοῦ [m] Ἀραβίου κόλπου μὴ ᾔδει, μηδὲ τὸν ἰσθμὸν τὸν κατ' αὐτόν, πλάτος ἔχοντα οὐ πλειόνων ἢ χιλίων σταδίων.

Πολὺ δ' ἂν ἀλογώτερον δόξειεν, εἰ τὸν μὲν Νεῖλον ᾔδει ὁμωνύμως τῇ τοσαύτῃ χώρᾳ λεγόμενον, τὴν δ' αἰτίαν μὴ ἑώρα τούτου· μάλιστα γὰρ ἂν [n] προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' Ἡροδότου, διότι δῶρον ἦν ἡ χώρα τοῦ ποταμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἠξιοῦτο τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. Ἄλλως τε τῶν παρ' ἑκάστοις ἰδίων ταῦτ' ἐστὶ γνωριμώτατα, ἃ καὶ παραδοξίαν ἔχει τινά, καὶ ἐν τῷ φανερῷ πᾶσιν ἐστί· τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Νείλου ἀνάβασις, καὶ ἡ πρόσχωσις τοῦ πελάγους. Καὶ καθάπερ οἱ προσαχθέντες πρὸς τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲν πρότερον ἱστοροῦσι περὶ τῆς χώρας, ἢ τὴν τοῦ Νείλου φύσιν, διὰ τὸ τοὺς ἐπιχωρίους μήτε καινότερα τούτων λέγειν ἔχειν πρὸς ἄνδρας ξένους, μήτ' ἐπιφανέστερα περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς· (τῷ γὰρ ἱστορήσαντι

---

m Ἀραβίου.] Monet Casaubonus mss. quosdam habere Ἀραβικοῦ. Prava sanè lectio. Stephanus geographus, verbo Ἀραβία, docet gentile esse Ἀράβιος.

n προσπίπτοι.] Regius codex προσπίπτει. Nihil mutandum censemus.

ſis, eſſe intelligendos ſcilicet eos qui accolunt per totam oram oceani à ſolis ortu uſque ad ejus occaſum: nam ſic dicti Æthiopes naturâ ſunt à ſe invicem divulſi ſinu Arabico, [21] quaſi non parvâ circuli meridiani parte, in morem fluminis ad ſtadia ferè quindecim millia porrecto, latitudine verò maximâ non multum ſtadia mille excedente: idque longitudini accedit, quòd intimus ejus ſinûs receſſus à mari Peluſiaco itinere tridui aut quatridui abeſt, iſthmo interjecto. Quemadmodum igitur elegantiores eorum, qui Aſiam ab Africâ dividunt, pro confinio commodiore utriuſque continentis habent ſinum, quàm Nilum: quippe quòd ille propemodum ab uno mari ad alterum omnino penetrat, cùm Nilus ab oceano multis partibus longiùs abſit, ideoque Aſiam univerſam ab Africâ non dirimat: ita ego exiſtimo poetam cenſuiſſe eodem modo meridionalem totum tractum univerſi terræ habitatæ orbis in duas eſſe ab hoc ſinu diviſum partes.

Quî ergo ignoraverit iſthmum, quem is ſinus cum Ægyptio mari conſtituit? Etenim omni ratione caret, perſpicuè ei fuiſſe notas Thebas Ægyptias, à noſtro mari ſtadiis paulo paucioribus IↃↃ diſſitas: ignotum autem intimum receſſum Arabii ſinûs & iſthmum apud eum, cujus latitudo non eſt major CIↃ ſtadiis.

Multo etiam abſurdius id videri poſſit, [22] noviſſe Homerum Nilum Ægypto cognominem tantæ regioni, cauſam autem hujus rei ignoraſſe. Maximè autem occurreret Herodoti dictum, donum eſſe fluvii Ægyptum, ideoque hoc eum nomine dignatum fuiſſe. Alioquin etiam eorum quæ ſingulis ſunt locis peculiaria, hæc omnium ſunt notiſſima, quæ & rari aliquid habent, & omnibus ſunt conſpicua: qualis eſt etiam Nili adſcenſio, ac maris ingeſto terræ aggere complanatio. Et quemadmodum qui ad Ægyptum

---

[21] *quaſi non parvâ circuli meridiani parte.*] In hoc loco vertendo fruſtrà fuerat Xylander: quod miramur; voces enim ſanæ ſunt, & ſententia plana.

[22] *noviſſe Homerum Nilum Ægypto cognominem.*] Homerus Ægypti nomine Nilum appellat paſſim in Odyſſ. Vid. lib. δ, verſ. 477; ξ, verſ. 258, &c.

περὶ τοῦ ποταμοῦ, κατάδηλος καὶ ἡ χώρα πᾶσα γίνεται ὁποία τίς ἐστιν) οὕτω καὶ οἱ πόῤῥωθεν ἀκούοντες, οὐδὲν πρότερον ἱστοροῦσι τούτου. [o] Προςίθησιν οὖν τούτῳ, καὶ τὸ φιλείδημον, καὶ τὸ φιλέκδημον τοῦ ποιητοῦ, ὅπερ αὐτῷ μαρτυροῦσιν, ὅσοι τὸν βίον ἀναγράφουσι· καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ λαμβάνεται τῶν ποιημάτων πολλὰ παραδείγματα τοῦ τοιούτου. Οὗτος μὲν οὖν ἐκ πλειόνων ἐλέγχεται, καὶ εἰδὼς, καὶ λέγων ῥητῶς τὰ ῥητὰ, [p] καὶ σιγῶν· τὰ δὲ λίαν ἐκφανῆ ἐπιθέτως λέγων.

Θαυμάζειν δὲ δεῖ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Σύρων, πρὸς οὓς νῦν ἡμῖν ὁ λόγος, εἰ μηδ᾽ ἐκείνου λέγοντος τὰ παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιχώρια [q] συνιᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ἄγνοιαν αἰτιῶνται, ἣ αὐτοὺς ἐνόχους δείκνυσιν ὁ λόγος. Ἁπλῶς δὲ τὸ μὴ λέγειν, οὐ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖόν ἐστιν· οὐδὲ γὰρ τὰς τροπὰς τοῦ Εὐρίπου λέγει, οὐδὲ τὰς Θερμοπύλας, οὐδ᾽ ἄλλα πλείω τῶν γνωρίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Οὐ μὴν [r] ἠγνόει γε, ἀλλὰ καὶ λέγει, οὐ δοκεῖ δὲ τοῖς ἐθελοκωφοῦσιν, ὥστε ἐκείνους αἰτιατέον.

Ὁ ποιητὴς τοίνυν διϊπετέας καλεῖ τοὺς ποταμοὺς, οὐ τοὺς χειμάῤῥους μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας [s] κοινῶς, ὅτι πληροῦνται πάντες ἀπὸ τῶν [t] ὀμβρίων ὑδάτων. Ἀλλὰ τὸ κοινὸν, ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἐξοχὴν ἴδιον γίνεται. Ἄλλως γὰρ ἂν τὸν χειμάῤῥουν ἀκούοι τις διϊπετῆ, καὶ ἄλλως τὸν ἀέναον, ἐνταῦθα δὲ διπλασιάζει πως ἡ ἐξοχή· καὶ καθάπερ εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς,

---

[o] Προςίθησιν οὖν.] Legit Casaubonus προςίθησι. Lectionem vulgatam retinemus, in quam consentiunt omnes codices.

[p] καὶ σιγῶν· τὰ δὲ λίαν ἐκφανῆ ἐπιθέτως λέγων.] Sic vulgò manu exarati, & prælo commissi codices. Casaubonus hoc modo restituebat: καὶ σιγῶν τὰ λίαν ἐκφανῆ, ἢ ἐπιθέτως λέγων. Huic restitutioni favet vetus interpres.

[q] συνιᾶσιν.] Posteriores editi συνιῶσιν. Ex ms. Regio reposuimus συνιᾶσιν, & ità in editione Basileensi. Rectè, siquidem in eâdem phrasi legitur αἰτιῶνται.

[r] ἠγνόει γε.] Sic ex Regio codice. Vulgata lectio ἠγνόησεν.

[s] κοινῶς.] Ità habet ms. Regius. Vulgò ἁπλῶς. Rectè κοινῶς: pergit enim Strabo ad hanc vocem respiciens, ἀλλὰ τὸ κοινὸν, &c.

[t] ὀμβρίων ὑδάτων.] Hanc lectionem debemus codici Mediceo. Vulgò scribitur ὀμβρίμων ὑδάτων. Apud Hesiodum ὄμβριμον idem quod δεινὸν, χαλεπὸν: Hesiod. opera & dies, vers. 145. Sic & apud Homerum ὄμβριμον ἔγχος telum robustum significat. Sed ὄμβριον νέφος, apud Aristophanem, nubes imbriferæ, νεφ. vers. 287. ὄμβριον ὕδωρ, pluvia aqua. ὀρνιθ. vers. 1592. Ergò ὀμβρίων ὑδάτων legendum est apud Strabonem: minimè vero ὀμβρίμων.

appellunt,[23] nihil prius in regione eâ docentur quàm de Nili naturâ: quod Ægyptii neque quicquam magis inauditum peregrinis, neque illuſtrius ſuarum aliquid rerum habent: (nam qui de Nili naturâ edoctus eſt, ei totius regionis qualitas eſt manifeſta) ita & qui procul inde remoti audiunt de Ægypto, primò omnium de Nilo inaudiunt. Huc accedit etiam diſcendi ac peregrinandi ſtudium Homeri: quod vitæ ipſius ſcriptores faciunt teſtatum, & ex ipſis poematibus multa ejus ſumi poſſunt documenta. Ita multis argumentis convincitur Homero nota, & ab eo commemorata fuiſſe diſertè, quæ effanda eſſent: alia eum tacuiſſe, aut cùm eſſent nimis manifeſta, impoſitis aliis appellationibus extuliſſe.

Mirari autem oportet[24] Ægyptios ac Syros, contra quos nunc dicimus, quòd non intelligunt Homerum ea dicentem, quæ in ipſorum ſunt patriâ, & ignorationem ei objiciunt, cujus ipſos culpam ſuſtinere oſtendimus. Omnino autem præterire aliquid, non eſt certum ignorationis indicium: nam neque Euripi converſiones Homerus, neque Thermopylas, neque alia multa apud Græcos nota commemoravit, quæ tamen non ignoraret: imò etiam commemorat: ſed non apparet hoc iis qui ultrò ſurdi eſſe volunt, ideoque ipſi ſunt culpandi.

Sanè poeta fluvios appellat ab Jove delapſos: non torrentes modò, ſed omnes in univerſum, quòd omnes imbribus implentur. Sed quod commune eſt, id ob excellentiam hujus, alicujus fit peculiare. Nam alio modo quis intelligeret torrentem ab Jove delapſum, aliter perennem

---

23 *nihil priùs... docentur quàm de Nili naturâ.*] Xylander interpretabatur: *nihil priùs conſiderant quàm Nili naturam.* Græcæ vocis ἱστορέω poteſtas multiplex, ut nemo neſcit: & *doceri* ſignificat & *inquirere*, &c. Juxtà priorem ſignificationem hîc accipi phraſis ipſa poſtulat. Ergò Xylandrinam interpretationem emendare non dubitavimus.

24 *Ægyptios ac Syros, contra quos nunc dicimus.*] Vertebat Xylander, *contra quos dicemus*: non rectè, ut Caſaubonus monuit. Deceptus eſt interpres dùm non animadvertit *Ægyptios & Syros*, Cratetem eſſe & Ariſtarchum, cum quibus diſputatio eſt. Ægyptius enim erat Ariſtarchus, qui Alexandrenſis: & Crates Syrus, qui Mallotes; nam Mallus urbs Ciliciæ, & Cilices, ab ipſo Strabone, l. XVI, Syris adnumerantur.

ὡς τὸ κουφότερον εἶναι [u] φελλοῦ σκιᾶς, δειλότερον δὲ λαγῶ Φρυγός, ἐλάττω δ' ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς· οὕτως ὑπεροχὴ ἐπὶ ὑπεροχῆς συντρέχει ἐπὶ τοῦ διϊπετῆ τὸν Νεῖλον λέγεσθαι. Ὁ μὲν γὰρ χειμάῤῥους, ὑπερβέβληται τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, τῷ διϊπετὴς εἶναι· ὁ δὲ Νεῖλος καὶ τοὺς χειμάῤῥους, ἐπὶ τοσοῦτον πληρούμενος καὶ πλῆθους, καὶ χρόνου. Ὥς' ἐπεὶ καὶ γνώριμον ἦν τὸ πάθος τοῦ ποταμοῦ τῷ ποιητῇ, ὡς [x] παραμεμυθεύμεθα, καὶ κέχρηται [y] ἐπὶ τῷ διϊπετὴς τῷ ἐπιθέτῳ τούτῳ κατ' αὐτοῦ, οὐκ ἄλλως δεκτέον ἢ ὡς εἰρήκαμεν.

Τὸ δὲ πλείοσι στόμασιν ἐκδιδόναι, κοινὸν καὶ πλειόνων· ὥστε οὐκ ἄξιον μνήμης ὑπέλαβε, καὶ ταῦτα πρὸς εἰδότας· καθάπερ οὐδ' Ἀλκαῖος, καίτοι φήσας ἀφῖχθαι καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον. Αἱ δὲ προχώσεις, καὶ ἐκ τῶν ἀναβάσεων μὲν δύνανται ὑπονοεῖσθαι, καὶ ἐξ ὧν δὲ εἶπε περὶ τῆς Φάρου. Ὁ γὰρ ἱστορῶν οὕτω περὶ τῆς Φάρου [z] μᾶλλον δὲ ἡ κοινὴ φήμη, διότι μὲν τότε τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ὅσον φησὶ, δρόμον νεὼς ἡμερήσιον, οὐκ ἂν εἴη διατεθρυλλημένη, ἐπὶ τοσοῦτον ἐψευσμένως· ὅτι δ' ἡ ἀνάβασις, καὶ αἱ προχώσεις τοιαῦταί τινες, κοινότερον πεπύσθαι εἰκὸς ἦν· ἐξ ὧν συνθεὶς ὁ ποιητὴς ὅτι πλέον ἢ τότε ἀφειστήκει τῆς γῆς ἡ νῆσος, κατὰ τὴν Μενελάου παρουσίαν, προσέθηκε παρ' ἑαυτοῦ πολλαπλάσιον διάστημα τοῦ μυθώδους χάριν. Αἱ δὲ μυθοποιΐαι οὐκ ἀγνοίας χάριν· σημεῖα γὰρ δή που· οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τοῦ Πρωτέως, καὶ τῶν Πυγ-

---

[u] φελλοῦ σκιᾶς... λαγῶ Φρυγός.] Sic Xylander rectè emendat. Veteres editi, & mſ. Regius ferunt φελλοῦ σκιὰν... λαγὼς Φρυγός : quod non probamus.

[x] παραμεμυθεύμεθα.] Sic emendamus ex veteribus codicibus quos Caſaubonus adducit, atque ex mſ. Regio. Vulgata lectio παραμεμυθήμεθα.

[y] ἐπὶ τῷ διϊπετής.] Verba hæc de-ſunt in veteribus libris juxtà Caſaubonum, & gloſſema videntur. Ea certè ignorant tum mſ. Regius, tum vetus interpres : & omninò redundant.

[z] μᾶλλον δὲ ἡ κοινὴ φήμη.] Editi : μᾶλλον δὲ ἡ κοινὴ φήμη. Imò & ſic vulgò mſſ. Sed ſi ſic legatur, fatendum eſt cum Caſaubono aliquid hic deeſſe. Si verò ἡ levi ſpiritu, & accentu notetur, ità ut jam non ſit articulus, ſed particula fiat quæ comparativo adnectitur, neque deeſſe quicquam quis meritò judicarit, & plana erunt omnia. Ergò leviſſimam hanc in accentuum diſtinctione mutationem adhibere auſi ſumus, ſcriptorum autoritate non omninò deſtituti : vetus enim interpres ſic in mſſ. quibus utebatur, videtur legiſſe, ſiquidem accentuum quam adhibemus notationem in vertendo ſecutus eſt.

fluvium, hìc verò exceſſus quodammodo duplicatur. Et ſicuti quædam ſunt hyperbolarum hyperbolæ, ut cùm dicimus aliquid [25] ſuberis umbrâ eſſe levius, aut Phrygio aliquem lepore timidiorem, aut poſſidere fundum epiſtolâ Laconicâ minorem : ita quòd Nilus iſtâ appellatione afficitur, in eo excellentiæ exceſſus concurrit. Nam torrens ampliùs quàm reliqua flumina augetur, & labitur pluviis aquis : Nilus ipſos torrentes eo ipſo ſuperat, tantâ copiâ aquæ tam longo turgens tempore. Itaque cum hoc fluvii accidens poetæ notum fuerit, ſicut contra aliorum opinionem docuimus, & ei attribuit ab Jove fluentis epitheton, aliter id, quàm expoſuimus, accipiendum non eſt.

Quòd autem Nilus pluribus oſtiis in mare effluit, id ei cum aliis pluribus eſt commune fluminibus : ideóque id mentione dignum, præſertim apud ſcientes, Homerus non putavit : ſicut ne Alcæus quidem, tametſi is in Ægyptum ſe veniſſe dicat. Aggeſtiones autem & ex adſcenſionibus intelligi poſſunt, & ex iis quæ de Pharo narrat. Cùm enim ſic de Pharo memorat, [26] rem quidem exaggerat ultrà quàm communis fama tunc divulgata fuerit, tanto ſcilicet intervallo, diurnæ nimirùm navigationis ſpacio Pharum à continente fuiſſe diſſitam : ſed de iſtis adſcenſionibus & aggeſtionibus vulgariùs quædam inaudiviſſe eum credibile eſt : unde Homerus ratiocinatus inſulam ſub Menelai adventum longiùs quàm ſuo tempore à continente abſuiſſe, de ſuo multis partibus veritatem excedens intervallum addidit, ut fabuloſè rem narraret. At fabulæ non ignorationis causâ finguntur : quod vel ex

[25] *ſuberis umbrâ... levius.*] Ridenda ſanè apud Eraſmum hujus adagii prolatio, *ſubere levior Umber*, quaſi de Umbrorum gente uſurpati. Ab umbrâ in Umbrum proclivis error ; ſed ſi græca reſpexiſſet, in hunc errorem nequaquàm incidiſſet vir doctus : quod iis dictum ſit qui græca negligunt, cùm ipſis ſub manu ſunt latini interpretes.

[26] *rem quidem exaggerat*, &c.] Xylandrum emendamus pravâ lectione deceptum, de quâ ſuprà in notis noſtris ad græca. Interpretationem Xylandri hìc adſcribemus : *Ea enim ejus narratio, aut communis potiùs fama, tunc diurnæ navigationis ſpatio Pharum à continente fuiſſe diſſitam, tanto mendacio divulgata haud dubiò non erat*, &c. Hæc ſatis cohærent, ſed non item in græcis, præſertim juxtà lectionem quam ſequebatur interpres.

μαίων, οὐδ᾽ αἱ τῶν φαρμάκων δυνάμεις, οὐδ᾽ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον οἱ ποιηταὶ πλάττουσι· οὐ γὰρ κατ᾽ ἄγνοιαν τῶν τοπικῶν λέγεται, ἀλλ᾽ ἡδονῆς καὶ τέρψεως χάριν.

Πῶς οὖν καὶ ἄνυδρον οὖσαν ὕδωρ φησὶν ἔχειν;

> Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ᾽ ἀπὸ νῆας ἐΐσας
> Ἐς πόντον βάλλουσιν, ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ. [a]

Ἀλλ᾽ οὔτε τὸ ὑδρεῖον ἐκλείπειν ἀδύνατον· οὔτε τὴν [b] ὑδρεῖαν ἐκ τῆς νήσου γίνεσθαι φησὶν, ἀλλὰ τὴν ἀναγωγὴν μόνην, διὰ τὴν τοῦ λιμένος ἀρετήν· τὸ δ᾽ ὕδωρ ἐκ τῆς περαίας ἀρύσασθαι παρῆν, ἐξομολογουμένου πως τοῦ ποιητοῦ δι᾽ ἐμφάσεως, ὅτι πελαγίαν εἶπεν οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν καὶ μυθοποιΐαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς πλάνης τοῦ Μενελάου λεχθέντα συνηγορεῖν δοκεῖ τῇ ἀγνοίᾳ τῇ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, βέλτιον ἴσως ἐστὶ, τὰ ἐν τοῖς ἔπεσι τούτοις ζητούμενα προεκθεμένους, ἅμα ταῦτά τε [c] διαστῆσαι, καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ ἀπολογήσασθαι καθαρώτερον. Φησὶ δὲ πρὸς Τηλέμαχον ὁ Μενέλαος θαυμάσαντα τὸν τῶν βασιλείων κόσμον·

> Ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν, καὶ πολλ᾽ ἐπαληθεὶς
> Ἠγαγόμην ἐν νηυσὶ, καὶ ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον·
> Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς,
> Αἰθίοπάς θ᾽ ἱκόμην, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβοὺς,
> Καὶ Λιβύην. [d]

Ζητοῦσι δὲ, πρὸς τίνας ἦλθεν Αἰθίοπας, πλέων ἐξ Αἰγύπτου· (οὔτε γὰρ ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς θαλάττῃ οἰκοῦσι τινὲς Αἰθίοπες, οὔτε [e] τῷ Νείλῳ τοὺς καταῤῥάκτας ἦν διελθεῖν ναυσί·) τίνες τε οἱ Σιδόνιοι· οὐ γὰρ οἵ γε ἐν Φοινίκῃ· οὐ γὰρ ἂν τὸ γένος [f] προ-

---

[a] Odyss. δ, vers. 358 & seq.

[b] ὑδρεῖαν.] Ms. Regius ὑδρίαν, quod quidem non admittimus; sic enim scholia ad Vespes Aristophanis in vers. 921: ὑδρία, τὸ ἀγγεῖον, ἰωτογραφούμενον· ὑδρεία δὲ, τὸ ὑδρεύεσθαι, διὰ διφθόγγου. Vide quoque Suidam verbo ὑδρεία.

[c] διαστῆσαι.] Sic in codice Regio. Vulgata lectio διαστείλαι, quæ magis arridet Casaubono. Utraque defendi

eo

eo deprehendere possis, quòd quæ de Proteo, de Pygmæis, de efficacitate venenorum & alia id genus poetæ fingunt, non ob ignorationem locorum ea comminiscuntur, sed delectandi causâ.

Quomodo ergo Pharum aquæ expertem, aquâ præditam dicit?

Commodus est in eâ portus, unde in mare naves
Propellunt celeres lymphis nigricantibus haustis.

Nimirum neque hoc fieri nequit, ut puteum aqua deficiat, neque ex ipsâ insulâ aquam peti affirmat, sed imponi tantùm in naves ob portûs commoditatem, & liceбat ex oppositâ continente aquam haurire: quod quodammodo videtur fassus esse poeta, his innuens verbis; quòd insulam mari cinctam dicit non verè, sed excessûs & fabulandi causâ.

Quoniam autem ea, quæ de Menelai peregrinatione disseruit, videntur confirmare locorum istorum ignorationem, fortassis præstiterit, nos, quæ in versibus istis quæruntur, priùs exponere, itaque simul & distinctiùs illa explicare, & poetam clariùs defendere. Menelaus ergo Telemachum regiæ ornatum admirantem sic alloquitur:

Multa etenim passus, & per loca multa vagatus,
Has ego opes octavo adduxi navibus anno:
Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus,
Æthiopes adii, tum Sidonios & Erembos,
Et Libyam....

Quærunt autem ad quos Æthiopas venerit, cùm ex Ægypto navigaret: (neque enim in nostro mari habitant aliqui Æthiopes, neque navibus per catarractas Nili potuit vehi.) Tum qui Sidonii: non enim intelligi potest de iis qui sunt in Phœniciâ, neque enim genere posito, spe-

potest. Nos ex instituto nostro Regium codicem sequimur.

[d] Odyss. δ, vers. 81 & seqq.

[e] τοῦ Νείλου.] In mss. à Causaubono adductis, τῦ Νείλυ, quod magis placet.

[f] προθείς.] Sic mss. juxtà Casaubonum; ita quoque ms. Regius. Editi non rectè προσθείς.

θεὶς, τὸ εἶδος [g] ἐπήνεγκε· τίνες τε οἱ Ἐρεμβοί· καινὸν γὰρ τὸ ὄνομα.

Ἀριστόνικος μὲν οὖν ὁ καθ' ἡμᾶς γραμματικὸς, ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλάνης, πολλῶν ἀναγέγραφεν ἀνδρῶν ἀποφάσεις περὶ ἑκάστου τῶν ἐκκειμένων κεφαλαίων· ἡμῖν δ' ἀρκέσει κἂν ἐπιτέμνοντες λέγωμεν. Οἱ μὲν δὴ πλεῦσαι φήσαντες εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, οἱ μὲν περίπλουν τὸν διὰ Γαδείρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς εἰσάγουσιν· ἅμα καὶ τὸν χρόνον τῇ πλάνῃ συνοικειοῦντες, ὅν φησιν, ὅτι ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθεν· οἱ δὲ διὰ τοῦ ἰσθμοῦ, τοῦ κατὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον· οἱ δὲ διὰ τῶν διωρύγων τινός. Οὔτε δ' ὁ περίπλους ἀναγκαῖος, ὃν Κράτης εἰσάγει· οὐχ ὡς ἀδύνατος εἶναι (καὶ γὰρ οὐδ' ἡ Ὀδυσσέως πλάνη ἀδύνατος) ἀλλ' ὅτι οὔτε πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς μαθηματικὰς χρήσιμος, οὔτε πρὸς τὸν χρόνον τῆς πλάνης. Καὶ γὰρ ἀκούσιοι διατριβαὶ κατεῖχον αὐτὸν ὑπὸ δυσπλοίας, φήσαντα, ὅτι ἀπὸ ἑξήκοντα νεῶν πέντε ἐλείφθησαν αὐτῷ· καὶ ἑκούσιοι χρηματισμοῦ χάριν· φησὶ γὰρ ὁ Νέστωρ

Ὣς ὁ μὲν, ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων
Ἠλᾶτο ξὺν νηυσί..... [h]

Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς. [i]

Ὅ τε διὰ τοῦ ἰσθμοῦ πλοῦς ἢ τῶν διωρύγων, λεγόμενος μὲν, ἠκούετο ἂν ἐν μύθου σχήματι· μὴ λεγόμενος δὲ, περιττῶς καὶ ἀπιθάνως εἰσάγοιτο ἄν. Ἀπιθάνως δὲ λέγω, ὅτι πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐδεμία ἦν διῶρυξ· τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν, ἀποστῆναί φασι μετεωροτέραν ὑπολαβόντα τὴν τῆς θαλάττης ἐπιφάνειαν. Ἀλλὰ μὲν οὐδ' ὁ ἰσθμὸς ἦν πλώϊμος· ἀλλ' εἰκάζει ὁ Ἐρατοσθένης οὐκ εὖ· μὴ γάρ πω τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς στήλας γεγονέναι νομίζει· ὥστε ἐνταῦθα συνάπτειν τὴν ἔξω θάλατταν τῇ ἐντὸς, καὶ καλύπτειν τὸν ἰσθμὸν μετεωροτέραν

---

g ἐπήνεγκε.] Veteres libri ex Casaubono ἐπήγαγε.

h Odyss. γ, vers. 301 & seq.

i Ibid. δ, vers. 83.

ciem intulisset: item qui fuerint Erembi: nam hoc nomen est novum.

Proinde Aristonicus nostræ ætatis grammaticus, in iis quæ de erroribus Menelai commentatus est, multorum de singulis propositis quæstionibus sententias perscripsit. Nobis satis erit compendio referre. Itaque eorum, qui navigasse Menelaum in Æthiopiam confirmant, alii circumnavigasse eum per Gades usque ad Indiam dicunt: tempus etiam peregrinationi accommodantes, quòd octavo anno se rediisse dicit. Alii per isthmum, qui est ad Arabicum sinum: alii per aliquam fossarum. Sed neque circumnavigatio, quam Crates introducit, necessaria est: non quòd impossibilis sit, (nam ne Ulyssis quidem errores impossibiles sunt) sed quia neque ad mathematicorum positiones congruunt, neque ad tempus errorum. Nam & invito moræ sunt injectæ difficultate navigandi: [27] sicut ipse dicit de LX navibus quinque tantum Menelao fuisse relictas: & sponte etiam moras traxit pecuniæ colligendæ causâ. Sic enim Nestor:

Sic tunc multa suis cum navibus ille vagatus
Ingentes cumulavit opes, aurumque coëgit:

nimirum

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus.

Et navigatio per isthmum seu fossam si ab ipso poeta fuisset commemorata, acciperetur ut fabula: cùm autem à poeta non dicatur, ociosè & contra fidem veri introducitur. Contra fidem dico, quòd ante bellum Trojanum nulla fuit fossa: & Sesostrim qui conatus fuit isthmum perfodere, destitisse ab incepto ferunt, cùm maris superficiem esse sublimiorem suspicaretur. Atqui ne isthmus quidem navigabilis fuit: & Eratosthenes id non rectè

[27] *sicut ipse dicit.*] Homerum intellige: neque enim id de se dicit Menelaus ipse apud Homerum, sed poeta Nestorem inducit hæc de Menelao dicentem. Odyss. γ, vers. 253 & seqq.

ἦσαν· οὐ δ' ἐκρήγματος γινομένου ταπεινωθῆναι, καὶ ἀνακαλύψαι τὴν γῆν, τὴν κατὰ τὸ Κάσιον, καὶ τὸ Πηλούσιον, μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς· Τίνα οὖν ἔχομεν ἱστορίαν περὶ τοῦ ἐκρήγματος τούτου, διότι πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὔπω ὑπῆρχεν; Ἴσως δ' ὁ ποιητὴς ἅμα μὲν τὸν Ὀδυσσέα ταύτῃ διεκπλέοντα εἰς τὸν ὠκεανὸν πεποίηκως, ὡς ἤδη ἐκρήγματος γεγονότος· ἅμα δὲ εἰς τὴν ἐρυθρὰν τὸν Μενέλαον, ἐκ τῆς Αἰγύπτου [k] ναυστολεῖ, ὡς οὔπω γεγονότος. Ἀλλὰ καὶ τὸν Πρωτέα εἰσάγει λέγοντα αὐτῷ·

> Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
> Ἀθάνατοι πέμψουσι.... [l]

Ποῖα οὖν, καὶ ὅτι ἑσπέριόν τινα λέγει τόπον τοῦτον ἔσχατον, ὁ Ζέφυρος [m] παραληφθεὶς δηλοῖ, [n] καὶ πείρατα γαίης.

> Ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
> Ὠκεανὸς ἀνίησι.... [o]

Ταῦτα γὰρ αἰνίγματος πλήρη. Εἰ δ' οὖν καὶ σύρρουν ποτὲ ὑπάρξαντα τὸν ἰσθμὸν τοῦτον ὁ ποιητὴς ἱστορήκει, πόσῳ μείζονα ἂν ἔχοιμεν πίστιν τοῦ, τοὺς Αἰθίοπας διχθὰ διῃρῆσθαι, πορθμῷ τηλικούτῳ διειργομένους;

Τίς δὲ καὶ χρηματισμὸς παρὰ τῶν ἔξω, καὶ κατὰ τὸν ὠκεανὸν Αἰθιόπων; [p] Ἀλλὰ μὲν γὰρ θαυμάζουσι τοῦ κόσμου τῶν βασιλείων οἱ περὶ Τηλέμαχον, τὸ πλῆθος, ὃ ἐστι

> Χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος. [q]

---

[k] ναυστολεῖ.] Sana lectio, quam phrasis Græca postulat, & codex Regius exhibet. Vulgò ναυστολῶν. Hâc autem adhibitâ correctione, nihil est cur locus ille Casaubono suspectus videatur.

[l] Odyss. δ, vers. 563 & seq.

[m] παραληφθεὶς.] Ita codices Regius & Mediceus: vulgò παραληφθείς.

[n] καὶ πείρατα γαίης.] Sic iidem codices, & hæc eadem verba vetus interpres legerat, quæ in editis per oscitantiam omissa eò diligentiùs restituenda sunt quòd ad perficiendam autoris sententiam potissimùm inserviant.

[o] Odys. δ, vers. 467 & seq.

[p] Ἀλλὰ μὲν γάρ.] Sic ex ms. Regio. Vulgò: καίτοι γάρ, quod quidem ad idem recidit.

[q] Odyss. δ, vers. 73.

conjecturâ colligit. Censet enim nondum fuisse terram apud Herculis columnas perruptam; itaque apud isthmum hunc, mare externum cum mediterraneo coivisse; cúmque altius isthmo esset, eum intexisse: postmodo cùm apud Gades mare internum erupisset, subsedisse id, ac terram juxta Casium, Pelusium, usque ad Rubrum mare detexisse. At quâ historiâ confirmabitur, rupturam illam Trojano esse bello posteriorem? An Homerus simul & Ulyssem eâ in oceanum evectum scribit, ut rupturâ istâ jam tum factâ: & ex Ægypto naves Menelai in Rubrum mare deportat, ut rupturâ istâ nondum existente? Quin & Proteum inducit poeta, sic Menelao dicentem:

Sed te quâ terræ postremus terminus extat,
Elysium ad campum cælestia numina mittent.

Et qualis sit locus, nempe ultimus versùs occidentem, Zephyri adjecta mentio declarat, [28] & extremorum terræ finium:

..........semper lenis aura Favoni
Spirat ab oceano.....

Hæc enim [29] allegoriis plena sunt. Quòd si aliquando mari tectum isthmum illum noverat Homerus, quanto faciliùs credemus Æthiopes bifariàm divisos fuisse, tanto freto disjunctos?

At quid opum potuit ab exterioribus, & ad oceanum habitantibus Æthiopibus consequi Ulysses? Miratur enim Telemachus multitudinem ornamentorum regiæ, quæ erant

Ex ebore, electroque, auro, argentoque parata.

---

28 *& extremorum terræ finium.*] Hæc ex codice Regio & Mediceo supplevimus. Vide quæ diximus ad Græca.

29 *allegoriis plena sunt.*] Malè vetus interpres: *ambigui plena sermonis & ænigmatis.* Nihilo feliciùs Xylander: *plena sunt obscurarum questionum.* Nemo non videt Strabonem verba Homeri de Elysiis campis, per allegoriam accipere.

Τούτων δ' οὐδενὸς πλὴν ἐλέφαντος εὐπορία παρ' ἐκείνοις ἐστὶν, ἀπορωτάτοις τῶν ἁπάντων οὖσι τοῖς πλείστοις, καὶ νομάσι. Νὴ Δία, ἀλλ' ἡ Ἀραβία προσῆν, καὶ [1] τὰ μέρη τῆς Ἰνδικῆς· τούτων δ' ἡ μὲν εὐδαίμων κέκληται μόνη τῶν ἁπασῶν· τὴν δὲ, εἰ καὶ μὴ ὀνομαστὶ καλοῦσιν, οὕτως ὑπολαμβάνουσί γε, καὶ ἱστοροῦσιν, ὡς εὐδαιμονεστάτην. Τὴν μὲν οὖν Ἰνδικὴν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος, εἰδὼς δὲ ἐμέμνητο ἄν· τὴν δ' Ἀραβίαν, ἣν εὐδαίμονα προσαγορεύουσιν οἱ νῦν, τότε δ' οὐκ ἦν πλουσία, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄπορος, καὶ ἡ πόλις αὐτῆς σκηνιτῶν ἀνδρῶν· ὀλίγη δ' ἡ ἀρωματοφόρος, δι' ἣν καὶ τοῦτο τοὔνομα [2] εὕρετο ἡ χώρα, διὰ τὸ καὶ τὸν φόρτον εἶναι τὸν τοιοῦτον ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν σπάνιον, καὶ τίμιον. Νυνὶ μὲν οὖν εὐποροῦσι, καὶ πλουτοῦσι διὰ τὸ καὶ τὴν ἐμπορίαν εἶναι πυκνὴν, καὶ δαψιλῆ· τότε δ' οὐκ εἰκός. Αὐτῶν δὲ χάριν τῶν ἀρωμάτων ἐμπόρῳ μὲν καὶ καμηλίτῃ γένοιτ' ἄν τις ἐκ τῶν τοιούτων φορτίων εὐπορία. Μενελάῳ δὲ λαφύρων, ἢ δωρεῶν ἔδει παρὰ βασιλέων, καὶ δυναστῶν, ἐχόντων τε ἃ δώσουσι, καὶ βουλομένων διὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ εὔκλειαν. Οἱ μὲν οὖν Αἰγύπτιοι, καὶ οἱ πλησίον Αἰθίοπες, καὶ Ἄραβες, οὔθ' οὕτω τελέως ἄβιοι, οὔτ' ἀνήκοοι τῆς τῶν Ἀτρειδῶν δόξης, καὶ μάλιστα διὰ τὴν κατόρθωσιν τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου· ὥστ' ἐλπὶς ἦν τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας· καθάπερ ἐπὶ τοῦ θώρακος τοῦ Ἀγαμέμνονος λέγεται·

Τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήϊον εἶναι·
Πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος.... [3]

Καὶ δὴ καὶ τὸ πλείω χρόνον τῆς πλάνης, λεκτέον μὲν ἐν τοῖς κατὰ Φοινίκην, καὶ Συρίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην γενέσ-

---

[1] τὰ μέρη τῆς Ἰνδικῆς.] Optima lectio quam Regius codex suppeditat. Alii τὰ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. At non de regionibus Arabiam inter & Indiam jacentibus ibi agitur, sed de ipsius Indiæ partibus, ut ex sequentibus patet.

[2] εὕρετο.] Mss. quidam, Casaubono teste, εὕρατο.

[3] Iliad. λ, vers. 20 & seq.

Atqui horum nullius, præter ebur, copia eſt apud Æthiopes, pleroſque pauperrimos, & incertis vagantes ſedibus. Verum hoc eſt, mehercule: ſed proxima erat Arabia, & regiones ad Indiam uſque: de his ſola omnium Arabia vocatur felix: India quanquam hoc nomine non afficitur, tamen creditur & perhibetur eſſe feliciſſima. Indiam quidem non norat Homerus: erat enim facturus alioqui mentionem. Arabia, quam nunc vocant felicem, illis temporibus dives non erat, ſed inops, & [30] Arabum civitas hominum erat in tabernaculis habitantium. Quæ aromata fert, unde nomen regioni, quòd aromatum merces in noſtris regionibus rara eſt & in precio, exigua eſt regio. Ac noſtrâ quidem ætate Arabes copiâ rerum & divitiis abundant, quia aſſidua eſt & copioſa negociatio: tunc autem ita eos habuiſſe, probabile non eſt. Jam quod ad ipſa attinet aromata mercator ſanè & camelum agens, copiam aliquam poterat hujuſmodi mercium comportare. Menelao autem opus erat ſpoliis, aut donis regum ac principum, qui & haberent quod largirentur, & darent ob ſplendorem ac gloriam ejus. Enimvero Ægyptii, iiſque propinqui Æthiopes & Arabes, neque omnino inopes erant, neque nulla ad eos de Atridis fama pervenerat, maximè bello ab iis Trojano confecto: itaque ſperare Menelaus ab iis munera poterat. Sic etiam de thorace Agamemnonis ſcribitur:

Quem Cinyra hoſpitii pignus donaverat olim,
In Cypro, magni de famâ factus Atridæ
Certior....

Proinde majus peregrinationis tempus conſumſiſſe Menelaum dicemus in Phœniciâ, Syriâ, Ægypto, Africâ, &

---

[30] *Arabum civitas.*] De *urbe* id intelligit Xylander, *urbs ab habitantibus in tabernaculis colebatur hominibus.* Urbem hanc conjicit Caſaubonus Carnam eſſe, ſeu Caranam. Sed Scenitæ Arabes nequaquam in urbibus habitabant. Vide Abulfaragium de moribus Arabum, & ibi Pocockii notas. Vox græca πόλις non *urbem* hoc loco, ſed *civitatem* ſignificat, eo ſenſu quo Tullius, *concilia cœtuſque hominum jure ſociatos.* IV Academ. 137.

θαι, καὶ τὰ περὶ Κύπρον χωρία, καὶ ὅλως τὴν καθ' ἡμᾶς παραλίαν, καὶ τὰς νήσους· καὶ γὰρ ξένια παρὰ τούτοις, καὶ τὸ βίᾳ, καὶ τὸ ἐκ λεηλασίας [u] πορίσασθαι, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν συμμαχησάντων τοῖς Τρωσὶν, ἐντεῦθεν ἦν. Οἱ δ' ἐκτὸς καὶ πόῤῥω βάρβαροι, οὐδεμίαν τοιαύτην ὑπηγόρευον ἐλπίδα. Εἰς οὖν τὴν Αἰθιοπίαν ἀφῖχθαι λέγεται ὁ Μενέλαος, [x] ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ· τάχα μὲν γὰρ καὶ πλησιαίτεροι ἦσαν ταῖς Θήβαις οἱ τότε ὅροι· ἀλλὰ καὶ οἱ νῦν πλησίον εἰσὶν, οἱ κατὰ Συήνην, καὶ τὰς Φίλας· ὧν ἡ μὲν τῆς Αἰγύπτου ἐστὶν, αἱ δὲ Φίλαι κοινὴ κατοικία τῶν Αἰθιόπων, καὶ τῶν Αἰγυπτίων. Ὁ οὖν εἰς Θήβας ἀφιγμένος, εἰ καὶ μέχρι τῶν ὅρων ἀφῖκτο, ἢ καὶ περαιτέρω τῶν Αἰθιόπων, καὶ ταῦτα τῇ βασιλικῇ ξενίᾳ χρώμενος, οὐδὲν ἄλογον. Οὕτω δὲ καὶ Κυκλώπων εἰς γαῖαν ἀφῖχθαι φησὶν ὁ Ὀδυσσεὺς, μέχρι τοῦ σπηλαίου προεληλυθὼς ἀπὸ θαλάττης· ἐπ' ἐσχατιᾶς γὰρ ἱδρῦσθαί που λέγει. Καὶ εἰς Αἰολίαν δὲ, καὶ Λαιστρυγόνας, καὶ τοὺς ἄλλους τόπους, ὅπου ποτὲ καθωρμίσατο, ἐκεῖσε φησὶν ἀφῖχθαι. Καὶ ὁ Μενέλαος οὖν οὕτως εἰς Αἰθιοπίαν ἧκεν, οὕτω δὲ καὶ εἰς Λιβύην ὅτι προσέσχε τόποις τισὶν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμὴν, τὴν ὑπὲρ Παραιτονίου, Μενέλαος καλεῖται.

Εἰ δὲ Φοίνικας εἰπὼν, ὀνομάζει καὶ Σιδονίους τὴν μητρόπολιν αὐτῶν, σχήματι συνήθει χρῆται, ὡς,

... Τρῶάς τε, καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε. [y]

Καὶ

Οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἱέες ἦσαν.

---

[u] πορίσασθαι.] Mſ. Regium ſequimur, & veteres editos. Recentiores habent πορίζεσθαι.

[x] ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ.] Vulgò οὐχ ὅτι μέχρι τῶν ὅρων, &c. Negationem ſuſtulimus quâ locus hic manifeſtè depravabatur. Mutilum conjectabat Caſaubonus, & inſerto periodi membro integro ſic reſtituebat: οὐχ ὅτι τῷ ὄντι εἰς τὴν Αἰθιοπίαν ἧκεν, ἀλλ' ὅτι μέχρι τῶν ὅρων, &c. Sed multò minori diſpendio ſublatâ negatione ſanatur phraſis. Quæ ſequuntur ità neceſſariò emendationem hanc poſtulant, ut eâ adhibitâ nihil temerè feciſſe judicabimur.

[y] Iliad. ν, verſ. 1.

locis

locis Cypro vicinis, omninoque apud oram nostram maritimam insulasque: nam inde & hospitalia munera, & prædâ ac vi extorta dona, maximè ab iis qui opem Trojanis tulerant, consequi poterat. Ad oceanum habitantes longéque dissiti barbari talem spem ei nullam ostendebant. Dicitur ergo in Æthiopiam venisse Menelaus, non tantùm usque ad terminos ejus qui attingunt Ægyptum. Fortassis enim eâ tempestate fines propiùs Thebas erant, sed & hodie propinqui sunt ad Syenem & Philas: quarum illa Ægypti est, hæc communis Æthiopum Ægyptiorumque habitatio. [31] Cùm ergo Menelaus Thebas pervenerit, ipsum usque ad Ægypti fines, imo & ultra, in Æthiopiam venisse, regis hospitis favore, minimè absonum. Sic etiam in terram Cyclopum se dicit venisse Ulysses, à mari usque [32] ad speluncam progressus, quam in extremo sitam fuisse ait. In Æoliam quoque, & ad Læstrigones, & alia in loca ad quæ aliquando appulit, se venisse perhibet. Hoc igitur modo etiam Menelaus in Æthiopiam venit, & in Africam quoque: ubi quibusdam locis naves applicuit: unde etiam portus, qui ad Ardaniam est, supra Parætonium, Menelaus nominatur.

Quod autem Phœniciâ appellatâ, Sidonios nominat, principem scilicet Phœniciæ urbem, figurâ utitur sibi familiari, ut,

Ad classem Teucros adduxit, & Hectora sævum.

Et

Jam tum magnanimus cum natis clauserat Œneus
Extremam vitæ lucem, [33] & flavo Meleagro.

---

[31] *Cùm ergo Menelaus.*] Locum hunc infeliciter tractavit jam totiès excussus, & totiès excutiendus Xylander. Versionem ipsius exscribere longum foret. Legitimam Strabonis sententiam à Casaubono dilucidè declaratam, exprimere curavimus.

[32] *ad speluncam progressus.*] Odyss. ι, vers. 182 & seqq.

[33] *& flavo Meleagro.*] Meleager ipse Œnei filius erat.

Οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος.[z]

Καὶ

Ἴδην δ' ἵκανεν ..... καὶ Γάργαρον.[a]

Καὶ

Οἳ δ' Εὔβοιαν [b] ἔχον .....
Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε.[c]

Καὶ Σαπφώ·

Ἤ σε Κύπρος, ἢ Πάφος, ἢ Πάνορμος.

Καίτοι καὶ ἄλλό τι ἦν τὸ ποιῆσαν· καίπερ ἤδη μνησθέντα τῆς Φοινίκης, ἰδίως πάλιν καὶ τὴν Σιδόνα συγκαταλέξαι, [d] φησὶν· ὅπερ ζητοῦσιν ἔνιοι. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ τὰ ἐφεξῆς ἔθνη καταλέξαι, ἱκανῶς εἶχεν οὕτως εἰπεῖν,

Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην....[e]

Ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ἐπὶ πλέον γενομένην [f] διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας· καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν, εἴτε καὶ παραλαβεῖν εὐτεχνίαν, καὶ τὸ τὴν Ἑλένην προεξενῶσθαι τοῖς ἀνθρώποις μετὰ Ἀλεξάνδρου· διόπερ παρὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ τοιαῦτα ἀποκείμενα λέγει·

---

z Iliad. β, verſ. 641 & ſeq.

a Ibid. θ, verſ. 47 & 48. Gargarus mons, Idæ montis pars eſt, ut docet ipſe Strabo, lib. XIII.

b ἔχον.] Sic veteres editi, & codex Mediceus. Rectè: ita enim legitur apud Homerum ipſum, & ita legere metrum jubet. Malè recentiores editi εἶχον.

c Iliad. β, verſ. 536 & ſeq. Chalcis & Eretria, Eubœæ inſulæ urbes.

d φησὶν· ὅπερ. ζητοῦσιν ἔνιοι.] Verba hæc nihil aliud fortè niſi ſcholion (uti docuit Caſaubonus) quod è margine in contextum irrepſit. Certè vox φησὶν, omnino ſuperflua; & rectè Xylander nullam ejus in interpretatione ſuâ rationem habuit. Jam diù inveteravit vitium hoc, quo laborant manu pariter & typis expreſſi codices; atque ipſe vetus interpres hanc eamdem lectionem ſecutus eſt.

e Odyſſ. δ, verſ. 83 & ſeq.

f διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας· καλῶς εἶχεν, &c.] Locum hunc miſerè fœdatum librariorum oſcitantiâ, & audaciâ ſciolorum, non ſine magnis impendiis reſtituere conatus eſt Caſaubonus: omiſſa enim quædam, quædam loco mutata, perturbata omnia ipſi viſa ſunt. Vulgò legebatur: ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ἐπὶ πλέον γενομένην, ἐμφαί-

Rurſum:

Idam pervenere & Gargaron ....

Et

Nec non Eubœæ cultores ....
Cives Chalcidis, Eretriæquè ....

Sic etiam Sappho:

Seu te Cyprus habet [34], *ſeu Paphus, aut Panormus.*

Quanquam fuit etiam aliud quippiam quod fecit, ut quanquam Phœnice jam commemoratâ, tamen ſeorſim Sidonem nominaret: quod nonnulli quærunt. Nam ad reliquas deinceps gentes referendas, ſatis erat dixiſſe,

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus,
Æthiopes adii ....

Sed [35] ut oſtenderet ſe etiam aliquandiu apud Sidonios fuiſſe peregrinatum propter famam rerum ſecundarum quibus utebantur, commodum ei fuit tum id in memoriam revocare, tum præſtantiam ipſorum in artibus memorare, & quòd Helena cum Alexandro jam antè eorum uſa erat hominum hoſpitio. Itaque & apud Alexandrum multa eorum opera recondita dicuntur:

τὴ διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας· καὶ ἧς καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν, εἴτε καὶ παραλαβεῖν εὐτεχνίας. Caſaubonus ſic legendum conjiciebat: ἵνα δὴ ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ἐπὶ πλεῖον γενομένην, καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν καὶ παραλαβεῖν εὐτυχίας, καὶ ἐμφαίνει διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτεχνίας. Ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ τὴν Ἑλένην, &c. Abraham Gronovius multò meliori ratione locum ſanum fecit (*p. 156 animadv. in Strab. l. 1.*) & ejus reſtitutionem ultrò amplexati ſumus. 1°. Vocem ἐμφαίνει manifeſtò redundantem in vulgatâ lectione, abigit. 2°. Verba καὶ ἧς itidem delet, neque id ex conjecturis, ſed ex autoritate codicis Medicei, cui nomen Regii codicis addimus. 3°. Παραλαβεῖν εὐτεχνίαν legit, non παραλαβεῖν εὐτεχνίας, quod ipſa phraſis poſtulat.

---

34 *Seu te Cyprus habet, ſeu Paphus.*] Paphum oppidum eſſe Cypri inſulæ notum eſt.

35 *Sed ut oſtenderet*, &c.] Ab interpretibus malè acceptus locus ille. Contextu ipſo reſtituto ex Abrah. Gronovii animadverſionibus in Strabonem, & ſuffragante Regio codice, Xylandrinam interpretationem ad hanc reſtitutionem conformare oportuit.

Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, ἃς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
Ἤγαγε Σιδονίηθεν ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον,
Τὴν ὁδὸν, ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγε .... [g]

Καὶ παρὰ τῷ Μενελάῳ· λέγει γὰρ πρὸς Τηλέμαχον·

Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον· ἀργύρεος δὲ
Ἔστιν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται,
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεὺς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψε
Κεῖσέ με νοστήσαντα.... [h]

Δεῖ [i] δέξασθαι πρὸς ὑπερβολὴν εἰρημένον τὸ, Ἡφαίστου ἔργον, ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα, τὰ καλὰ, καὶ Χαρίτων, καὶ Μουσῶν· ἐπεὶ ὅτι γε οἱ ἄνδρες ἦσαν καλλίτεχνοι, δηλοῖ τὸν κρατῆρα ἐπαινῶν, ὃν ὁ [k] Εὔνηος ἔδωκεν ἀντὶ Λυκάονος· φησὶ γὰρ,

..... κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Πολλὸν, ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες .... [l]

Περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν πολλὰ μὲν εἴρηται· πιθανώτατοι δ' εἰσὶν οἱ νομίζοντες τοὺς Ἄραβας λέγεσθαι. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως·

Αἰθίοπας θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε. [m]

Τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν παλαιὰν οὖσαν· αἰτιᾶσθαι δὲ βέλτιον τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ

---

g Iliad. ζ, vers. 289 & seqq.

h Odyss. δ, vers. 615 & seqq. repet. Ibid. ο, vers. 115 & seqq.

i Δεῖ δέξασθαι.] Sic ms. Regius. Vulgò δεῖ δὲ δέξασθαι.

k Εὔνηος.] Sic Homerus, Iliad. η, vers. 468, & sic quoque Regius codex infrà sæpius. Vulgò Εὔνιος.

l Iliad. ψ, vers. 743 & seqq.

m Vid. Odyss. δ, vers. 83.

Hic inerant varii pepli, muliebria texta:
Sidonias namque ipse Paris per cærula secum
Duxerat Iliacam famosâ Sidone ad urbem,
Tyndarida adducens Helenam ....

Et apud Menelaum, qui ita Telemachum alloquitur;

Crateram tibi donabo, mirâ arte paratam
Argento ex solido: labia undique circuit aurum:
Mulciber hanc fecit: dono mihi splendidus heros
Olim rex Sidonum, redeuntem tempore quo me
Hospitio excepit, dederat.

Intelligendum est autem hyperbolicè vocari opus Vulcani, sicut præstantia opera Minervæ, Gratiis & Musis adscribuntur. Nam egregios artifices fuisse Sidonios, ostendit craterem laudans, quem pro redimendo Lycaone dederat Euneus:

.....aliis longè præstantior ille
Omnibus: hunc etenim subtilis laudibus artis
Illustres Sidonos docto fecere labore.
Navibus advexere suis Poeni.

Jam de Erembis multa sunt dicta. Omnium autem hi vero simillima, qui Arabes significari putant. Et [36] Zeno quidem noster ita scribit Homericum versum:

Æthiopes adii, tum Sidonios, Arabesque.

Sed scripturam mutare, cùm sit vetusta, non est necesse: culpanda potiùs nominis mutatio, quæ frequens est &

---

36 *Zeno quidem noster.*] Stoïcus ergo Strabo, quod jam sæpiùs notavimus, nedum Peripateticus ut Xylander perperam credidit.

ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ἀμέλει δὲ καὶ ποιοῦσι τινὲς παραγραμματίζοντες. Ἄριστα δ' ἂν δόξειεν εἰπεῖν ὁ Ποσειδώνιος, κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς τῶν ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογῶν. Τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσί. Δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἡ ὁμοιότης διαφαίνεται. Εἰ δέ τις παρὰ τὰ κλίματα γίνεται διαφορὰ τοῖς [n] προσβόρροις ἐπὶ πλέον, πρὸς τοὺς μεσημβρινούς, καὶ τούτοις πρὸς μέσους τοὺς ὄρους, ἀλλ' ἐπικρατεῖ γε τὸ κοινόν. Καὶ οἱ Ἀσσύριοι δέ, καὶ οἱ Ἀριανοί, καὶ οἱ Ἀρμένιοι παραπλησίως πως ἔχουσι, καὶ πρὸς τούτους, καὶ πρὸς ἀλλήλους. [o] Εἰκάζει γε δὴ καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν τούτων κατονομασίας ἐμφερεῖς ἀλλήλαις εἶναι· τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους, ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων Ἀρμενίους καὶ Ἀραμμαίους καλεῖσθαι· τούτῳ δ' ἐοικέναι τοὺς Ἀρμενίους, καὶ τοὺς Ἄραβας, καὶ Ἐρεμβούς, τάχα τῶν πάλαι Ἑλλήνων οὕτω καλούντων τοὺς Ἄραβας· ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος πρὸς τοῦτο· ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς [p] Ἐρέμβους ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοί, οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον, ἐπὶ τὸ σαφέστερον, Τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν· οὗτοι δέ εἰσιν Ἀράβων οἱ ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου κεκλιμένοι, τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ, καὶ Αἰθιοπίᾳ. [q] Τούτων δὲ μεμνῆσθαι τὸν ποιητήν, καὶ πρὸς τούτους εἰκὸς ἀφῖχθαι λέγειν τὸν Μενέλαον, καθ' ὃν τρόπον εἴρηται [r] καὶ πρὸς τοὺς

---

[n] προσβόρροις.] Editi προσβόροις, vel προσβορέοις. Legendum verò προσβορείοις, aut προσβόρροις, & alteram hanc lectionem admittimus ex mss. quos citat Casaubonus.

[o] Εἰκάζει γε δή.] Editi εἰκάζειν δὲ δεῖ. Regii codicis lectionem sequimur quam confirmant mss. à Casaubono laudati; & sanè vox δεῖ malè cum sequentibus congruit. Vox εἰκάζει ad Posidonium referenda est.

[p] Ἐρέμβους.] Sic certè scribendum est, ut Casaubonus monuit, non Τρωγλοδύτας ut vulgò, ex incuriâ librariorum. Videsis de hoc loco Bod. à Stapl. ad Theophr. Hist. plant., l. VI, cap. 2, p. 556.

[q] Τούτων δέ.] Editi τούτων δ' εἰκὸς: vox εἰκὸς hìc abundat; neque eam agnoscunt tum Regius codex, tum libri veteres juxta Casaubonum.

[r] καὶ πρὸς τοὺς Αἰθίοπας.] Ex conjecturis ita emendabat Causaubonus. Ipsissima lectio est ms. Regii. Editi ferunt καὶ πρὸς τούτους εἰκὸς Αἰθίοπας.

usitata omnibus gentibus : quod & quidam faciunt [37] qui circa etymologias versantur. Optimè omnium existimo Posidonium hîc quoque à gentium cognatione & communitate interpretationem vocum ducere. Nam Armeniorum, Syrorum, & Arabum multum cognationis præ se ferunt nationes, sermone, vitâ, corporum formâ, maximè ubi degunt in viciniâ : idque ostendit Mesopotamia ex tribus his conflata populis : maximè enim in his similitudo est illustris. Quòd si qua est varietas pro eo atque aliæ partes aliis magis ad septentrionem, aut meridiem vergunt, aut in medio sunt sitæ : nihilominus tamen communis affectio obtinet. Assyrii quoque, Ariani, & Armenii inter se atque istorum sunt assimiles. [38] Conjicit autem Posidonius harum gentium nomina esse affinia : qui enim à nobis Syri, ii ab ipsis Syris Aramæi dicuntur, hisque conveniunt Armenii, & Arabes, & Erembi : sic enim fortasse veteres Græci vocabant Arabes, [39] juvante nominis interpretatione : nam plerique inde ducunt nominis rationem, quòd terram subirent (*quod est* ἔραν ἐμβαίνειν) & posteriores apertiore vocabulo, Troglodytas, quod est, qui cavernas intrent, appellant. Sunt autem ii Arabes, qui ad alterum latus sinûs Arabici vergunt : quod est ad Ægyptum & Æthiopiam. Horum meminisse poetam probabile est, & dixisse, ad eos Menelaum pervenisse, quomodo etiam ad Æthiopes (nam hi quoque Thebaidi sunt vicini) non negotiationis aut quæstûs causâ nominatos, qui multus esse non potuit, sed ob

---

[37] *qui circa etymologias versantur.*] Græcè παραγραμματίζοντες. Verbum παραγραμματίζειν, ut Casaubonus monuit, non tantùm significat quod notant grammatici, quandò ex litterarum mutatione venustas quædam orationi quæritur : sed etiam quando quid res sit ex ipsâ nominis notatione declaratur. In hunc sensum accipi debet eo loco vox illa, ut ipsa sermonis series indicat. Ergo emendatione indigebat Xylandri versio hæc : *videntur quidam litterarum mutationibus temerariis eam efficere.*

[38] *Conjicit autem Posidonius, &c.*] Græca restituimus, & ex eâ restitutione sequitur hæc verba ad Posidonium esse referenda, cujus opinionem adducit Strabo & amplectitur.

[39] *juvante nominis interpretatione.*] Hæc supplevimus à Xylandro omissa.

Αἰθίοπας· τῇ γὰρ Θηβαΐδι καὶ οὗτοι πλησιάζουσιν· ὁμοίως οὐκ ἐργασίας, οὐδὲ χρηματισμοῦ χάριν τούτων ὀνομαζομένων (οὐ πολὺ γὰρ ἦν τοῦτο) ἀλλὰ [s] τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας, καὶ τοῦ ἐνδόξου· ἔνδοξον γὰρ τοσοῦτον ἐκτοπίσαι. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ,

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. [t]

Καὶ τὸ,

....Ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν, καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς
Ἠγαγόμην· ... [u]

Ἡσίοδος δ' ἐν καταλόγῳ φησὶ,

Καὶ κούρην Ἀράβοιο [x], τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
Γείνατο, καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος λέγει. Εἰκάζειν οὖν ἐστιν ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ ἡ χώρα Ἀράβια ἤδη τότε ὠνομάζετο· κατὰ δὲ τοὺς ἥρωας τυχὸν ἴσως οὔπω.

Οἱ δὲ πλάττοντες Ἐρεμβοὺς ἴδιόν τι ἔθνος Αἰθιοπικὸν, καὶ ἄλλο Κηφήνων, καὶ τρίτον Πυγμαίων, καὶ ἄλλα μυρία, ἧττον ἂν πιστεύοιντο· πρὸς τῷ μὴ ἀξιοπίστῳ, καὶ σύγχυσίν τινα ἐμφαίνοντες τοῦ μυθικοῦ καὶ ἱστορικοῦ σχήματος. Ὅμοιοι δ' εἰσὶ τούτοις, καὶ οἱ Σιδονίους ἐν τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι, ἢ ἄλλοθί που τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τὴν τοῦ Μενελάου πλάνην ἐξωκεανίζοντες, καὶ τοὺς Φοίνικας δὲ ὁμοίως. Τῆς δ' ἀπιστίας αἴτιον οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, τὸ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς λέγοντας. Οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Φοίνικας, καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλαττα ἐρυθρά· οἱ δ' ἐκείνους τούτων. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ τὴν Αἰ-

[s] τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας.] Editi: τοῦ μήκους καὶ τῆς ἀποδημίας. Vocem καὶ ex Regio codice, & mss. à Casaubono citatis, exulare jussimus.

[t] Odyss. α, vers. 3.

[u] Ibid. δ, vers. 81 & seq.

[x] Καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν, &c.] Sic restituimus, non tantùm ex conjecturis Jo. Clerici in Hesiodum, sed ex mss. à Casaubono citatis, & ex codice Regio. Ferunt editi: κούρην Ἀραβαίω, τὴν, &c.

longitudinem

longitudinem peregrinationis, & gloriationem. Est enim gloriosum tam procul à patriâ recessisse. Atque ejusmodi sunt & hæc:

Multorum ille hominum mentes cognovit & urbes.

Et

Multa etenim perpessus ego hæc, multumque vagatus,
Adduxi.

Porrò [40] Hesiodus in Catalogo sic scribit:

Et filiam Arabi, quam Mercurius innoxius
Genuit, & Thronia filia Beli regis.

Itáque etiam Stesichorus loquitur. Unde conjecturam facere licet ab Arabo Arabiæ nomen inditum fuisse, quòd Heroum ætate nondum extiterit.

Qui autem fingunt Erembos esse Æthiopicam [41] quandam gentem peculiarem, aliamque Cephenûm, & tertiam Pygmæorum, aliasque innumeras, ii eo minus fidei merentur, quòd præterquam quòd incredibilia proferunt, etiam historiæ formam cum fabulæ confundunt specie. Similes eorum sunt, qui Sidonios in Persico mari ponunt, aut alicubi in oceano, itemque Phœnices, ac qui Menelaum in oceanum evectum fingunt. Causa cur iis non credi debeat, non levissima est, quòd invicem contraria dicunt. Alii enim Sidonios & Phœnices nostros, colonos eorum referunt, qui in oceano habitant, addentes eos Phœnices à puniceo colore vocari, quòd mare sit rubrum: alii illos nostrorum colonos esse volunt. Ne-

---

40 *Hesiodus in Catalogo.*] Quodnam fuerit opus Hesiodi, Catalogus, nondùm docti decreverunt. Videsis Fabricii Biblioth. Græc. t. 1, p. 375. Versus Hesiodi minimè feliciter verterat Xylander: eosdem ex interpretatione Jo. Clerici latinè versos hic exhibemus.

41 *quandam gentem peculiarem.*] Vox *gentem* exciderat, quam reposuimus. Minutis ejusmodi emendationibus notandis deinceps supersedebimus.

θιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι· καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν [y] Ἰόπῃ συμβῆναί φασιν· οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι· καθάπερ καὶ τῶν παρ' Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος· οὐθ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδώς.

Τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου, τὰ περὶ τὸν Πόντον, καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν, ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, κατ' ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, ἡμίκυνας λέγοντος, καὶ μακροκεφάλους, καὶ Πυγμαίους (οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι) οὐδ' Ἀλκμᾶνος στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ' Αἰσχύλου κυνοκεφάλους, καὶ στερνοφθάλμους, καὶ μονομμάτους. Ὅπου γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι, προσέχομεν περὶ πολλῶν, ἐὰν μὴ [z] ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν· φαίνεται γὰρ εὐθὺς ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες· οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων, τερατείας καὶ τέρψεως χάριν· δοκοῦσι δὲ κατ' ἄγνοιαν ὅτι μάλιστα καὶ πιθανῶς τὰ τοιαῦτα μυθεύουσι περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ τῶν ἀγνοουμένων. Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον, ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίας, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ παθῶν, εἴρηται μὲν ἐν μύθου σχήματι· καὶ γὰρ τούτου στοχάζεσθαι δεῖ τὸν ποιητήν. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων ἡ Χάρυβδις αὐτῷ μεμύθευται, οὐδ' αὐτὴ παντάπασιν Ὁμήρου πλάσμα οὖσα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἱστορουμένων περὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν διεσκευασμένη. Εἰ δὲ δὶς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, ἐκεῖνος τρὶς εἴρηκε,

[y] Ἰόπῃ.] Verum nomen hujus urbis restituimus ex veteribus editis, atque ex mſ. Regio. Editi recentiores Ἰόππῃ. Apud Stephanum geographum ſcribitur ſemper ἰόπη.

[z] ἐξομολογῶνται.] Caſaubonus legendum exiſtimat ἐξομόσωνται, quod ſubtiliter quidem aſtruit. Sed cùm lectio

que desunt qui Æthiopiam in nostram Phœnicen transferunt : & quæ de Andromedâ narrantur, apud Ioppen evenisse tradunt : quæ sanè non ob ignorationem locorum dicuntur, sed fabulæ potiùs prætextu. Sicut & apud Hesiodum sunt & alios talia : [42] quæ Apollodorus proferens, nescit quomodo ea cum Homericis componat.

Nam de Ponto & Ægypto ab Homero scripta proferens, inscitiæ eum culpat, qui voluerit quidem vera dicere, sed ignoratione lapsus falsa pro veris dixerit. At enim Hesiodo nemo ignorationem objecerit, semicanes nominanti, & longicipites, & Pygmæos : (nam hæ fabulæ, ut est Pygmæorum, Homero quoque vitio non dantur) neque Alcmani latipedes, neque Æschylo canicipites, & pectoroculatos, & unoculos : quando ne prorsâ quidem oratione scribentibus, animum advertimus multa narrantibus sub historiæ specie, nisi fateantur se fabulas scribere. Statim enim apparet eos fabulas admiscere, non ob verorum ignorationem, sed delectationis causâ, monstra & alia, quæ esse non possunt, fingentes: videntur autem vel maximè ignoratione ducti de obscuris & ignotis tam probabiliter fabulari. Theopompus quidem disertè profitetur se in historiâ fabulas narraturum meliùs quàm fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus, & Indicarum rerum scriptores.

Cæterùm de oceani accidentibus dictum est sanè sub fabulæ habitu : id enim sectari poetam decuit. Nam ab affluxu & refluxu figmentum Charybdis repetiit, quæ ne ipsa quidem omnino est Homeri commentum, sed ex iis adornata, quæ de freto Siculo narrantur. Cùm autem bis singulis diebus naturalibus ista eveniant, Homerus ter fieri dixit,

hæc scriptorum codicum autoritate destituatur, & aliundè vulgatâ lectione retentâ, omnia pulchrè cohæreant, nihil mutandum arbitramur.

[42] *quæ Apollodorus proferens*, &c.] Vide infrà lib. VII, ubi pleniùs Apollodori verba referuntur.

Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, τρὶς δ᾽ ἀναροιβδεῖ, [a]

λέγοιτ᾽ ἂν καὶ οὕτως. Οὐ γὰρ κατ᾽ ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑποληπτέον γενέσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου, ὃν ἡ Κίρκη πολὺν τοῖς λόγοις προστίθησιν, ἀποτροπῆς χάριν, ὥστε καὶ τὸ ψεῦδος παραμίγνυσθαι. Ἐν αὐτοῖς γοῦν τοῖς ἔπεσι τούτοις, [b] εἴρηκε μὲν οὕτως ἡ Κίρκη·

Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, τρὶς δ᾽ ἀναροιβδεῖ.
Δεινόν. Μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειε·
Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ᾽ ὑπ᾽ ἐκ κακοῦ οὐδ᾽ Ἐνοσίχθων.

Καὶ μὴν παρέτυχέ τε τῇ ἀναροιβδήσει ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ οὐκ ἀπώλετο, ὥς φησιν αὐτός.

Ἡ μὲν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ·
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ᾽ ἀερθεὶς
Τῷ προσφὺς ἐχόμην ὡς νυκτερίς. . . . [c]

Εἶτα περιμείνας τὰ ναυάγια, καὶ λαβόμενος πάλιν αὐτῶν σώζεται· ὥστ᾽ ἐψεύσατο ἡ Κίρκη· ὡς οὖν τοῦτο, κἀκεῖνο τὸ,

Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι,

ἀντὶ τοῦ δίς· ἅμα καὶ τῆς ὑπερβολῆς τῆς τοιαύτης συνήθους πᾶσιν οὔσης, τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους λεγόντων. Καὶ ὁ ποιητής·

Τρισμάκαρες Δαναοί. . . . [d]

Καὶ

Ἀσπασίη, τρίλλιστος. . . . [e]

Καὶ

Τριχθά τε καὶ τετραχθά. . . . [f]

---

[a] Odyss. μ, vers. 105.
[b] εἴρηκε μὲν οὕτως ἡ Κίρκη.] Sic ms. Regius. Vulgata lectio εἴρηκεν ἡ Κίρκη.
[c] Odyss. μ, vers. 431 & seqq.
[d] Ibid. ε, vers. 306.
[e] Iliad. θ, vers. 488.

Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet:

id quoque potest excusari. Non enim ignoratione historiæ dictum suspicari debes, sed tragicæ amplificationis causâ, & metûs incutiendi: nam Circe in suâ oratione multum terroris addit, avertendi causâ: itaque mendacium etiam admiscet. Sic enim iisdem in versibus Circe:

Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet
Horrendum. Cave sis ibi tu sorbente Charybdi:
1 *Nam neque Neptunus posset tibi ferre salutem.*

Atqui & interfuit Ulysses isti resorptioni, & evasit, ut ipse ait:

Illa quidem canas rursum sorpsit maris undas:
Ast ego proceræ summa amplexus caprifici
Sublimis, ramo ceu noctua, prorsus adhæsi.

Deinde præstolatus tabulas naufragii, easque rursus arripiens, evasit. Mentita est ergo Circe ut hîc, ita in eo etiam, quod dixit

Terque die allidit fluctus;

bis tantum fiebat: præsertim cùm etiam usitata sit admodum hæc hyperbola, cùm ter beatos, ter miseros dicant: & Homerus ipse,

... Argivi terque quaterque beati.

Et

Grata, ter exoptata ....

Et

Terque quaterque ...:

---

1 Ibid. χ, verf. 363.

Ἴσως δ' ἄν τις καὶ ἀπὸ τῆς [g] ὥρας τεκμήραιτο ὅτι ὑπαινίττεταί πως τὸ ἀληθές· μᾶλλον γὰρ ἐφαρμόττοι [h] πρὸς τὸ δὶς γίνεσθαι τὴν παλίρροιαν, κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας, καὶ νυκτός, ἢ τὸ τρὶς, τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια, ὀψὲ δὲ [i] ἀνακληθῆναι ποθοῦντι, καὶ συνεχῶς προϊσχομένῳ τοῖς κλάδοις·

Νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
Ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖθις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὀψ', ἦμος τ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν.
Καὶ τότε δή μοι δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη. [k]

Πάντα γὰρ ταῦτα χρόνου τινὸς ἔμφασιν ἀξιολόγου δίδωσι, καὶ μάλιστα τὸ τὴν ἑσπέραν ἐπιτεῖναι· καὶ μὴ κοινῶς εἰπόντα, ἡνίκα ὁ δικαστὴς ἀνίσταται, ἀλλ' ἡνίκα κρίνων νείκεα πολλά, ὥστε βραδῦναι πλέον τι. Καὶ ἄλλως δὲ οὐ πιθανὴν ἂν ὑπέτεινε τῷ ναυαγίῳ τὴν ὑπαλλαγήν, εἰ πρὶς ἀποσπασθῆναι πολύ, καὶ αὐτίκα εἰς τοὐπίσω παλίρρους μετέπιπτεν.

Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων [l] περὶ ὧν τὴν πλάνην φράζει, [m] Γαῦδον καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. Ἀλλ' εἰ μὲν μηδαμοῦ γέγονεν ἡ πλάνη, ἀλλ' ὅλον πλάσμα ἐστὶν Ὁμήρου

---

[g] ὥρας.] Ita legendum, non χώρας ut in omnibus prælo expressis manuve exaratis codicibus. Fatemur emendationem hanc, & nos Casaubono debere, & solis ejus conjecturis huc usque niti; sed frequentissimè librarii χώρας pro ὥρας scripserunt, quod ter in uno Theophrasto factum fuisse questus est Scaliger. Certè hoc in loco ὥρας, non χώρας, Strabonis argumentatio postulat.

[h] πρὸς τὸ δὶς.] Vox πρὸς ex editis pariter & mss. exciderat, quam tamen vidisse veterem interpretem manifestum est. Ergò eam revocare non religioni habuimus, præsertim cùm & id jubeat phrasis ipsa.

[i] ἀνακληθῆναι.] Sic codex Regius. Editi ἀναβληθῆναι. Utrumque commodè dici potest.

[k] Odyss. μ, vers. 437 & seqq.

[l] περὶ ὧν.] Ità restituimus ex ms. Mediceo. Minùs appositè codex Regius περὶ οὗ, aut editi περὶ ὄν.

[m] Γαῦδον.] Variè hujus insulæ nomen scriptum reperimus. Editi Καῦνον.

43 Ex ipsâ temporum ratione collegerit aliquis Homerum veritatem sub involucro significasse. Nam reciprocationem fluctuum bis tantùm in diem accidisse magis quadrat ad id, quòd tanto tempore sub aquis morata sunt naufragii frusta, & serò ejecta Ulysse ea desiderante, & continenter ramis adhærente:

Vi tenui summâ, dum malus, dumque carina
Insano pelagi rursum evomerentur ab æstu.
Quæ mihi sera tamen votis persæpe petita
Tempore sunt oblata illo, quo sole cadente
Jam disceptatis multorum litibus ædes
Ad proprias, cœnamque foro solet ire relicto
Judex: tum mihi ligna gravi emersere Charybdi.

Hæc omnia ostendunt non exiguum tempus significari: maximè quòd vesperam intendi jam cepisse ait, neque simpliciter dicit, quando judex surgit, sed addit, disceptatis litibus multis, ut moratum aliquantum intelligas. Alioquin etiam probabilis parum futura erat narratio de evitato naufragio, si antequam longè natasset, rursus refluxu undarum esset retro avulsus.

Cæterùm Apollodorus, Eratosthenem defendens, Callimachum reprehendit, quòd tametsi grammaticus esset, tamen & contra Homeri institutum, & locorum in oceano ab hoc expositorum, ad quæ Ulysses pervenerit,
44 Gaudum is ac Corcyram nominaverit. Quòd si Ulys-

Sic quoque legebat vetus interpres, imò & sic scribit codex Regius. Iterum de eâ insulâ Strabo, lib. VII. Videsis quæ hoc loco de variâ hujus nominis lectione commentamur.

---

43 *Ex ipsâ temporum ratione.*] Xylander, *ex ipso sanè loco:* legebat scilicet ἀπὸ τῆς χώρας. Ad Græcorum restitutionem, latinam interpretationem accommodamus.

44 *Gaudum is ac Corcyram.*] Nimirum reprehendebat Callimachum Apollodorus quòd is pro insulâ Calypsus Homericâ Gaudum, pro Scheriâ seu Phæacum insulâ Corcyram intelligeret.

τοῦτο, ὀρθὴ ἡ ἐπιτίμησις· ἢ, εἰ γέγονε μὲν, περὶ ἄλλους δὲ τόπους, δεῖ λέγειν εὐθὺς, καὶ περὶ τίνας; ἐπανορθούμενον ἅμα τὴν ἄγνοιαν· μήτε δὲ ὅλου πλάσματος εἶναι πιθανῶς λεγομένου, καθάπερ ἐπιδεικνυμένου, μήτ' ἄλλων τόπων κατὰ πίστιν μείζω δεικνυμένων, ἀπολύοιτ' ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος.

Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος καθέστη. Πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν, (τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν,) ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ [n] περὶ Κύζικον, ἀρχήν φησι μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὅμηρον. Τοῦτο δ' οὐ μόνον τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις μάχεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑφ' αὐτοῦ. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα Λέσβον μὲν πορθῆσαι, καὶ ἄλλα χωρία, Λήμνου δ' ἀποσχέσθαι, καὶ τῶν πλησίον νήσων, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν [o] Εὔνηον συγγένειαν, τότε τὴν νῆσον κατέχοντα. Πῶς οὖν ὁ ποιητὴς τοῦτο μὲν ᾔδει, διότι συγγενεῖς ἢ ὁμοεθνεῖς, ἢ γείτονες, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν οἰκεῖοι ὑπῆρχον, ὅ, τε Ἀχιλλεὺς, καὶ ὁ Ἰάσων, (ὅπερ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θετταλοὺς ἀμφοτέρους εἶναι συνέβαινε, καὶ τὸν μὲν Ἰώλκιον, τὸν δ' ἐκ τῆς Φθιώτιδος Ἀχαΐδος ὑπάρχειν) τοῦτο δ' ἠγνόει, πόθεν ἦλθε τῷ Ἰάσονι Θετταλῷ, καὶ Ἰωλκίῳ ὑπάρχοντι, ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν καταλιπεῖν διαδοχήν· Λήμνου δὲ καταστῆσαι κύριον τὸν υἱόν; Καὶ Πελίαν μὲν ᾔδει καὶ τὰς Πελιάδας, καὶ τὴν ἀρίστην αὐτῶν Ἄλκηστιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς,

> Εὔμηλον, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν
> Ἄλκηστις Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη. [p]

---

[n] περὶ Κύζικον.] Sic mſ. Regius; vulgò ἐπὶ Κύζικον.

[o] Εὔνηον.] Ita ſcribimus ex Homero, atque ex ipſo mſ. Regio, qui tamen

ſes

Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ [p] φθάνειν τὴν χοῦν εἰς τὸ πέλαγος προϊοῦσαν τὴν ὑπὸ τῶν ποταμῶν κάτω φερομένην, τὸ τὴν θάλατταν ἀνακόπτειν αὐτὴν εἰς τοὐπίσω, παλιρροοῦσαν φύσει. Ἔοικε γὰρ τοῖς ζώοις, καὶ καθάπερ ἐκεῖνα συνεχῶς ἀναπνεῖ τε καὶ ἐκπνεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὴ, ἐξ αὑτῆς τε καὶ εἰς ἑαυτὴν συνεχῶς παλινδρομικήν τινα κινουμένη κίνησιν. Δηλοῖ δὲ τῷ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἑστῶτι κατὰ τὴν κυμάτωσιν· ἅμα γὰρ κλύζονται οἱ πόδες καὶ γυμνοῦνται, καὶ πάλιν κλύζονται, καὶ τοῦτο συνεχῶς· τῷ δὲ κλύδωνι καὶ κῦμα ἐπιτρέχει, κἂν γαληνότατον ᾖ, ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω, καὶ ἀπορρίπτει πᾶν τὸ ἀλλότριον εἰς τὴν γῆν,

.... πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευε. [q]

Μᾶλλον μὲν οὖν ἐν ἀνέμῳ συμβαίνει τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἐν νηνεμίᾳ, καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασιν· οὐδὲ γὰρ ἧττον ἐπὶ γῆν φέρεται τὸ κῦμα ὑπεναντίως τῷ ἀνέμῳ, ὡς ἂν ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης τὴν κίνησιν συγκινούμενον αὐτῇ· τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ,

.... ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην. [r]

Καὶ τὸ,

Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω. [s]

Ἡ μὲν οὖν ἔφοδος τοῦ κύματος ἔχει τινὰ βίαν, ὥστ' ἀπωθεῖσθαι τὸ ἀλλότριον. Καὶ δὴ καὶ κάθαρσίν τινα τῆς θαλάττης

---

o διεκπαισάμενος.] Regium codicem sequimur. Vulgata lectio διεκπεσὼν, quæ etiam retineri potest.

p φθάνειν.] Sic legere jubet Casaubonus ex mss. Vulgò φαίνειν, manifestè depravata vox. Sententia non ambigua.

q Iliad. ι, vers. 7.

r Ibid. δ, vers. 425 & seq.

s Ibid. ρ, vers. 265.

Navigabilis enim ille ex mediis Cataoniæ campis effunditur, ac delatus per Tauri angustias in Ciliciam, in fretum quod inter hanc & Cyprum est, exit.

Quòd autem terra, quæ à fluminibus defertur, non videtur in mare prodire, in causâ est, quod mare suâpte naturâ refluens eam retrò relidit. Sicut enim animalia continenter spirant atque expirant, ita & mare eodem modo in seipsum atque è seipso reciprocum quendam absque intermissione patitur motum. Itáque in litore stans aliquis ad alluvionem maris, sentire eum potest: simul enim & aquâ teguntur pedes, & nudantur, & rursùm teguntur, idque continenter. [72] Fluctuationi fluctum adde, qui etsi placidissimus sit, ingruens tamen vim habet quandam majorem, & omnia aliena in terram rejicit:

. . . . multamque extra mare propulit algam.

Magis quidem hoc fit, flante vento: sed tamen etiam in malaciâ, & spirantibus à terrâ ventis: nihilominus enim tum fluctus quasi adversans vento ad terram fertur, utpote qui proprium maris motum comitetur. Huc pertinet illud quoque:

. . . . extremaque litora circum
Tollitur incurvus, rorem maris & spuit alti.

Item,

Eructante salo raucam dant litora vocem.

Undæ igitur accessio vim habet quandam, ita ut aliena repellat. Atque hanc quidem maris quandam appellant

---

[72] *Fluctuationi fluctum adde.*] Malè locum acceperat Xylander, quem Casaubonus feliciter explanavit. Verba Græca κλύδων & κῦμα, Strabo distinguit, ita ut vox prior motum maris perpetuum, & fluctuationem propriam, posterior fluctum designet, seu effervescentes undas.

ταύτην φασὶ, καθ' ἣν καὶ τὰ νεκρὰ σώματα, καὶ τὰ ναυάγια εἰς γῆν ἐκκυμαίνεται. Ἡ δ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν· ὥστε νεκρὸν, ἢ ξύλον ἢ τὸ κουφότατον φελλὸν ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι· [t] οὔτε δ' ἐκ τῶν πλησίον αὐτῇ τόπων εἰς τὸ πέλαγος προσπεσεῖν ὑπολειφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος. Οὕτω δὴ καὶ τὴν χοῦν, καὶ τὸ σὺν αὐτῇ τεθολωμένον ὕδωρ ἐκκυμαίνεσθαι συμβαίνει, καὶ τοῦ βάρους ἅμα συνεργοῦντος, ὥστε θᾶττον κατενεχθῆναι πρὸς τὴν γῆν κάτω, πρὶν εἰς τὸ πρόσω πελαγίσαι. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ ποταμοῦ βία παύεται, μικρὸν προελθοῦσα τοῦ στόματος. Οὕτω μὲν οὖν ἐνδέχεται προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν, ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν ἀρξάμενον, ἂν συνεχεῖς ἔχῃ τὰς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιρρύσεις. Τοῦτο δ' ἂν συμβαίη κἂν τοῦ [u] Σαρδωνίου πελάγους ὑποθώμεθα βαθύτερον τὸν Πόντον, ὅπερ λέγεται τῶν ἀναμετρηθέντων βαθύτατον που χιλίων ὀργυιῶν, ὡς Ποσειδώνιός φησι.

Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην αἰτιολογίαν ἧττον ἄν τις ἀποδέξαιτο. Μᾶλλον δ' ἀπὸ τῶν φανερωτέρων, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ ὁρωμένων, ἀναπτέον τὸν λόγον. Καὶ γὰρ κατακλυσμοὶ, καὶ σεισμοὶ, καὶ ἀναφυσήματα, καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς, μετεωρίζουσι καὶ τὴν θάλατταν· αἱ δὲ συνιζήσεις ταπεινοῦσιν αὐτήν. Οὐ γὰρ μύδροι μὲν ἀνενεχθῆναι δύνανται, καὶ μικραὶ νῆσοι, μεγάλαι δ' οὔ· οὐδὲ νῆσοι μὲν, ἤπειροι δ' οὔ. Ὁμοίως δὲ καὶ συνιζήσεις, καὶ μικραὶ, καὶ μεγάλαι γένοιντ' ἄν, εἴπερ καὶ τὰ χάσματα, καὶ καταπόσεις χωρίων, καὶ κατοικιῶν, ὡς ἐπὶ Βούρας τε, καὶ Βιζώνης, καὶ ἄλλων πλειόνων [x] ὑπὸ σεισμῶν γενέσθαι φασί· καὶ τὴν Σικελίαν οὐδέν τι μᾶλλον ἀπόρρωγα τῆς

---

[t] οὔτε δ' ἐκ τῶν.] Vulgò οὔτω δὲ καὶ τῶν, &c. Levis menda locum ita obscuraverat, ut ibi nihil viderint interpretes. Vitium erat præcipuè in voce οὔτω, pro quâ legimus οὔτε. Error facilè irrepsit; nam littera ε paululùm ad lævam inclinata, quod in mss. frequens, assimilis fit quàm maximè litteræ ω. Prætereà legimus δ' ἐκ pro δὲ καὶ: proclivis lapsus. Adde lineam sequentem exhibere eadem verba, οὔτω δὲ καὶ, quod errori probabilitatem affert, & excusationem. Casaubonus mentem Strabonis perspexit, sed nimio sumptu rem agit, dùm sic totam phrasim emendare imperat: ὡς ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι, οὔτω δὲ καὶ ἐκ τῶν πλησίον τόπων. &c.

[u] Σαρδωνίου.] Editi Σαρδονίου, quod emendamus ex codice Regio & Ste-

purgationem, quâ & cadavera & naufragiorum fragmina ad terram egeruntur. Et recessio tantum non habet virium: [73] ita ut cadaver, lignum, aut levissimum suber, fluctu in terram ejiciantur, ea autem à litore in altum nequaquam revehantur à fluctu destituta. Sic itaque pulverem quoque, & aquam cum eo turbatam fluctibus ad terram contingit ejici, adjuvante etiam gravitate, ut celeriùs deorsum ad terram subsidant, quàm in altum propelli ut possint: vis enim fluvii vel modicè ultra ostia progressa desinit. Hâc ergo ratione totum mare ingestâ terrâ complanari poterit, facto à litoribus initio, si continentes habeat amnium affluxus: poteritque id evenire, si Pontum Sardoo mari profundiorem ponamus, quod ubi profundissimum est, CIↃ ulnarum altitudine præditum inventum esse mensurâ, Posidonius perhibet.

Talem ergo causarum expositionem [74] minùs aliquis admittet. Præstat igitur rationem petere ex iis, quæ manifestiora sunt, & quotidie quodammodo cernuntur. Nam diluvia, terræ motus, eruptiones flatuum, & tumores subiti terræ in mari latentis, mare quoque extollunt: subsidentesque in se eædem terræ, faciunt ut mare demittatur. Non enim massæ quidem, & exiguæ insulæ efferri è mari possunt, magnæ non possunt: aut insulæ possunt, continentes non possunt. Subsidere etiam tam magna quàm parva possunt: quando hiatus etiam, absorptæque habitationes & urbes, ut Bura, Bîzona, aliæque plures, terræ motibus absorptæ feruntur: & Siciliam nihilo magis frustum ab Italiâ abruptum judicari potest,

---

phano Geographo; hic enim vocem Σαρδόνιος semper effert per ω.

x ὑπὸ σεισμῶν.] MSS. teste Casaubono; ὑπὸ σεισμοῦ.

---

[73] *ita ut cadaver*, &c.] Hunc locum restituimus in Græcis & in Latinis. Interpretationem Xylandri retinuisse nos puderet, qui fatetur se nihil hîc intellexisse.

[74] *minùs aliquis admittet.*] Græcè ἀποδέξαιτο. Malè Xylander *minùs aliquis perhibet*.

Ἰταλίας εἰκάζοι τις ἂν, ἢ ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς ἐκ βυθοῦ, συμμεῖναι· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς [y] Λιπαραίων νήσους, καὶ Πιθηκούσας.

Ὁ δ' οὕτως ἡδύς ἐστιν, ὥστε καὶ [z] μὴ μαθηματικὸς ὤν, οὐδὲ τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῖ δόξαν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος, καὶ μένοντος, τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι, σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ. Ταύτην γὰρ τὴν δόξαν ἀποδέχονται πάντες οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι. Ἐκεῖνος δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν, καίπερ μίαν οὖσαν, ὥς φησιν, οὐ νομίζει ὑπὸ μίαν ἐπιφάνειαν τετάχθαι, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς συνεγγὺς τόποις. Καὶ μάρτυράς γε τῆς τοιαύτης ἀμαθίας ἀρχιτέκτονας ἄνδρας ποιεῖται· καίτοι τῶν μαθηματικῶν καὶ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς ἀποφηναμένων. Φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον διακόπτειν ἐπιχειρῆσαι τὸν τῶν Πελοποννησίων ἰσθμόν, πρὸς τὸ παρασχεῖν διάπλουν τοῖς στόλοις· κωλυθῆναι δ' ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων ἀναμετρησάντων, καὶ ἀπαγγειλάντων μετεωροτέραν τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν τῆς κατὰ [a] Κεγχρέας εἶναι· ὥστε εἰ διακόψει τὸ μεταξὺ χωρίον, ἐπικλυσθῆναι ἂν ἅπαντα τὸν περὶ Αἴγιναν πόρον, καὶ τὴν Αἴγιναν, καὶ αὐτὰς τὰς πλησίον νήσους, καὶ μηδὲ τὸν διάπλουν ἂν γενέσθαι χρήσιμον.

Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς Εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμὸν ὅν φησιν ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε, καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν ὠκεανὸν, δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν. Τὴν μὲν οὖν πλημμυρίδα δεῖ ὁμολογεῖν τὴν ἐκ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερομένην, ὡς ἂν ἐκ μετεωροτέρας ἐπιφανείας, ὃν δὴ καὶ κατιόντα ὀνομάζεσθαι· ὁμολογεῖν δ' ὅτι καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἄρχεταί τε, καὶ παύεται καθ' ὃν

[y] Λιπαραίων.] Sic editi. MS. Regius Λιπαρέων, quod non probo. Stephanus in Λιπάρα ait: τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖος.

[z] μὴ μαθηματικὸς ὤν.] Sic restituo ex mss. Regio & omnibus libris mss. aut editis quos vidi.

[a] Κεγχρέας.] MS. Regius Κεγκρίας. Editi veteres Κεγχρίας. At codex Regius aliàs sæpiùs habet Κεγχρέας; & cùm hanc lectionem tueatur Stephanus Geographus, hanc ideò duximus retinendam.

quàm vi Ætnæi ignis rursum è profundo projectam ita cohæsisse : itemque insulas Liparæorum & Pithecusas.

Eratosthenes autem adeò venustus est, ut [75] cùm minimè sit mathematicus, Archimedis repudiet sententiam, qui in libro [76] *de iis quæ vehuntur*, pronunciat, omnis humidi quod consistat ac permaneat, superficiem esse sphæricam, ejusque sphæræ idem esse quod terræ centrum: quam sententiam approbant omnes, qui mathematica attigerunt. At noster, mare internum, quamquam sit unicum, ipso etiam teste, unicâ comprehendi circumferentiâ negat, aut eâdem cum propinquis locis. Atque hujus suæ inscitiæ testes laudat architectos, cùm architecturam quoque partem mathematum esse mathematici dicant. Dicit enim & Demetrium conantem isthmum Peloponnesiacum discindere, ut transitum classibus aperiret, prohibitum fuisse ab architectis, dimensis, & renunciantibus, mare quod est in sinu Corinthiaco, celsius eo esse quod ad Cenchreas : itaque si intercapedinem horum divideret, fore ut quidquid est ad Æginæ trajectum situm, & ipsa adeò Ægina vicinæque insulæ aquis obruerentur, illaque per isthmum navigatio esset futura inutilis.

Hanc eandem ob causam Euripos quoque esse fluctuosos : maximè Siculum fretum, quod eodem quo oceanum modo æstibus agitari dicit : bis enim quotidie mutare fluctum, sicut & oceanus quâvis die ac nocte bis exundat atque in se refluit. Exundationem quidem fatendum est, aquis à Tyrrheno mare ad Siculum tanquam à sublimiore superficie delatis fieri : atque hic æstus descendens nominatur : fatendum etiam, eodem eum tempore incipere atque desinere, quo maris affluxus : incipit enim oriente atque occidente lunâ, desinit cùm ea

[75] *cùm minimè sit mathematicus.*] Xylander & Casaubonus negationem tollunt, eo quòd Suidas dixerit Eratosthenem astronomica scripsisse. Id verò nobis non videtur satis esse ut mutetur lectio quam sequimur, & in quam omnes consentiunt scripti aut impressi libri.

[76] *de iis quæ vehuntur.*] Hoc opus Archimedis Latinè primùm prodiit Bononiæ 1565, in-4°. sub hoc titulo, *De iis quæ aquis innatant, libri duo;* Græcè & Latinè; in Rivaltinâ operum Archimedis editione, Parisiis, 1615, in fol. Vid. Fabric. Biblioth. Græc. t. 2, p. 547 & seqq.

αἱ πλημμυρίδες· ἄρχεται μὲν γὰρ περὶ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, καὶ τὴν δύσιν· λήγει δ᾽ ὅταν συνάπτῃ τῇ μεσουρανήσει ἑκατέρᾳ, τῇ τε ὑπὲρ γῆς, καὶ τῇ [b] ὑπὸ γῆς· τῇ τε ἀμπώτει τὸ ἐναντίον ἐξιόντα καλεῖσθαι, ταῖς μεσουρανήσεσι τῆς σελήνης ἀμφοτέραις ἐναρχόμενον, καθάπερ αἱ ἀμπώτεις, ταῖς δὲ συνάψεσι ταῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις παυόμενον.

Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων, καὶ τῶν ἀμπώτεων, εἰρήκασιν ἱκανῶς Ποσειδώνιός τε, καὶ Ἀθηνόδωρος. Περὶ δὲ τῆς τῶν πορθμῶν παλιρροίας, ἐχόντων καὶ αὐτῶν φυσικώτερον λόγον· κατὰ [c] τὴν νῦν ὑπόθεσιν τοσοῦτον εἰπεῖν ἀπόχρη, ὅτι οὐδὲ εἷς τρόπος οὐ ῥοώδεις εἶναι τοὺς πορθμοὺς, ὅγε κατ᾽ εἶδος· οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλλεν, ὡς οὗτός φησιν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις, ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδὲ μετέβαλλεν, [d] ἀλλὰ διετέλει τὸν ἔκρουν ἔχων μόνον, τὸν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα· ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο. Οὔτ᾽ εἰ τρόπος εἷς εἴη, ταύτην ἂν ἔχοι τὴν αἰτίαν ἥν φησιν ὁ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἡ ἐφ᾽ ἑκάτερα θάλαττα ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπιφάνειαν ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ποταμῶν τοῦτο γένοιτ᾽ ἂν, εἰ μὴ καταρράκτας ἔχοιεν· ἔχοντες δὲ οὐ παλιρροοῦσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀεὶ φέρονται. Καὶ τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ κεκλιμένον εἶναι τὸ ῥεῦμα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Πελάγους δὲ τίς ἂν φαίη κεκλιμένην ἐπιφάνειαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς σφαιροποιούσας ὑποθέσεις τὰ τέσσαρα σώματα, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα φαμέν; [e] Ὥστ᾽ οὐχ ὅτι παλιρροοῦντας, ἀλλ᾽ οὐδὲ καθεστῶτας, καὶ μένοντας, συρροίας μὲν ἐν αὐτοῖς οὔσης, μὴ μιᾶς δὲ ἐπιφανείας, ἀλλὰ τῆς μὲν ὑψηλοτέρας, τῆς δὲ ταπεινοτέρας. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ κατὰ ἕξιν ἐσχημάτισται στερεὰ οὖσα, ὥστε καὶ κοιλάδας ἔχειν

---

[b] ὑπὸ γῆς.] Sic codex Regius. Vulgò ὑπὸ γῆν.

[c] τὴν νῦν ὑπόθεσιν.] Vox νῦν ex editis exciderat, quæ prorsùs necessaria est. Eam restituimus ex mss. Regio & Mediceo.

[d] ἀλλὰ διετέλει.] Editi, ἀλλ᾽ ἢ διετέλει. Abundat sanè vel ἀλλὰ, vel ἢ: Casaubonus abjicit vocem ἀλλὰ, quam nos contra retinemus, voculâ ἢ exulare jussâ. Nemo negaverit facillimè librarium aliud agentem scripsisse ἀλλ᾽ ἢ pro ἀλλά. Nec deest omnino conjecturæ manuscriptorum fides. Videtur enim ve-

ad

ad medium cœli ſive ſupra ſive infra terram applicat: itemque refluxus ejus freti eſt, quem contra abeuntem vocant, qui utroque lunæ ad medium cœli appulſu init, ſicut mare reſorbitio, & ceſſat lunâ oriente vel occidente.

Cæterùm de maris hâc æſtuatione ſufficiunt, quæ à Poſidonio ſunt & Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, cùm ipſi quoque magis phyſicam cauſam habeant, hoc pro inſtituto noſtro dixiſſe ſufficiet, non unum eſſe in univerſum modum æſtûs fretis omnibus: alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, ſicut ipſe fieri fatetur, Chalcidicum ſepties, Byzantinum nunquam: id enim ſolum ſemper è Pontico mari in Propontidem effluxum habet: & Hipparcho ſi credimus, aliquando etiam ſubſtitit. Neque verò, ſi omnium eſſet fretorum eadem ratio, ab hâc causâ id penderet quam Eratoſthenes ponit, nempe quòd alia atque alia eſſet marium, quæ utrinque ſunt, ſuperficies. Nam ne fluminibus quidem hoc accideret, niſi ea haberent catarractas: quæ autem hoc habent, non viciſſim refluunt, ſed ad humiliora identidem loca deferuntur: idque evenit, quia fluxus eorum inclinatus eſt, & inclinata ſuperficies. Quis autem dixerit pelagi declivem eſſe ſuperficiem: maximè qui ea ſuppoſita ſequatur, quibus quatuor elementa ſphærica eſſe traduntur? Ergo non modò non refluentia, ſed ne conſiſtentia quidem aut manentia, cùm ſit in iis confluentia, non una autem ſuperficies, ſed una celſior, alia humilior. Non enim, ſicut terra habitu ſuo formæ eſt ſolidæ, ita ut cavernas etiam habeat permanentes, itemque eminen-

---

tus interpres legiſſe ut emendamus.

e Ὡς οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας.] Hæc mutila viſa ſunt Xylandro & Caſaubono, quamvis ea pariter editi & mſſ. omnes exhibeant. Cenſuit Caſaubonus legendum Ὡς οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας οἷόν τε εἶναι. Sed integer locus nullâ reſtitutione indiget. Subaudiendum τίς ἂν φαίη, quod in præcedenti phraſi legitur. Miramur diligentiſſimos viros ad id non attendiſſe.

συμμενούσας, καὶ ἀναστήματα, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ· ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ τὸ βάρος ῥοπῇ τὴν ὄχησιν ἐπὶ τῆς γῆς [f] ποιεῖται, καὶ τοιαύτην λαμβάνει τὴν ἐπιφάνειαν, οἵαν ὁ Ἀρχιμήδης φησίν.

Ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος, καὶ τῆς Αἰγύπτου ῥηθεῖσιν, ὅτι δοκοίη καὶ τὸ Κάσιον ὄρος περικλύζεσθαι θαλάττῃ, καὶ πάντα τόπον, ὅπου νῦν τὰ καλούμενα Γέῤῥα, καθ' ἕκαστά τε τεναγίζειν συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, συνελθούσης δὲ τῆς θαλάσσης ἀποκαλυφθῆναι. Τὸ δὴ τεναγίζειν τὸν λεχθέντα τόπον συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, ἀμφίβολόν ἐστιν· ἐπειδὴ τὸ συνάπτειν, σημαίνει καὶ τὸ σύνεγγυς, καὶ τὸ ψαύειν, ὥστε εἰ ὕδατα εἴη, σύῤῥουν εἶναι θάτερον θατέρῳ. Ἐγὼ μὲν οὖν δέχομαι, καὶ τὸ συνεγγίζειν τὰ τενάγη τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ ἕως ἀκμὴν ἐκέκλειστο τὰ κατὰ τὰς στήλας στενά· ἐκραγέντων δὲ, τὴν ἀναχώρησιν γενέσθαι, ταπεινωθείσης τῆς ἡμετέρας θαλάττης διὰ τὴν κατὰ τὰς στήλας ἔκρυσιν. Ἵππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συνάπτειν ταὐτὸν τῷ σύῤῥουν γενέσθαι τὴν ἡμετέραν θάλατταν τῇ ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιᾶται τί δή ποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς στήλας ἐκρύσει, μεθισταμένη ἐκεῖσε ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα, [g] συμμεθιστᾷ καὶ τὴν σύῤῥουν αὐτῇ γενομένην τὴν ἐρυθρὰν, [h] ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφανείᾳ, μὴ ταπεινουμένη· καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη τὴν ἐκτὸς θάλατταν ἅπασαν σύῤῥουν εἶναι, ὥστε καὶ τὴν ἑσπέριον, καὶ τὴν ἐρυθρὰν μίαν θάλατταν εἶναι. Τοῦτο δ' εἰπὼν, ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον τὸ, τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν, τήν τε ἔξω στηλῶν θάλατταν, καὶ τὴν ἐρυθρὰν, καὶ ἔτι [i] τὴν ταύτῃ γεγονυῖαν σύῤῥουν.

Ἀλλ' οὔτ' εἰρηκέναι τοῦτό [k] φησιν Ἐρατοσθένης, τὸ, σύῤῥουν γεγονέναι κατὰ τὴν πλήρωσιν τῇ ἐρυθρᾷ· ἀλλὰ συνεγγίσαι μόνον· οὔτ' ἀκολουθεῖν τῇ μιᾷ καὶ συνεχεῖ θαλάττῃ, τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν καθ' ἡμᾶς, καὶ νὴ Δία τὴν κατὰ τὸ Λέχαιον, καὶ τὴν περὶ Κεγχρέας· ὅπερ

---

[f] ποιεῖται...... λαμβάνει.] Regius codex, ποιεῖσθαι.... λαμβάνειν: quod non probamus.

[g] συμμεθιστᾷ.] MS. Regius συμμεριθῆναι.

tes quaſdam partes : ita etiam aqua. Sed ipſo ſuæ gravitatis momento per terram fertur, eamque ſuperficiem nanciſcitur, quam ei Archimedes adſcribit.

Porrò iis, quæ de Ammone & Ægypto dicta ſunt, addit credere ſe Caſium quoque montem mari fuiſſe tectum; & omnia ea loca, ubi nunc ſunt Gerra, in paludibus fuiſſe contiguis mari rubro, mari autem coëunte eſſe detecta. Ambiguum verò eſt, quod dicitur iſta loca paludibus tecta cum rubro mari fuiſſe contigua : nam contiguum, & propinquum ſignificat, & contingere : ut ſiquidem aquæ fuerunt, intelligantur confluxiſſe invicem. Atque ego quidem ita accipio, paludes iſtas dicere eum, prope ad mare rubrum acceſſiſſe, dum adhuc occluſæ fuerunt apud columnas anguſtiæ : quibus perruptis, effluxu per eas mare noſtrum ſubſediſſe, & ſiccatas eſſe paludes. At Hipparchus contiguum eſſe ita intelligit, quaſi ob repletionem mare noſtrum cum rubro confluxiſſet : reprehendenſque Eratoſthenem, quærit aperto per columnas freto ſi noſtrum mare effluxerit, cur non ſimul etiam rubrum mare, quod cum noſtro fuerit continuum, effluxerit, ſed eandem retinuerit ſuperficiem, neque ſubſederit : cùm ipſius quoque Eratoſthenis de ſententiâ externum mare totum confluat, itáque & occiduum & rubrum mare unum ſint. His dictis hoc concludit, eandem eſſe altitudinem maris quod eſt extra columnas rubri, unumque cum altero confluxiſſe.

Atqui Eratoſthenes negabit ſe hoc dixiſſe, mare noſtrum cum rubro ob repletionem confluxiſſe, ſed tantùm prope ad id acceſſiſſe : negabit ſequi unum & continuum mare eandem habere altitudinem, atque ſuperficiem, ſicut ne noſtrum quidem : atque adeo id quod eſt apud Lechæum & Cenchreas unicâ vult contineri ſuperficie.

---

h ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ.] Mſ. Regius καὶ ἐν τῇ αὐτῇ.

i τὴν ταύτῃ.] Mſ. Regius τὴν ταύτην.

k φησὶν Ἐρατοσθένης.] Caſaubonus legit : φήσειεν Ἐρατοσθένης.

καὶ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν λόγῳ. Εἰδὼς οὖν τὴν δόξαν αὐτοῦ τοιαύτην, ἰδίᾳ τι πρὸς αὐτὸν λεγέτω, καὶ μὴ δὲ ἑτοίμως λαμβανέτω, ὡς ἄρα ὁ φήσας μίαν εἶναι τὴν ἔξω θάλατταν, σύμφησι καὶ ὅτι μία ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἐπιφάνεια.

Ψευδῆ δ' εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς δελφῖσιν ἐπιγραφὴν Κυρηναίων θεωρῶν, αἰτίαν ἀποδίδωσιν οὐ πιθανήν· ὅτι ἡ μὲν τῆς Κυρήνης κτίσις ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις, τὸ δὲ μαντεῖον οὐδεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάττῃ ποτὲ ὑπάρξαν. Τί γὰρ εἰ μηδεὶς μὲν ἱστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμηρίων ἐξ ὧν εἰκάζομεν παράλιόν ποτε τὸν τόπον γενέσθαι, οἵ τε δελφῖνες ἀνετέθησαν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἐγένετο ἐπὶ Κυρηναίων θεωρῶν;

Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωρισμῷ τοῦ ἐδάφους συμμετεωρισθεῖσαν καὶ τὴν θάλασσαν ἐπικλύσαι τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους, [1] πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης διέχοντας, οὐ συγχωρεῖ τὸν μέχρι τοσούτου μετεωρισμὸν, ὥστε καὶ τὴν Φάρον ὅλην καλυφθῆναι, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Αἰγύπτου· ὥσπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ τοσούτου ὕψους καὶ ταῦτα ἐπικλύσαι. Φήσας δὲ εἴπερ ἐπεπλήρωτο ἐπὶ τοσοῦτον ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα πρὶν τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς στήλας γενέσθαι, ἐφ' ὅσον εἴρηκεν ὁ Ἐρατοσθένης, χρῆναι καὶ τὴν Λιβύην πᾶσαν, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Εὐρώπης, καὶ τῆς Ἀσίας κεκαλύφθαι πρότερον· τούτοις ἐπιφέρει, διότι καὶ ὁ Πόντος τῷ Ἀδρίᾳ σύρρους ἂν ὑπῆρξε κατά τινας τόπους· ἅτε δὴ τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον σχιζομένου, καὶ ῥέοντος εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν, διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. Ἀλλ' οὔτ' ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον μερῶν ὁ Ἴστρος τὰς ἀρχὰς ἔχει, ἀλλὰ τἀναντία ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου ὀρῶν· οὔτ' εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν ῥεῖ, ἀλλ' εἰς τὸν Πόντον μόνον, σχίζεταί τε πρὸς αὐτοῖς μόνον τοῖς στόμασι. Κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ τισὶν ἄγνοιαν ταύτην ἠγνόηκεν, ὑπολαβοῦσιν εἶναί τινα ὁμώνυμον τῷ Ἴστρῳ ποταμὸν, ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἀδρίαν ἀπεσχισμένον αὐτοῦ· ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρων, δι' οὗ φέρεται, λαβεῖν τὴν προσηγο-

[1] πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης διέχοντας.] Sic restituit Casaubonus.

Quod cùm ipſe annotaverit Hipparchus in diſputatione ſuâ contra illum, opinionemque illius habeat cognitam, de ſuo aliquid opponat potiùs, non hoc arripiat tanquam in promptu ſitum, eum qui ait externum mare eſſe continuum, dare etiam hoc unicam eſſe ejus ſuperficiem.

Præterea falſi arguens inſcriptionem delphinorum de theoris Cyrenæis, cauſam haud probabilem affert: ſcilicet quo tempore Cyrene ſit condita, memoriæ eſſe proditum, oraculum autem illud maritimum aliquando fuiſſe, à nemine commemorari. Quid enim, ſi nemo id narrat, ſed tamen inter indicia ex quibus locum eum fuiſſe aliquando maritimum, delphinorum iſta dedicatio habetur, & de Cyrenæis inſcriptio?

Concedens porro ſurſum elato fundo, ſurſum attolli quoque potuiſſe mare & aquis obruere locum uſque ad oraculum, qui ultra tria ſtadiorum millia occupat, tamen tantam elevationem non admittit, quæ Pharum totam & multa Ægypti loca poſſit obtegere: quaſi verò tanta altitudo non ſufficiat his quoque obruendis. Dicit deinde, ſi mare antequam fretum ad columnas perrumperet, intumuit in tantum, quantum Eratoſthenes ait, neceſſariò & totam Africam, & multas Europæ Aſiæque partes fuiſſe priùs inundatas: hiſque addit, Pontum quoque cum Adriâ debuiſſe quibuſdam locis confluere, eo quòd Iſter ſciſſus, à Ponticis partibus fluens, in utrumque dictorum marium effluat, ob poſitum locorum. Atqui neque Ponticis è partibus Iſter oritur, ſed contra à montibus ultra Adriam ſitis: neque in utrumque exit mare, ſed in ſolum Pontum: & finditur ad oſtia demum ſua. Communis autem hic ei cum ætate prioribus nonnullis eſt error, qui putaverunt eſſe quendam fluvium Iſtro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulſus, ab eoque denominari

---

ex mſſ. Lectionem veterum editorum, imò & Regii codicis, minùs probamus; πλέον ἢ ἀπὸ θαλάττης διέχοντας τῶν τρισχιλίων σταδίων.

ρίαν· καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι τὸν [m] ἐκ τῶν Κόλχων ἀνάπλουν.

Πρὸς δὲ τὴν ἀθαυμαστίαν τῶν τοιούτων μεταβολῶν, οἵας ἔφαμεν αἰτίας τῶν ἐπικλύσεων, καὶ τῶν τοιούτων παθῶν, οἷα εἴρηται τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς Αἰόλου νήσους, [n] καὶ Πιθηκούσας, ἄξιον παραθεῖναι καὶ ἄλλα πλείω τῶν ἐν ἑτέροις τόποις ὄντων, ἢ γενομένων ὁμοίων τούτοις· ἀθρόα γὰρ τὰ τοιαῦτα παραδείγματα πρὸ ὀφθαλμῶν τεθέντα, παύσει τὴν [o] ἔκπληξιν νῦν (εἰ δὲ τὸ ἀληθὲς ταράττει τὴν αἴσθησιν, καὶ δείκνυσι ἀπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων, καὶ τοῦ βίου παντὸς) οἷον εἴ τις [p] λέγοι τὰς περὶ Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους ἱδρυμένας ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης, καὶ Κυρηναίας, (ὧν ἡ Θήρα μητρόπολίς ἐστι τῆς Κυρήνης) καὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ μέρη τῆς Ἑλλάδος τοιαῦτα. Ἀνὰ μέσον γὰρ Θήρας καὶ Θηρασίας ἐκπεσοῦσαι φλόγες ἐκ τοῦ πελάγους ἐφ᾽ ἡμέρας τέσσαρας, ὥστε πᾶσαν ζεῖν καὶ φλέγεσθαι τὴν θάλασσαν, ἀνεφύσησαν κατ᾽ ὀλίγον ἐξαιρομένην ὡς ἂν ὀργανικῶς, καὶ συντεθειμένην ἐκ μύδρων νῆσον, [q] ἐπέχουσαν δώδεκα σταδίων τὴν περίμετρον· μετὰ δὲ τὴν παῦλαν τοῦ πάθους, ἐθάῤῥησαν πρῶτοι Ῥόδιοι θαλαττοκρατοῦντες ἐπιπροσπλεῦσαι τῷ τόπῳ, καὶ Ποσειδῶνος Ἀσφαλίου ἱερὸν ἱδρύσασθαι κατὰ τὴν νῆσον.

Ἐν δὲ τῇ Φοινίκῃ φησὶ Ποσειδώνιος γενομένου σεισμοῦ κα-

---

m ἐκ τῶν Κόλχων.] Codex Mediceus, ἐκ τῆς Κόλχων.

n καὶ Πιθηκούσας.] Sic mſ. Regius. Editi, καὶ ἐπὶ Πιθηκούσας.

o ἔκπληξιν νῦν (εἰ δὲ, &c.] Ita ex antiquâ lectione, & ex mſ. Regio emendamus. Proprio motu Xylander locum hunc immutaverat, puncto nimirum adhibito poſt vocem ἔκπληξιν, & legendo νυνὶ δὲ pro νῦν· εἰ δὲ, &c.

p λέγοι τὰς περὶ, &c.] Optima codicis Regii lectio. Veteres editi, λέγει τὰς περὶ: recentiores, λέγει περί. Omnino retinenda lectio τὰς περὶ: neque enim de ipsâ Therâ & Theraſiâ, ſed de inſulis inter utramque exortis agitur eo loco, ut ex ſequentibus liquet. Itaque Xylandri emendationem emendare auſi ſumus.

q ἐπέχουσαν.] Mſſ. juxta Caſaubonum, ἔχουσαν.

---

77 *ſtatim hæſitationem tollent*, &c.] Xylander hunc locum vitiosè extulerat, cùm lectionem immutare, & diſtinctionem novam adhibere auſus fuiſ-

gentem Iſtros per quos defluit, eóque Jaſonem è Colchis navigaſſe.

Quò minùs autem admiratio iſtarum mutationum, quas diximus eſſe diluviorum cauſas, dubium reddat, & eorum quæ accidiſſe diximus Siciliæ, Æoli inſulis, & Pithecuſis : alia quoque conferenda his ſunt, quæ aliis in locis ſunt aut fuerunt horum ſimilia : hæc enim exempla confertim ante oculos poſita, [77] ſtatim hæſitationem tollent : (etenim ſi veritas ſtuporem incutit, oſtendit quàm ſimus naturalium effectorum, totiuſque vitæ imperiti :) verbi gratiâ ſi quis memoret inſulas circa Theram & Theraſiam ſitas, in freto quod eſt [78] inter Cretam & Cyrenem, (quarum Thera eſt mater Cyrenes coloniæ ex eâ deductæ :) tum quæ Ægypto & multis Græciæ partibus. Nam medio interTheram &Theraſiam loco, è mari flammæ emicuerunt per dies quatuor, adeò ut totum ferveret atque arderet mare : eæque paulatim elatam veluti inſtrumentis quibuſdam atque è maſſis compoſitam [79] inſulam ediderunt, ambitu XII ſtadiorum. Poſtquam illud incendium ceſſavit, primi omnium Rhodii tunc maris imperium tenentes, auſi ſunt ad locum iſtum navibus accedere, & fanum Neptuno Aſphalio in iſtâ inſulâ ponere.

In Phœniciâ ſcribit Poſidonius terræ-motu facto, ur-

ſet, contra mſſ. & editorum fidem. Ejus interpretationem apponemus, ut de illâ lector ipſe judicet. *Tollent hæſitationem : cùm alioquin ipſa veritas ſtuporem incutiat ſenſumque conturbet, oſtendatque quàm ſimus naturalium effectorum totiuſque vitæ imperiti.* Ad ſanam antiquæ lectionis mentem interpretationem hanc revocavimus.

[78] *inter Cretam & Cyrenem.*] Fallitur Strabo, dum Theram inſulam collocat Cretam inter & Cyrenem. Creta ipſa Cyrenem inter & Theram jacet. Se ipſum emendat Geographus noſter, libro x. Fruſtrà fuit Palmerius dum Κυνυρίας legit pro Κυρηναίας, nullâ autoritate adjutus. Imò infeliciter admodùm Cynuriam hûc adducit vir nimio in Strabonem excuſandum ſtudio fervens ; quod fusè in notis ad Strabonem Gallicè verſum proſequimur.

[79] *inſulam ediderunt, ambitu XII ſtadiorum.*] Duas memorat inſulas Theram inter & Theraſiam natas Plinius, l. II, cap. 87 ; nimirum Hieram & Thiam. De Hierâ intelligenda ſunt quæ hoc loco Strabo ; Thia enim nil niſi ſcopulus vix dignus nomine, juxta Harduinum in Plin.

καταποθῆναι πόλιν ἱδρυμένην ὑπὲρ Σιδόνος, καὶ αὐτῆς δὲ Σιδόνος σχεδόν τι τὰ δύο μέρη πεσεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως, ὥστε μὴ πολὺν φθόρον ἀνθρώπων γενέσθαι. Τὸ δ' αὐτὸ πάθος καὶ ἐπὶ τὴν Συρίαν ὅλην διέτεινε, μετρίως δέ πως· διέβη δὲ καὶ ἐπί τινας νήσους τάς τε Κυκλάδας, καὶ τὴν Εὔβοιαν· ὥστε τῆς Ἀρεθούσης (ἔστι δ' ἐν Χαλκίδι κρήνη) τὰς πηγὰς ἀποτυφλωθῆναι· συχναῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ἀναβλύσαι κατ' ἄλλο στόμιον· μὴ παύεσθαι δὲ σειομένην τὴν νῆσον κατὰ μέρη, πρὶν ἢ χάσμα γῆς ἀνοιχθὲν ἐν τῷ Ληλάντῳ πεδίῳ, πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήμεσε.

Πολλῶν δὲ συναγωγὰς ποιησαμένων τοιαύτας, ἀρκέσει τὰ ὑπὸ τοῦ Σκηψίου Δημητρίου συνηγμένα, οἰκείως παρατεθέντα. Μνησθεὶς γὰρ τῶν ἐπῶν τούτων·

Κρουνὼ δ' ἵκανον καλλιρρόω· ἔνθα δὲ πηγαὶ
Δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.
Ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ, . . .
Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ, [r]

οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν, εἰ νῦν ἡ μὲν τοῦ ψυχροῦ ὕδατος μένει πηγή, ἡ δὲ τοῦ θερμοῦ οὐχ ὁρᾶται· δεῖν γάρ φησιν αἰτιᾶσθαι τὴν ἔκθλιψιν τοῦ θερμοῦ ὕδατος. Μιμνήσκεται δὲ πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους, τοὺς μὲν πάλαι περὶ Λυδίαν γενομένους καὶ Ἰωνίαν, μέχρι τῆς Τρωάδος, ἱστοροῦντος, ὑφ' ὧν καὶ κῶμαι κατεπόθησαν, καὶ Σίπυλος κατεστράφη, κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο, τὴν δὲ Τροίαν ἐπέκλυσε κῦμα. Ἡ δὲ Φάρος ἡ κατ' Αἴγυπτον ἦν ποτε [s] πελαγία· νῦν δὲ τρόπον τινὰ χερρόνησος γέγονεν· ὡς δ' αὔτως καὶ Τύρος, καὶ Κλαζομεναί.

Ἡμῶν δ' ἐπιδημούντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπ-

---

[r] Iliad. χ, vers. 147 & seqq.

[s] πελαγία.] Vocis hujus potestatem ignorasse videtur vir maximè Græcus Xylander, dum vertit: *Pharum Ægyptiam olim mari fuisse circumdatam;* quod jam supra monuimus. Locum hunc tentavimus accuratiùs interpretari.

bem

bem abſorptam fuiſſe ſupra Sidonem ſitam, ipſiuſque Sidonis corruiſſe ferè beſſem, non confertim tamen, eôque non magnam hominum cladem accidiſſe. Id autem mali totam Syriam, mediocriter tamen, pervaſit, & attigit inſulas quaſdam de Cycladibus: & in Eubœâ ita ſe exeruit, ut fontes Arethuſæ, quæ in Chalcide eſt, obturati fuerint, qui fons multis poſt diebus aliâ erupit ſcaturgine: neque antè deſiit inſula per partes concuti, quàm hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluvium luti igniti evomuit.

Cùm autem multi hujuſmodi collegerint exempla, nobis ſufficient convenienter appoſita ea quæ collegit Demetrius Scepſius. Mentionem enim cùm feciſſet horum verſuum,

Ad fontes geminos tumidi venere Scamandri:
Quorum alter calidam fundit lympham....
Alterius glaciem calidis aqua ſolibus æquat
Frigore....

admirari nos vetat, quòd nunc frigidæ fons manet; calidæ autem periit: pro causâ enim accipiendam ait, calidæ aquæ eliſionem. Præterea commemorat ea, quæ à Democle narrantur, terræ nimirum quoſdam ingentes motus, qui olim in Lydiâ fuerunt, & Ioniâ, uſque ad Troadem, quibus & pagi ſunt abſorpti, & [80] Sipylus everſus regnante Tantalo, & ex paludibus lacus magni facti, Trojamque fluctus inundavit. Pharos quæ ad Ægyptum, procul à litore ſita fuit, nunc quodam modo facta peninſula: ſic & Tyrus & Clazomenæ.

Nobis autem Alexandriæ, quæ ad Ægyptum eſt, pe-

---

[80] *Sipylus everſus.*] Vertebat Xylander *Sipylus everſa*, quia id de Sipylo urbe accipiebat. Fuit autem Sipylus, & mons, & urbs in ipſo monte condita. Urbs & mons pariter everſa fuere, teſte Plinio, l. II, cap. 91, & l. V, cap. 29.

τῷ, περὶ Πηλούσιον καὶ τὸ Κάσιον ὄρος μετεωρισθὲν τὸ πέλαγος, ἐπέκλυσε τὴν γῆν, καὶ νῆσον ἐποίησε τὸ ὄρος· ὥστε πλωτὴν γενέσθαι τὴν παρὰ τὸ Κάσιον ὁδὸν, τὴν εἰς Φοινίκην. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, οὐδ' εἴ ποτε διαστὰς ὁ ἰσθμὸς ἢ ἵζημα λαβὼν ὁ διείργων τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης, ἀποφανεῖ πορθμὸν, καὶ σύρρουν ποιήσει τὴν ἐκτὸς θάλατταν τῆς ἐντὸς, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμοῦ συνέβη. Εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων τινὰ καὶ ἐν ἀρχαῖς τῆς πραγματείας, ἃ δεῖ συμφέρειν εἰς ἓν, καὶ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν κατασκευάζειν, τῶν τε τῆς φύσεως ἔργων, καὶ τῶν [t] ἄλλως γινομένων μεταβολῶν.

Τόν τε Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον, καὶ πέραν τῆς ἀκτῆς κείμενον, οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι· ὑπεναντίως δ' [u] ὁ Λευκὰς Κορινθίων τὸν ἰσθμὸν διακοψάντων, νῆσος γέγονεν, ἀκτὴ πρότερον οὖσα· περὶ ταύτης γάρ φησι λέγειν τὸν Λαέρτην.

> Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
> Ἀκτὴν Ἠπείροιο.... [x]

Ἐνταῦθα μὲν δὴ διακοπαὶ χειρότμητοι γεγόνασιν· ἀλλαχόθι δὲ προσχώσεις, ἢ γεφυρώσεις, καθάπερ ἐπὶ τῆς πρὸς Συρακούσαις νήσου, νῦν μὲν γέφυρά ἐστιν ἡ συνάπτουσα αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον· πρότερον δὲ χῶμα, ὥς φησιν Ἴβυκος, [y] λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἐκλεκτόν.

Βοῦρα δὲ, καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δ' ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη· περὶ Μεθώνην δὲ τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ, ἑπτὰ σταδίων τὸ ὕψος ἀνεβλήθη γενηθέντος ἀναφυσή-

---

[t] ἄλλως.] Sic Regius codex. Vulgata lectio, ἄλλων.

[u] ὁ Λευκάς.] Codex Mediceus ἡ Λευκάς. Certè fœminini generis Leucas insula, apud Græcos, & apud Strabonem ipsum aliis locis. Sed hîc fortè dicitur ὁ Λευκὰς quasi ὁ τόπος λεγόμενος Λευκὰς, locus qui nondum insula. Ergo nihil mutamus.

[x] Odyss. ω. vers. 376 & seq.

[y] λογαίου λίθου.] Litorum glaream his verbis designat Strabo, quam Thucydides λογάδας λίθους vocat, Ibycus ἐκλεκτον appellabat.

-regrinantibus, mare circa Pelusium & Casium montem elatum terram inundavit, & montem insulæ in morem ambivit, ita ut via à Casio monte in Phœniciam fuerit navigabilis. Nihil igitur mirabile, si aliquando isthmus, qui mare Ægyptium à rubro distinguit, ruptus aut subsidens fretum efficiet, facietque ut externum mare cum interno confluat, sicut ad fretum apud Herculis columnas evenit. De his dicta sunt etiam nonnulla operis initio, quæ sunt in unum conferenda, fidesque operum naturæ & aliarum mutationum iis corroboranda.

Piræeum [81] quoque olim insulam fuisse, & ultra litus situm, inde nomen habere aiunt. Contrà, Leucas, [82] quæ priùs litori jungebatur, insula facta est, Corinthiis isthmum exscindentibus: de hâc enim ait Laërtam loqui:

Qualis eram, quando munitam Nericon urbem
Litore in Epiri cepi....

In his manu hominum divisiones factæ sunt. Alibi autem aggerationes, aut pontium structuræ: sicut hodie pons est, [83] insulam quæ ante Syracusas jacet cum continente conjungens: priùs autem agger lecti (ut ait Ibycus) lapidis, quem vocat electum.

Bura autem & Helice; altera hiatu, altera fluctibus est deleta. Circa Methonam porrò in sinu Hermionico terra altitudine septem stadiorum egesta est à flammosâ quâdam

---

81 *Piræeum... ultra litus situm, inde nomen habere aiunt.*] Nempe à Græcâ voce πέραν, quæ significat *ultra*: scilicet quòd *ultra litus*. Xylander scholion quoddam contextui inseruerat quod expunximus. Interpretabatur enim *Piræeum... quod ultra litus Atticæ quod Actam vocant situm*. Malè accipiebat vocem ἀκτῆς, quæ juxta vim propriam litus in genere significat, neque alium sensum hoc loco præfert. Vide notam quæ proxima sequitur.

82 *quæ priùs litori jungebatur.*] Græcè ἀκτὴ πρότερον οὖσα. Verba hæc non vertit Xylander, quæ nos eò accuratiùs restituimus quòd apertè declarent vocis ἀκτὴ vim, de quâ in notâ superiori diximus. Apud latinos ipsos *acta* idem sonat ac litus.

83 *insulam quæ ante Syracusas.*] Vocem Græcam νῆσον, quam Xylander insulam interpretatur, pro nomine proprio insulæ accipit Casaubonus, cui non suffragamur. Insulam ante Syracusas jacentem sæpiùs memorat Strabo, præsertim lib. VI, ubi hanc Ortygiam vocat, nuspiàm *Nesum*.

ματος φλογώδους, μεθ' ἡμέραν μὲν ἀπρόσιτον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, καὶ τῆς θειώδους ὀδμῆς, νύκτωρ δ' εὐῶδες, ἐκλάμπον πόῤῥω, καὶ θερμαῖνον, ὥστε ζεῖν τὴν θάλατταν ἐπὶ σταδίους πέντε, θολερὰν δ' εἶναι καὶ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, προχωσθῆναι δὲ πέτραις ἀποῤῥῶξι, πύργων οὐκ ἐλάττοσιν· ὑπὸ δὲ τῆς Κωπαΐδος λίμνης ἥ τε Ἄρνη κατεπόθη, καὶ Μίδεια, ἃς ὠνόμασεν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ καταλόγῳ·

Οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον, οἵ τε Μίδειαν. [z]

Καὶ ὑπὸ τῆς Βιστονίδος δὲ, καὶ τῆς νῦν [a] Ἀφνίτιδος λίμνης ἐοίκασι κατακεκλύσθαι πόλεις τινὲς Θρακῶν· οἱ δὲ καὶ Τρηρῶν ὡς συνοίκων τοῖς Θρᾳξὶν ὄντων· καὶ ἡ πρότερον δὲ [b] Ἀρτεμῖτα λεγομένη μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἤπειρος γέγονε· καὶ ἄλλας δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀχελῷον νησίδων τὸ αὐτὸ πάθος [c] φασὶ παθεῖν, ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ προχώσεως τοῦ πελάγους· συγχοῦνται δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ, ὡς Ἡσίοδος φησί. Καὶ Αἰτωλικαὶ δὲ ἄκραι τινές εἰσι νησίζουσαι πρότερον· καὶ ἡ Ἀστερία ἤλλακται, ἣν Ἀστερίδα φησὶν ὁ ποιητής·

Ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα, . . .
Ἀστερὶς, οὐ μεγάλη, λιμένες δ' ἐνὶ ναύλοχοι αὐτῇ
Ἀμφίδυμοι. . . . . [d]

Νυνὶ δ' οὐδ' ἀγκυροβόλιον εὐφυὲς ἔχει. Ἔν τε τῇ Ἰθάκῃ οὐδέν

z Iliad. β. vers. 507.

a Ἀφνίτιδος.] Editi Ἀφνήτιδος. Sed apud Strabonem ipsum, lib. XIII, legitur Ἀφνίτιδος: sic & apud Stephanum Geographum, verbo Ἄφνιον, & in ms. Regio, quem sequimur.

b Ἀρτεμῖτα.] Sic ms. Regius; editi Ἀρτεμία. Apud Stephanum Byzantinum legitur Artemidorum memorasse Chersonesum quamdam circa Acheloi fluvii ostium, nomine Artemitam: λεγομένη Ἀρτέμιτα. Si Plinio credimus, necdum suâ ætate insula hæc continenti annexa fuit: Acheloüs, inquit, *Artemitam insulam assiduo terræ invectu continenti annectens*: Plin. l. IV, cap. I. Hanc tamen Strabo jam ætate suâ insulam factam fuisse testatur; & Strabo vixerat cùm scribere aggressus est Plinius.

c φασί.] Ita scribimus ex veteri versione. Vulgò φησὶ, quod minus appositum videtur.

d Odyss. δ, vers. 844 & 846.

efflatione: locusque is interdiu inaccessus est ob calorem & sulfureum odorem: noctu autem benè fragrat, proculque effulget & calefacit: adeò ut mare ferveat per stadia quinque, turbidum sit usque ad XX, aggerque saxorum præruptorum in eo existat turrium magnitudini non cedentium. A Copaide etiam lacu Arne absorpta est & Midea, quas in recensione nominavit poeta:

Et qui vitiferam colit Arnen, quique Mideam.

Et à Bistonide lacu, [84] & ab eo qui nunc Aphnitis dicitur, videntur quædam urbes Thracum diluvio extinctæ: [85] alii Trerum urbes dicunt, ut qui inter Thraces habitarent. Artemita quoque una Echinadum insularum quondam, continens facta est: idemque dicunt accidisse aliis quibusdam circa Acheloum insulis, mari aggestu fluminis complanato; reliquas etiam aggere aggesto continenti adjungi Hesiodus ait. Sunt & Ætolica quædam promontoria, quæ insulæ fuerunt olim. Mutata est etiam Asteria, quam Asteridem vocat Homerus:

At saxosa jacet medio quædam insula ponto . . .
Asteris, & duplices habet haud ingens ea portus.

Nunc ne anchora quidem in eâ commodè potest jaci. Nullum quoque in Ithacâ hodie antrum aut nympharum

---

[84] *& ab eo qui nunc Aphnitis dicitur.*] Sic vertendum esse Casaubonus monuit, & sic vertebat vetus interpres. Xylander vero: *à Bistonide lacu, qui nunc Aphnitis.* Putabat scilicet Strabonem dixisse, lacum qui antea Bistonis, suo tempore Aphnitim vocari. Eumdem errorem erravit Ortelius. At Bistonis, Thraciæ locus est, Aphnitis Phrygiæ. Re quidem verâ, lacus qui Strabonis ætate Aphnitis dicebatur, alio nomine priùs vocatus fuerat: sed Artynia, non Bistonis, ut docet Stephanus Geographus.

[85] *alii Trerum... dicunt.*] Conjectat Casaubonus legendum esse *οἱ δὲ καὶ Τρηρῶν*, ita ut vertendum sit *imò & Trerum*, quod eodem recidit. Ergo cùm desit huic lectioni mss. autoritas, nihil mutavimus.

ἐστιν ἄντρον τοιοῦτον, οὐδὲ Νυμφαῖον, οἷόν φησιν Ὅμηρος. Βέλτιον δὲ αἰτιᾶσθαι μεταβολὴν ἢ ἄγνοιαν, ἢ κατάψευσιν τῶν τόπων καὶ τὸ μυθῶδες· τοῦτο μὲν δὴ ἀσαφὲς ὄν, ἐῶ ἐν κοινῷ σκοπεῖν.

Ἡ δὲ Ἄντισσα νῆσος ἦν πρότερον, ὡς Μύρσιλός φησι· τῆς Λέσβου καλουμένης πρότερον [e] Ἴσσης, καὶ τὴν νῆσον Ἄντισσαν καλεῖσθαι συνέβη· νῦν δὲ τῆς Λέσβου πόλις ἐστίν. Οἱ δὲ καὶ τὴν Λέσβον τῆς Ἴδης ἀπερρωγέναι πεπιστεύκασι· καθάπερ τὴν Προχύτην, καὶ τὴν Πιθηκοῦσαν τοῦ Μισηνοῦ, τὰς δὲ Καπρέας τοῦ Ἀθηναίου, τὴν Σικελίαν δὲ τῆς Ῥηγίνης, τὴν Ὄσσαν δὲ τοῦ Ὀλύμπου. Γεγόνασι δὲ καὶ περὶ ταῦτα τοιαῦται μεταβολαί.

Καὶ ὁ Λάδων δὲ ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐπέσχε ποτὲ τὸ ῥεῦμα. Δοῦρις δὲ τὰς Ῥαγάδας, τὰς κατὰ Μηδίαν, ὀνομᾶσθαί φησιν ὑπὸ σεισμῶν ῥαγείσης τῆς περὶ τὰς Κασπίας πύλας γῆς, ὥστε ἀνατραπῆναι πόλεις συχνὰς, καὶ κώμας, καὶ ποταμοὺς ποικίλας μεταβολὰς δέξασθαι. Ἴων δὲ περὶ Εὐβοίας φησὶν [f] ἐν Ὀμφάλῃ Σατυροῖς·

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, [g] ἐκτέμων
Προσβλῆτα πορθμόν....

Δημήτριος δ' [h] ὁ Καλλατινὸς τοὺς καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα

---

[e] Ἴσσης.] Regius codex Ἰσίης, & ſic veteres editi. Ἴσσης reſtituit Xylander, rectè. Hanc enim lectionem tuetur ratio ipſius vocabuli, *Antiſſa.* Lycophron, verſ. 219, ſcribit quoque Ἴσσα, & iiſdem litteris nomen id effert Tzetzes in hunc Lycophronis locum.

[f] ἐν Ὀμφάλῃ Σατυροῖς.] Ita reſtituimus ex mſ. Mediceo. Vulgata lectio ἐν Ὀμφάλῃ Σατυρεῖς. Erudiſſimus Bentleius (quem vide, epiſt. ad Jo. Millium, p. 51) jam ſic ex conjecturis emendaverat. Significationem verbi Σατυρεῖς non aſſecutus fuerat Xylander, ac proinde in verſione omiſerat. Nos ſupplevimus,

[g] ἐκτέμων προσβλῆτα πορθμόν.] Locum Caſaubono deſperatum ſic reſtituimus, prævio eodem doctiſſimo Bentleio. Vulgò legitur: ἐκτέμνων πρὸς Κρῆτα πορθμόν. Metrum jubet ſcribere ἐκτέμων, quod jam Caſaubonus viderat. Πρὸς Κρῆτα, mendum eſt manifeſtum; neque enim Euripus ducto versùs Cretam freto, Eubœam à Bœotiâ dividit. Sed jure fretum illud dixeris προσβλῆτα quod cùm

domicilium eſt, quale Homerus deſcripſit. Præſtat autem in his mutationem pro causâ accipi, quàm ignorationem aut fabuloſa de locis mendacia poetæ adſcribere: verùm hoc, ut incertum in medio relinquo.

Antiſſa inſula pridem fuit, ut Myrſilus ait, quòd tum Lesbi nomen Iſſa eſſet, ita appellata: nunc eadem, urbs eſt Leſbi. Sunt qui Leſbum ab Ida abruptam credunt, ut Prochytam & Pithecuſam à Miſeno, Capreas ab Athenæo, à Rhegio Siciliam, Oſſam ab Olympo. [86] Hujuſmodi fuere circa hæc loca mutationes.

Ladon quoque Arcadiæ fluvius fluxum aliquando ſuum inhibuit. Et Duris [87] Rhagades, quæ in Mediâ ſunt, nomen inde habere ait, quòd terræ motibus rupta fuerit terra apud Caſpias portas, compluresque everſæ urbes & pagi, ac fluviorum variæ inciderint mutationes. De Eubœâ quoque Ion ſic [88] in fabulâ ſatyricâ cui titulus Omphale:

Eubœa rura fluctus Euripi levis,
Bœotûm ademit litori, exſcindens fretum
Oblongum.

Demetrius porrò Calatianus terræ-motus, qui ab antiquis

angustiſſimum ſit, in longum maximè producitur. Ut Græca, ſic & Latina emendavimus: at plures alias emendationes quas huic loco Bentleius adhibet, cùm minùs neceſſariæ videantur, neglegimus. Vide ejus epiſtolam ad Millium ubi ſuprà.

[h] ὁ Καλλαῖτιὸς.] Sequimur Regium codicem. Vulgò ὁ Καλλαῖτιανός. Alicujus momenti eſt hujus lectionis varietas. Si enim Καλλαῖτιανὸς dicendus Demetrius, è *Calati* urbe oriundus; nam juxta Stephanum Geographum: Κάλλατις, ὁ πολίτης Καλλατιανός. Si Καλλαῖτιὸς habeatur, è *Calatiâ* Campaniæ, vel *Calatâ* Siciliæ urbe cenſendus eſt, quorum cives à Livio & Cicerone Calatini dicuntur. De patriâ Demetrii fuſiùs in commentariolo noſtro de autoribus quorum apud Strabonem memoria eſt, ad calcem Strabonis Gallicè verſi.

[86] *Hujuſmodi fuere.*] Xylander vertit: *præter hujuſmodi mutationes*; & hinc liquet eum legiſſe παρὰ ταῦτα. Sed ſcripti & editi codices ferunt περὶ ταῦτα, & ad ipſorum fidem hunc locum interpretati ſumus.

[87] *Rhagades.*] Nomen à voce Græcâ ῥαγὰς, *ruptura, ſciſſura.*

[88] *in fabulâ ſatyricâ cui titulus Omphale.*] Quid fuerint fabulæ ſatyricæ nemo neſcit qui Græcorum veterum theatra frequentavit: ejus generis eſt Euripidis *Cyclops*. De his & de Ionis Omphale plura legeſis in Bentleii epiſtolâ ad J. Millium.

γενομένους ποτὲ σεισμοὺς διηγούμενος, τήν τε Λιχάδων νήσων, καὶ τοῦ Κηναίου τὰ πολλὰ καταδῦναι φησὶ, τά τε θερμὰ τὰ ἐν [i] Αἰδηψῷ, καὶ Θερμοπύλαις, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπισχεθέντα πάλιν ῥυῆναι· τὰ δ' ἐν Αἰδηψῷ, καὶ καθ' ἑτέρας ἀναῤῥαγῆναι πηγάς. Ὠρεοῦ δὲ τὸ πρὸς θαλάττῃ τεῖχος, καὶ τῶν οἰκιῶν περὶ ἑπτακοσίας συμπεσεῖν. Ἐχίνου τε καὶ [k] Φαλάρων, καὶ Ἡρακλείας τῆς Τραχῖνος, τῶν μὲν πολὺ μέρος πεσεῖν· Φαλάρων δὲ καὶ ἐξ ἐδάφους ἀνατραπῆναι τὸ κτίσμα· παραπλήσια δὲ συμβῆναι καὶ Λαριεῦσι, καὶ Λαρισαίοις· καὶ Σκαρφίαν ἐκ θεμελίων ἀναῤῥιφῆναι, καὶ καταδῦναι σώματα χιλίων καὶ ἑπτακοσίων οὐκ ἐλάττω, Θρονίους δ' ὑπὲρ ἥμισυ τούτων· κῦμά τε ἐξαρθὲν τριχῆ, τὸ μὲν πρὸς [l] Τάρφην ἐνεχθῆναι, καὶ Θρόνιον· τὸ δὲ πρὸς Θερμοπύλας· ἄλλο δὲ εἰς τὸ πεδίον, ἕως τοῦ Φωκικοῦ Δαφνοῦντος· πηγάς τε ποταμῶν ξηρανθῆναι πρὸς ἡμέρας τινάς· τὸν δὲ Σπερχειὸν ἀλλάξαι τὸ ῥεῖθρον, καὶ ποιῆσαι τὰς ὁδοὺς πλωτάς· τὸν δὲ Βοάγριον κατ' ἄλλης ἐνεχθῆναι φάραγγος· καὶ Ἀλώπης δὲ, καὶ Κύνου, καὶ Ὀποῦντος πολλὰ καταβλαβῆναι μέρη. Οἶον δὲ τὸ ὑπερκείμενον φρούριον πᾶν ἀνατραπῆναι· Ἐλατείας δὲ τοῦ τείχους καταῤῥαγῆναι μέρος· περὶ δὲ Ἄλγωνον θεσμοφορίων ὄντων, πέντε καὶ εἴκοσι παρθένους ἀναδραμούσας εἰς πύργον τῶν ἐλλιμενίων κατὰ θέαν, πεσόντος τοῦ πύργου, πεσεῖν καὶ αὐτὰς εἰς τὴν θάλασσαν· λέγουσι δὲ καὶ τῆς Ἀταλάντης τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ, τὰ μέσα, ῥήγματος γενομένου, διάπλουν δέξασθαι, μεταξὺ καὶ τῶν πεδίων ἔνια καὶ μέχρι εἴκοσι σταδίων ἐπικλυσθῆναι, καὶ τριήρη τινὰ ἐκ τῶν νεωρίων ἐξαρθεῖσαν ὑπερπεσεῖν τοῦ τείχους.

Προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων μεταβολὰς, ἐπὶ πλέον τὴν ἀθαυμασίαν ἡμῖν κατασκευάζειν ἐθέλοντες, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος, καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι πάντες· παράκειται γὰρ

---

[i] *Αἰδηψῷ.*] Mſ. Regius Ἐδηψῷ hîc & aliàs. Sic quoque veteres editi. Malè: nam apud Stephanum Geographum qui Callimachum invocat & Strabonem ipſum, legitur *Αἰδηψὸς πόλις Εὐβοίας.*

[k] *Φαλάρων.*] Editi *Φαλάρου.* Caſaubonus reſtituebat *Φαλάρων* ex veteribus

temporibus

temporibus per Græciam totam acciderunt, enumerans, Lichadum insularum & Cenæi multas partes demersas narrat, & thermas, quæ sunt Ædepsi atque in Thermopylis per triduum retentas, rursùm fluxisse, ita quidem ut Ædepsanæ aliis eruperint fontibus. Orei murum maritimum & domos ad IↃCC corruisse, Echini & Heracleæ Trachiniæ magnam concidisse partem, Phalara funditus eversa. Similia evenisse Lariensibus & Larissæis: Scarphiam è fundamentis subrutam, & demersos homines CIↃ IↃCC non pauciores: Throniorum, dimidiam partem horum, & ampliùs. Fluctum excitatum trifariàm, cujus una pars ad Tarphen & Thronium delata, altera ad Thermopylas, tertia in campum usque ad Daphnuntem Phocidis: fontes fluminum per aliquot dies fuisse siccatos: Sperchium alveo mutato vias reddidisse navigabiles: Boagrium per aliam decurrisse convallem: Alopes, Cyni, & Opuntis multas partes læsas: Œum autem castellum quod supra urbem situm fuit, totum eversum: partem muri Elateæ concidisse: & apud Algonum cùm Thesmophoria agerentur, XXV virgines in turrim in portu sitam spectandi causâ accurrisse, ac ruinâ turris in mare decidisse. Ferunt & Atalantam, quæ est juxta Eubœam, rupturâ accidente mediam navibus per viam redactam: campos quosdam ad XX etiam stadia usque inundatos, & triremem quandam è navali ablatam supra muros decidisse.

His mutationes addantur peregrinationes gentium consecutæ, ad majorem admirationis vacuitatem parandam: quam, quia stupore ac perturbationibus liberat, valde prædicavit Democritus, aliique Philosophi. Ut quòd

conjecturis, ex Stephano, ex ipsius Strabonis libro IX. Suffragamur & nos ex mss. Regio.

[1] Τάρφην.] Sic legendum existimamus. Κάρφην ferunt editi veteres. Xylander Σκάρφην emendat, infeliciter: neque enim hîc Strabo *Scarphen* vocaret quam modò *Scarphiam* appellabat. Dubium non est quin hoc loco agatur de *Tarphe* Thronio vicinâ, de quâ ad lib. IX plura nobis dicenda sunt.

τῷ ἀθαμβεῖ, καὶ ἀταράχῳ, καὶ ἀνεκπλήκτῳ. Οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου, καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων [m] οὓς καὶ ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει· Κῦρος δὲ μᾶλλον, καὶ τὰ ὄρη τὰ Μοσχικά· Αἰγυπτίων δ' εἴς τε Αἰθίοπας καὶ Κόλχους. Ἑνετῶν δ' ἐκ Παφλαγονίας, ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν· ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθνῶν συνέβη, Ἰώνων τε καὶ Δωριέων, καὶ Ἀχαιῶν, καὶ Αἰολέων· καὶ Αἰνειᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι, περὶ τὸ [n] Δώτιον ᾤκουν, καὶ τὴν Ὄσσαν μετὰ Περαιβῶν· καὶ αὐτοὶ δὲ Περαιβοὶ μετανάσται τινές. Πλήρης δέ ἐστι τῶν τοιούτων παραδειγμάτων ἡ νῦν ἐνεστῶσα πραγματεία. Τινὰ μὲν οὖν καὶ πρόχειρα τοῖς πολλοῖς εἰσιν· αἱ δὲ τῶν Καρῶν, καὶ Τρήρων, καὶ Τεύκρων μεταναστάσεις, καὶ Γαλατῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων οἱ ἐπιπολὺ ἐκτοπισμοὶ, Μάδυός τε τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ Τεαρκὼ τοῦ Αἰθίοπος, καὶ Κώβου [o] τοῦ Τρῆρος, καὶ Σεσώστριος, καὶ Ψαμμιτίχου τῶν Αἰγυπτίων, καὶ Περσῶν τῶν ἀπὸ Κύρου μέχρι Ξέρξου, οὐχ ὁμοίως ἐν ἑτοίμῳ πᾶσιν εἰσίν. Οἵ τε Κιμμέριοι οὓς καὶ Τρήρωνας ὀνομάζουσιν ἢ ἐκείνων τι ἔθνος, πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου, καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, ποτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, ποτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες· ἡνίκα Μίδαν αἷμά τι ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών· Λύγδαμις δὲ [p] τοὺς αὐτοῦ ἄγων, μέχρι Λυδίας καὶ Ἰωνίας ἤλασε, καὶ Σάρδεις εἷλεν· ἐν Κιλικίᾳ δὲ [q] ἐφθάρη. Πολλάκις δὲ καὶ οἱ Κιμμέριοι, καὶ οἱ Τρῆρες ἐποιήσαντο τὰς τοιαύτας ἐφόδους· τοὺς δὲ Τρῆρας καὶ Κῶβον ὑπὸ Μάδυος τὸ τελευταῖον ἐξελαθῆναί φασι τοῦ τῶν Κιμμερίων βα-

[m] οὓς καὶ ὁ Ἀράξης.] Editi omnes οὓς Χοαράξης, pluribus vocibus in unam conflatis. Mendum acutè deprehenderat Casaubonus, ex initio libri undecimi Strabonis ipsius. Eximii viri conjecturam Abr. Gronovius asserit autoritate codicis Medicei; fert enim codex iste οὓς χ' ὁ Ἀράξης, lectio veræ lectioni proxima.

[n] Δώτιον.] Libri omnes editi aut scripti quos novimus, Δάτιον ferunt. Sed locus nullus Datii nomine. Hic frustrà fuit Casaubonus, cùm legendum esse Δᾶτον conjectavit. *Datum* urbs Thraciæ, quæ numquam Ænianes habuit incolas. Lege nostro periculo Δώτιον. *Dotium* Thessaliæ urbs, de quâ Stephanus Geographus in fragmentis.

Iberi occidentales in loca ultra Pontum & Golchidem commigrarunt, quos Araxes, ut ait Apollodorus, ab Armeniâ ſeparat: veriùs autem Cyrus & Moſchici montes: Ægyptii in Æthiopiam & ad Colchos: Heneti è Paphlagoniâ ad Adriam: quæ eadem Græcis quoque evenerunt gentibus, Ionibus, Doribus, Achæis, Æolibus: & Ænianes Ætolis nunc finitimi, ad Dotium habitaverunt & Oſſam inter Perrhæbos: ſed & ipſi Perrhæbi peregrini ſunt. Atque noſtrum inſtitutum refertum eſt hujuſmodi exemplis. Quædam horum in promptu ſunt omnibus. Migrationes autem Carum, Trerum, Teucrorum, Galatarum, ducumque longinquæ peregrinationes Madyis Scythæ, Tearco Æthiopis, Cobi è Trerum gente, Seſoſtris ac Pſammitichi Ægyptiorum, Perſarum à Cyro uſque ad Xerxem, non itidem omnibus notæ ſunt. Ac Cimmerii, quos & Trerones appellant, aut quædam eorum natio, ſæpe incurſiones fecerunt in dextram Ponti partem & iis contigua, modò in Paphlagoniam, aliàs in Phrygiam irrumpentes: quando etiam Midas tauri poto ſanguine obiit: Lygdamis verò ſuos ducens uſque ad Lydiam & Ioniam eſt progreſſus, ac Sardes cepit, periit in Ciliciâ. Sæpe autem Cimmerii & Treres hujuſmodi fecerunt incurſiones: ac Treras & Cobum tandem à Madye Cimmeriorum rege expulſos aiunt. Atque hæc dicta ſunt hoc loco, quorum

---

Circa hanc urbem habitavere Ænianes, ut expreſsè Plutarchus docet, Quæſt. Græc. cap. XIII. Si plura de his legere volueris, adi quam ſcripſimus diſſertationem de Ænianûm migrationibus, in commentariis Regiæ Inſcr. & Hum. Litt. Acad. mox, ut ſperamus, edendam.

o τοῦ Τρῆρος.] Editi omnes τοῦ Τρωός. Regius codex τοῦ Τρωρὸς, aut fortè Τρερὸς: nam in mſſ. ac præſertim in Regio codice, littera ω ſæpè ita inclinatur, ut quàm maximè ſimilis fiat formæ litteræ ε, unde quis facilè diſpiciat quo progreſſu error irrepſerit. Lectionem quam ſequimur, ſequentia prorsùs vindicant. Latina ad Græcorum amendationem revocamus.

p τοὺς αὐτοῦ.] Caſaubonus legit τοὺς αὐτοὺς, ſcilicet Cimmerios; hîc enim de Cimmeriis agitur. Nihil mutamus. Verba hæc τοὺς αὐτοῦ, Cimmerios quidem ſignificant, ſed non omnes, & eos tantummodò qui Lygdamidi parebant. Accedit ad id, ſcriptorum & editorum conſpiratio conſenſuſque unanimis in lectionem vulgò receptam.

q ἰφθάρη.] Editi διεφθάρη. Sequimur Regium codicem, cùm utrumque dici poſſit.

σιλέως· Ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς ἅπασαν κοινῇ τὴν περίοδον τῆς γῆς ἔχοντα οἰκείαν ἱστορίαν.

Ἐπανίωμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧν παρέβημεν. Τοῦ γὰρ Ἡροδότου μηδένας Ὑπερβορέους εἶναι φήσαντος· μηδὲ γὰρ Ὑπερνοτίους λέγοι ἄν, φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν, [r] καὶ ὁμοίαν ὁ Ἐρατοσθένης τῷ σοφίσματι τούτῳ, εἴ τις λέγοι μηδένας εἶναι ἐπιχαιρεκάκους· μηδὲ γὰρ ἐπιχαιραγάθους· κατὰ τύχην τε εἶναι καὶ Ὑπερνοτίους· κατὰ γοῦν τὴν Αἰθιοπίαν μὴ ἐπιπνεῖν νότον, ἀλλὰ καὶ κατωτέρω. Θαυμαστὸν δ' εἰ καθ' ἕκαστον κλίμα πνέοντος ἀνέμου, καὶ πανταχοῦ τοῦ ἀπὸ μεσημβρίας νότου προσαγορευομένου, ἔστι τις οἴκησις ἐν ᾗ τοῦτο μὴ συμβαίνει. Τοὐναντίον γὰρ οὐ μόνον Αἰθιοπία ἔχοι ἂν τὸν καθ' ἡμᾶς νότον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνωτέρω πᾶσα μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ. [s] Εἰ δ' ἄρα, τοῦ Ἡροδότου τοῦτ' ἐχρῆν αἰτιᾶσθαι ὅτι τοὺς Ὑπερβορέους τούτους ὑπέλαβε λέγεσθαι, παρ' οἷς ὁ βορέας οὐ πνεῖ· καὶ γὰρ εἰ οἱ ποιηταὶ μυθικώτερον οὕτω φασίν, [t] οἵ τ' ἐξηγούμενοι [u] τῷ ὑγιῶς ἂν ἀκούσαιεν, Ὑπερβορέους τοὺς βορειοτάτους φασὶ λέγεσθαι· ὅρος δὲ τῶν μὲν βορείων ὁ πόλος, τῶν δὲ νοτίων ὁ ἰσημερινός, καὶ τῶν ἀνέμων δ' ὁ αὐτὸς ὅρος. Ἑξῆς δὲ λέγει πρὸς τοὺς φανερῶς πεπλασμένα καὶ ἀδύνατα λέγοντας· τὰ μὲν γὰρ ἐν μύθου σχήματι, τὰ δ' ἱστορίας· περὶ ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, οὐδ' ἐκεῖνον ἐχρῆν ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ φλυάρους [x] ἐπισκοπεῖν. Ἡ μὲν οὖν πρώτη διέξοδος αὐτῷ τῶν ὑπομνημάτων τοιαύτη.

---

[r] καὶ ὁμοίαν.] Legit Casaubonus ἴσην καὶ ὁμοίαν, vel censet tollendum esse καὶ: quod judicio lectorum permittimus.

[s] Εἰ δ' ἄρα, τοῦ Ἡροδότου τοῦτ' ἐχρῆν.] Casaubonus legendum censet Εἴ τι ἄρα τοῦ Ἡροδότου, τοῦτ' ἐχρῆν, &c. Lectio recepta sana est, atque adeò neutiquam mutanda contra librorum fidem.

[t] οἵ τ' ἐξηγούμενοι.] Emendat Casaubonus, οἵ γ' ἐξηγούμενοι.

[u] τῷ ὑγιῶς.] Sic ms. Regius. Vulgò τὸ ὑγιές.

[x] ἐπισκοπεῖν.] Ea est codicis Regii lectio: vulgata, σκοπεῖν.



historiæ propriè ad totius terræ ambitum in universum pertinent.

Referat nunc se eò nostra unde egressa est oratio, & persequamur. [89] Dixerat Herodotus nullos esse Hyperboreos, nam ne Hypernotios quidem esse. Id argumentum Eratosthenes simile ait esse cavillo isti, quo negantur esse qui malis alienis gaudeant, quia non sint qui bonis alienis gaudeant. Fortassis etiam [90] esse Hypernotios: nam in Æthiopiâ & locis adhuc inferioribus non spirare austrum. Atqui mirum est, cùm in quovis climate ventus spiret, & ubique is qui flat à meridie auster vocetur, esse aliquam habitationem hujus expertem. Contrà enim non modò Æthiopia nostrum sentit austrum, sed & superiores omnes usque ad æquinoctialem regiones. Quod cùm ita sit, id in Herodoto erat reprehendendum, quòd eos existimavit vocari Hyperboreos, apud quos non spiret boreas. Nam tametsi fabulosiùs poetæ ista dicunt, atque eorum interpretes, id tamen audiendum erat quod est rectius: scilicet Hyperborei, ut aiunt, ii dicuntur, qui maximè sunt omnium septentrionales: porrò septentrionalium terminus est polus, meridionalium æquinoctialis, idemque est ventorum terminus. Secundùm hæc Eratosthenes disputat contra eos, qui perspicuè falsa & impossibilia dixerunt, sive fabulæ, sive historiæ formâ: quæ quidem indigna sunt mentione, neque ipsum in talis tractatione materiæ decebat nugas referre. Hæc ergo est primi ejus commentariorum explicatio.

---

[89] *Dixerat Herodotus.*] Lib. IV, cap. 36.

[90] *esse Hypernotios.*] Totâ hâc disputatione intelligitur hanc fuisse veterum sententiam ut eos Hypernotios appellarent quos ultra eam terræ partem habitare existimabant à quâ spirat notus; sic & Hyperboreos, quos ultra eam partem amandabant à quâ boreas: quod meritò explodit Strabo noster.



ΚΕΦ. Δ.

Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ πειρᾶται διόρθωσίν τινα ποιεῖσθαι τῆς γεωγραφίας, καὶ τὰς ἑαυτοῦ λέγειν ὑπολήψεις· πρὸς ἃς πάλιν εἰ ἔστι τις ἐπανόρθωσις, πειρατέον προσφέρειν. Τὸ μὲν οὖν τὰς μαθηματικὰς ὑποθέσεις ἄγειν, καὶ φυσικάς, εὖ λέγεται· καὶ ὅτι εἰ σφαιροειδὴς ἡ γῆ καθάπερ καὶ ὁ κόσμος, περιοικεῖται, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα. Εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, [y] οὐχ ὁμολογοῦσιν. Οἱ ὕστερον δ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν, ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων, προσχρῆται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος, ἐπὶ τοῦ διὰ Μερόης καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Βορυσθένους μεσημβρινοῦ, μικρὸν παραλλάττειν φήσας παρὰ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πλειόνων· καὶ δεικνὺς, ὅτι σφαιροειδὴς καὶ ἡ γῆ σὺν τῇ ὑγρᾷ φύσει, καὶ ὁ οὐρανὸς, ἀλλοτριολογεῖν ἂν δόξειεν· ἀρκεῖ γὰρ τὸ ἐπὶ μικρόν.

Ἑξῆς δὲ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζων φησὶν, ἀπὸ μὲν Μερόης [z] ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ μέχρι Ἀλεξανδρείας, εἶναι μυρίους· ἔνθεν δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, [a] περὶ ὀκτακισχιλίους ἑκατόν· εἶτ' εἰς Βορυσθένη πεντακισχιλίους· εἶτ' ἐπὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ Θούλης (ἥν φησι Πυθέας ἀπὸ μὲν τῆς Βρετανικῆς ἓξ ἡμε-

[y] οὐχ ὁμολογοῦσιν. Οἱ ὕστερον δ' ἐπαινοῦσι.] Multa hic immutat Casaubonus ex conjecturis. Consentiunt autem omnes libri in lectionem vulgatam. Sed cùm Casaubonus animadvertisset Eratosthenicas dimensiones à quibusdam reprehensas fuisse, atque id testari Strabonem ipsum, l. II, totum hunc locum sic legere jussit: οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, οὐδ' ἐπαινοῦσι, &c. Verùm & Plinius, lib. II, cap. 108, cunctis probatas asserit Eratosthenicas terrarum orbis dimensiones; & Tullius eum ipsum ducem sibi proposuerat in geographicis, etsi à Serapione & Hipparcho reprehensum fateatur, epist. 6, lib. II ad Atticum. Quæ cùm ita sint, lectionem codicum retinere nihil vetat.

[z] ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ.] Scitè conjecit Casaubonus legendum esse ἐπὶ,

CAPUT IV.

Secundus liber Eratosthenicæ geographiæ expenditur. 1. *De dimensione terræ totius.* 2. *De dimensione latitudinis terræ habitabilis.* 3. *De divisione terræ habitabilis.*

SECUNDO libro quamdam molitur geographiæ correctionem, & suas proponit sententias: quibus ipsis an aliqua possit adhiberi emendatio, tentandum est. Id quidem rectè dicitur, quòd mathematica & physica postulata sint usurpanda: & quòd terra per orbem inhabitetur, siquidem sicut totum universum, ipsa quoque globi habeat figuram, aliaque id genus. Utrùm verò ea sit, quam ipse ponit, quantitas, non convenit inter scriptores: posteriores quidem dimensionem ejus laudant: tamen Hipparchus ad annotanda, quæ secundùm habitationes diversa in rebus cœlestibus observantur, adhibens ab eo tradita intervalla, in Meroës, Alexandriæ & Borysthenis meridiano, eum nonnihil ait à vero deviasse. Deinceps de figurâ pluribus disserit: ac demonstrans terram, unà cum aquæ elemento, globum constituere, sicut cœlum, videtur [91] extra propositum vagari. Hæc enim oportuit expedire paucis.

Porrò latitudinem terræ definiens juxta meridianum circulum qui per Meroën transit, à Meroë ad Alexandriam pronunciat esse CCIƆƆ stadia: deinde ad Hellespontum ad VIII CIƆ atque C stadia: hinc ad Borysthe-

---

non ἀπὸ, ut in editis. Familiaris Straboni locutio hæc. Conjecturam Casauboni asserit mſ. Mediceus, quo vindice & Græca & Latina emendavimus.

[a] περὶ ὀκτακισχιλίους ἑκατόν.] Addunt editi σαδίους. Vox supervacanea quam ignorat codex Regius.

---

[91] *extra propositum vagari*, &c.] Hæc nobis videtur fuisse mens Strabonis. Vertit autem Xylander; *videtur aliena loqui: sufficit enim non multùm ab eâ formâ esse.* Quod neminem probaturum esse credimus.

ρῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, ἐγγὺς δ' εἶναι τῆς πεπηγυίας θαλάττης) ἄλλους ὡς μυρίους χιλίους πεντακοσίους. Ἐὰν οὖν ἔτι προσθῶμεν ὑπὲρ τὴν Μερόην, ἄλλους τρισχιλίους τετρακοσίους, ἵνα καὶ τὴν [b] τῶν Αἰγυπτίων νῆσον ἔχωμεν, καὶ τὴν κινναμωμοφόρον, καὶ τὴν Ταπροβάνην, ἔσεσθαι σταδίους τρισμυρίους ὀκτακισχιλίους.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα διαστήματα δεδόσθω αὐτῷ· ὡμολόγηται γὰρ ἱκανῶς· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ἐπὶ τὸν διὰ Θούλης κύκλον, τίς ἂν δοίη νοῦν ἔχων; Ὅτε γὰρ ἱστορῶν τὴν Θούλην Πυθέας ἀνὴρ ψευδέστατος ἐξήτασται· καὶ οἱ τὴν [c] Βρετανικὴν καὶ Ἰέρνην ἰδόντες, οὐδὲν περὶ τῆς Θούλης λέγουσιν, ἄλλας νήσους λέγοντες μικρὰς περὶ τὴν Βρετανικήν. [d] Αὕτη τε ἡ Βρετανικὴ, τὸ μῆκος [e] ἴσως πώς ἐστι τῇ Κελτικῇ παρεκτεταμένη, τῶν πεντακισχιλίων οὐ μείζων σταδίων, καὶ τοῖς ἄκροις τοῖς ἀντικειμένοις ἀφοριζομένη. Ἀντίκειται γὰρ ἀλλήλοις, τά, τε ἑῷα ἄκρα τοῖς ἑῴοις, καὶ τὰ ἑσπέρια τοῖς ἑσπερίοις· καὶ τά γε ἑῷα ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ μέχρις ἐπόψεως, τό, τε Κάντιον, καὶ αἱ τοῦ Ῥήνου ἐκβολαί. Ὁ δὲ, πλειόνων ἢ δισμυρίων ἀποφαίνει τὸ μῆκος τῆς νήσου, καὶ τὸ Κάντιον ἡμερῶν τινων πλοῦν ἀπέχειν τῆς Κελτικῆς φησι. Καὶ τὰ περὶ τοὺς [f] Ὠστιαίους δὲ, καὶ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου τὰ μέχρι Σκυθῶν, πάντα κατέψευσται τῶν τόπων. Ὅστις οὖν περὶ τῶν γνωριζομένων τόπων τοσαῦτα ἔψευσται, σχολῇ γ' ἂν περὶ τῶν ἀγνοουμένων παρὰ πᾶσιν ἀληθεύειν δύναιτο.

Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον, τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρετανικῆς εἰκάζουσιν Ἵππαρχός τε καὶ ἄλλοι, ἐκ τοῦ τὸν

[b] τῶν Αἰγυπτίων νῆσον.] Veteres editi νήσων. Rectè Caſaubonus νῆσον reſtituit, & ſic legerat vetus interpres. Sic quoque ferunt mſſ. Regius & Mediceus. Sic ipſe Strabo lib. XVII.

[c] Βρετανικὴν καὶ Ἰέρνην.] Sic ſcribimus poſt Caſaubonum. Monemus tamen non in editis tantùm ſed & in mſſ. deeſſe καὶ, quod excidiſſe ſatis ſuadet phraſis ipſa.

[d] Αὕτη τε ἡ Βρετανική.] Editi Αὕτη τε καὶ ἡ Βρετανική. Scilicet conjunctio καὶ quam in notâ præcedenti abſentem querebamur, hic abundat. Eam autem hoc in loco non agnoſcit Mediceus codex.

[e] ἴσως πώς.] Sic ex codice Mediceo & Regio repoſuimus. Vulgata lectio ἴση πώς.

[f] Ὠστιαίους.] Mſ. Regius Ὠστιδίους. Sic & in codice Mediceo priori manu ſcriptum fuiſſe teſtatur Abrah. Gronovius. Vulgatam lectionem retinuimus; tum quia videtur, conſultâ atque exploratâ re, vocem eam adſcriptam fuiſſe ab eo

nem

nem ꟾↄↄ, deinde ad circulum, qui per Thulen transit (quam Pytheas à Britanniâ insulâ ait sex dierum navigationem abesse versùs septentrionem, vicinam congelato mari) alia ccꟾↄↄ cꟾↄ ꟾↄ stadia: quòd si adhuc addamus ultra Meroën alia III cꟾↄ cccc stadia, ut etiam [92] Ægyptiorum insulam, Cinnamomiferam regionem, ac Taprobanam complectamur, fore in universum stadia XXXVIII*es* millia.

Ac reliqua sanè intervalla, quia satis de iis convenit, concedamus ita habere. Quis autem mentis compos intervallum quod à Borysthene ad Thulen ponit, pro vero judicabit, cùm & Pytheas, qui Thules historiam retulit, homo mendacissimus sit inventus: & qui [93] Britanniam & Hiberniam viderunt, nihil de Thule dicant, sed alias quasdam parvas circa Britanniam insulas commemorent? Et ipsa Britannia longitudine ferè æqualis est Celticæ juxta porrectæ, non ampliùs ꟾↄↄ stadiorum, atque extremitatibus oppositæ regionis definitur: opponuntur enim invicem orientales orientalibus, atque occiduæ occidentalibus: adeóque orientales propinquæ invicem sunt ita, ut altera ab alterâ conspici possit, Cantium inquam & Rheni ostia. At ille insulam XX stadiorum millibus longiorem facit, aitque Cantium aliquot dierum navigatione abesse à Celticâ. De Ostiæis etiam, & quæ trans Rhenum sunt ad Scythiam usque locis, omnia falsa perhibuit, ut qui tam multa de iis mentitus sit quæ nota sunt omnibus, non facilè videatur de iis vera traditurus quæ ab omnibus ignorantur.

Jam parallelum qui per Borysthenem transit, eundem

---

qui Mediceum codicem ad fidem meliorum codicum recensuit, tum quia apud Stephanum Geographum legimus Ὠστιαίους à Pytheâ appellatos ad oceanum occidentalem populos, qui ab aliis Ὠστίωνες vocantur.

---

[92] *Ægyptiorum insulam.*] Xylander vertit, *Ægyptias insulas*; legebat enim νήσων pro νῆσον. De Insulâ Ægyptiorum, supra Meroen sitâ, vide Strabonem, lib. XVII. Mirum sanè Xylandrum fateri se nescire quid hìc intelligatur per *Ægyptiorum insulam*, qui Strabonem non modò totum evolvit, sed interpretatus est.

[93] *Britanniam & Hiberniam.*] Interpretes vertunt *Iberniam Britannicam:* legunt enim, ut in omnibus libris scriptum est, Βρεττανικὴν ἰέρνην. Sed inter utramque vocem supplenda est vox καὶ (&) sicut ad Græca monuimus.

αὐτὸν εἶναι, καὶ τὸν παρὰ Βυζαντίου, τῷ παρὰ Μασσαλίας· ὃν γὰρ λόγον εἴρηκε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιὰν, τὸν αὐτὸν καὶ Ἵππαρχος κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν εὑρεῖν ἐν τῷ Βυζαντίῳ φησίν· ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰς μέσην τὴν Βρετανικὴν, οὐ πλέον ἐστὶ τῶν πεντακισχιλίων σταδίων· ἀλλὰ μὴν ἐκ μέσης τῆς Βρετανικῆς οὐ πλέον τῶν τετρακισχιλίων προελθὼν, εὕροι ἂν οἰκήσιμον ἄλλως πως· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ περὶ τὴν Ἰέρνην· ὥστε τὰ ἐπέκεινα εἰς ἃ ἐκτοπίζει τὴν Θούλην, οὐκέτ' οἰκήσιμα. Τίνι δ' ἂν καὶ στοχασμῷ λέγοι τὸ ἀπὸ τοῦ παρὰ Θούλης ἕως τοῦ παρὰ Βορυσθένους μυρίων καὶ χιλίων πεντακοσίων, οὐχ ὁρῶ.

Διαμαρτὼν δὲ τοῦ πλάτους, ἠνάγκασται καὶ τοῦ μήκους ἀστοχεῖν· ὅτι μὲν γὰρ πλέον ἢ διπλάσιον τὸ γνώριμον μῆκός ἐστι τοῦ γνωρίμου πλάτους, ὁμολογοῦσι καὶ οἱ ὕστερον καὶ τῶν ἄλλων οἱ χαριέστατοι· λέγω δὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰβηρίας, [5] τοῦ δ' Αἰθιόπων ἕως τοῦ κατὰ Ἰέρνην κύκλου. Ὁρίσας δὲ τὸ λεχθὲν πλάτος, τὸ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων Αἰθιόπων μέχρι τοῦ διὰ Θούλης, ἐκτείνει πλέον ἤδη τὸ μῆκος, ἵνα ποιήσῃ πλέον ἢ διπλάσιον τοῦ λεχθέντος πλάτους. Φησὶ δ' οὖν, τὸ μὲν τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ στενώτατον, σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων· τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀκρωτήρια τεῖνον, τρισχιλίοις εἶναι μεῖζον· τὸ δὲ ἔνθεν ἐπὶ Κασπίους πύλας μυρίων τε καὶ τετρακισχιλίων· εἶτ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, μυρίων· ἐπὶ δὲ τὸν Νεῖλον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου πεντακισχιλίων· ἄλλους δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους μέχρι Κανωβικοῦ στόματος· εἶτα μέχρι τῆς Καρχηδόνος μυρίους τρισχιλίους πεντακοσίους· εἶτα μέχρι στηλῶν ὀκτακισχιλίους

5 *τοῦ δ' Αἰθιόπων.*] Id est ἀπὸ τοῦ Αἰθιόπων. In editis deest particula δὲ, quâ deficiente fit truncus sermo. De cætero sententia plana. Restituebat Casaubonus, ἀπὸ τῶν ἐσχάτων Αἰθιόπων, quod quidem eodem recidit, sed majori dispendio.

94 *quam Eratosthenes umbræ ad gnomonem rationem Massiliæ adscripsit.*] Vereor vehementer ne hîc Xylander erraverit, cùm hanc observationem ad Eratosthenem refert; id enim observasse Pytheam novimus. Strabo neque

esse cum Britannico Hipparchus aliique inde conjiciunt, quòd idem parallelus est Byzantii ac Massiliæ: nam [94] quam Eratosthenes umbræ ad gnomonem rationem Massiliæ adscripsit, eandem se sub ejusdem nominis tempus Byzantii observasse Hipparchus scribit. Jam à Massiliâ in mediam Britanniam non ampliùs est IↃↃ stadiis. Atqui è Britanniâ mediâ non ampliùs IV stadiorum progressus millia, terram inveniet [95] quæ vix habitari possit (& hæc erit circa Hiberniam) ita ut ulteriora in quæ ille Thulen rejicit, non jam habitari possint. Quâ etiam ductus conjecturâ dixerit inter Thules & Borysthenis circulum CCIↃↃ ac CIↃIↃ stadia interesse, non video.

Cæterùm à latitudine aberrans, necessariò etiam in longitudine designandâ est allucinatus. Nam cognitam longitudinem cognitâ latitudine duplo esse ampliorem, cùm posteriores, tum reliquorum etiam elegantissimus quisque confitetur: ab extremis Indiæ usque ad ultimos Hispaniæ fines longitudinem: ab extremis Æthiopibus usque ad Thulen, latitudinem dico. Hanc ille postquam definiit, longitudinem porrò extendit, ut ampliùs duplâ ejus ad latitudinem efficiat proportionem. Itaque inquit, Indiam usque ad Indum fluvium, ubi est arctissima, porrigi per XVI stadiorum millia: quæ ad extremas pertinent partes, tribus stadiorum millibus ampliùs, inde ad Caspias usque portas, XIV millia: hinc ad Euphratem CCIↃↃ: ab hoc ad Nilum IↃↃ: rursum usque ad Canopicum ostium CIↃ IↃ: atque hinc Carthaginem usque XIII*es* millia: indeque ad columnas Herculis VIII minimùm millia: summam ergo fieri stadiorum LXX*es* millium & octingentorum: addendam verò adhuc esse Europæ curvitatem ex-

---

Pytheam eo loco nominat, neque Eratosthenem.

95 *quæ vix habitari possit, (& hæc erit circa Hiberniam.)*] Malè locum hunc acceperat Xylander. Οἰκήσιμον ἀθλίως, idem κακῶς, ἀθλίως, ut monuit Casaubonus, *regio malehabitabilis.* Confer quæ de his Strabo lib. II. Errorem verò Strabonis hîc notabimus, qui Hiberniam ultra Britanniam ad Boream collocat, cùm potiùs jaceat ad occasum.

τοὐλάχιστον· h ὑπεραίρει δὴ τὰς ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίοις· δεῖν δὲ ἔτι προσθεῖναι τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, ἀντικείμενον μὲν τοῖς Ἴβηρσι, προπεπτωκὸς δὲ πρὸς τὴν Ἑσπέραν, οὐκ ἔλαττον σταδίων τρισχιλίων· καὶ τὰ ἀκρωτήρια τά τε ἄλλα καὶ τὸ τῶν Ὠστιδαμνίων, ὃ καλεῖται i Κάλβιον, καὶ τὰς κατὰ τοῦτο νήσους, ὧν τὴν ἐσχάτην Οὐξισάμην φησὶ Πυθέας ἀπέχειν ἡμερῶν τριῶν πλοῦν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, τὰ τελευταῖα οὐδὲν πρὸς τὸ μῆκος συντείνοντα προσέθηκε τὰ περὶ τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ τῶν Ὠστιδαμνίων, καὶ τῆς Οὐξισάμης, καὶ ὧν φησι νήσων· ταῦτα γὰρ πάντα προσάρκτιά ἐστι, καὶ Κελτικὰ, καὶ οὐκ Ἰβηρικὰ, μᾶλλον δὲ Πυθέου πλάσματα. Προστίθησι τοῖς εἰρημένοις τοῦ μήκους διαστήμασιν, ἄλλους σταδίους δισχιλίους μὲν πρὸς τῇ δύσει, δισχιλίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, ἵνα σώσῃ τὸ k πλέον ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι·

Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλέον, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν διάστημα μεῖζον λέγειν· l κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν ἑσπέραν μακροτέραν εἶναι τὴν οἰκουμένην, τὴν γὰρ καθάπερ εἰρήκαμεν, ὡς οἱ μαθηματικοί φασι, κύκλον συνάπτειν, συμβάλλουσαν m ἑαυτὴν ἑαυτῇ· ὥστ' εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους ἐκώλυε, κἂν πλεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰνδικὴν διὰ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, τὸ λοιπὸν

---

h ὑπεραίρει δὴ τὰς ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίοις.] Lege ἑξ μυριάδων: quod ex additis numeris supra recensitis absque omni controversiâ deprehenditur. Et certè si ad 70800 stadia longitudo habitabilis terræ ex intervallis memoratis porrigeretur, non ita sudasset Eratosthenes, ut huic longitudini adderet ultra septem stadiorum millia, quibus posset ejusdem terræ latitudinis semissem superare. Ea enim latitudo juxta Eratosthenem 34600 stadiorum fuit; quæ si duplicaveris, 69200 efficies. Ergo duobus vel tribus ad summum additis stadiorum millibus, quæ Eratostheni occidua Europæ promontoria ministrabant, latitudo terræ habitabilis fiebat plusquam duplo major longitudine; ac proinde nihil fuisset cur adeò temerariis assertionibus orbem nostrum in ortum & occasum distendisset.

i Κάλβιον.] MS. Regius Κάβλιον, & sic Mediceus. De hâc lectione fusiùs infrà ad lib. IV.

k πλέον ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι.] Ex iis quæ præcedunt sententia plana est; mendosus verò locus in codicibus omnibus seu editis seu manu exaratis. Restituit Casaubonus οὐ πλέον, &c. Quidni restituatur πλέον ἥμισυ. τὸ μῆκος τοῦ πλάτους. Rem arbitrio lectoris relinquimus.

l κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι, &c.] Loco

tra columnas, quæ Hiſpanis oppoſita vergit ad occaſum, non minor tribus ſtadiorum millibus, & extremitates cùm alias, tum Oſtidamniorum, quod appellatur Calbium, eique adjacentes inſulas, quarum ultimam Uxiſamam Pytheas ait abeſſe tridui navigatione. Hæc ille differens, ultima iſta nihil ad longitudinem pertinentia adjecit de promontoriis, & Oſtidamniis & Uxiſamâ, ac quas memorat inſulis: atque hæc versùs ſeptentrionem ſita, & Celtica ſunt, non Hiſpanica: imò Pytheæ potiùs ſunt figmenta. Deinde ad hæc longitudinis ſpatia alia duo ſtadiorum millia occidenti, totidem orienti adjicit, ut latitudinem longitudinis non æquare ſemiſſem teneat.

Pluribus deinde verbis perſuadere nititur naturâ ita eſſe comparatum, ut intervallum ab ortu ad occaſum reliquo ſit majus: id quoque addit, terræ habitatæ eandem eſſe naturam: ut ab oriente in occidentem longius ſit intervallum, [96] eam enim, ſicut ante cum mathematicis diximus, circulum referre atque in ſeipſum redire: itaque niſi Atlantici maris obſtaret magnitudo, poſſe nos navigare per eundem parallelum ex Hiſpaniâ in Indiam id quod re-

---

interpretibus deſperatiſſimo medicam auſi ſumus admovere manum. Scribunt editi: κατὰ φύσιν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν ἑσπέραν μακροτέραν. εἶναι τὴν οἰκουμένην, καθάπερ εἰρήκαμεν, ὡς οἱ μαθηματικοί φησι, &c. Xylander & Caſaubonus hæc ita manca & lacera judicaverunt, ut ipſis vel ſolitum defuerit conjecturarum ſubſidium. Nos pauciſſimis mutatis aut additis, phraſim reſtitui poſſe ſperamus; neque ex conjecturis tantùm, ſed & ex codicum mſſ. fide. 1°. Legimus κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι. Vox φησὶν exciderat ex editis, & hanc nobis ſuppeditavit mſ. Regius. 2°. τὴν γὰρ καθάπερ εἰρήκαμεν. Fatemur verba τὴν γὰρ deeſſe in ſcriptis & editis, nec aliunde nos niſi ex conjectatione ſuppleviſſe. Sed ea tam enixè poſtulant & phraſis ipſa, & quæ ſequuntur, ut quaſi jure poſtliminii videantur revocanda. 3°. ὡς μαθηματικοὶ φασί. Sic legere jubet vetus interpres, non φησὶ, ut editi exhibent. His admiſſis locum ſanum feciſſe confidimus, nec deinceps aliquid obſcuri in ipſo ſupereſſe.

[m] αὐτὴν ἑαυτῇ.] Codex Regius αὐτὴν ἑαυτῇ.

---

96 *eam enim, ſicut ante cum mathematicis diximus.*] Vertimus juxta reſtitutionem noſtram, de quâ vide notas noſtras ad Græca. Ipſam autem Eratoſthenis ſententiam enucleatiùs declaramus in notis noſtris ad Strabonem Gallicum.

μέρος, παρὰ τὸ λεχθὲν διάστημα, ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος ἂν τοῦ ὅλου κύκλου· εἴπερ ὁ διὰ Θινῶν ἐλάττων ἐστὶν εἴκοσι μυριάδων· ὅσου πεποιήμεθα τὸν εἰρημένον σταδιασμὸν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Ἰβηρίαν.

Οὐδὲ ταῦτα οὖν εὖ λέγει· οὗτος γὰρ ὁ λόγος τὰ τῆς μὲν περὶ εὐκράτου, καὶ καθ' ἡμᾶς ζώνης λέγοιτ' ἂν κατὰ τοὺς μαθηματικούς, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη ἐστί· [n] περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης, οὐκέτι· καλοῦμεν γὰρ οἰκουμένην ἣν οἰκοῦμεν, καὶ γνωρίζομεν· ἐνδέχεται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ εὐκράτῳ ζώνῃ, καὶ δύο οἰκουμένας εἶναι, [o] ἢ καὶ πλείους, [p] εἰ ἢ καὶ μάλιστα ἐγγὺς τοῦ διὰ Θινῶν κύκλου τοῦ διὰ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους γραφομένου. Πάλιν δὲ ἐπιμένων τῇ περὶ τοῦ σφαιροειδῆ τὴν γῆν εἶναι ἀποδείξει, τῆς αὐτῆς ἐπιτιμήσεως ἂν τυγχάνοι. Ὡς δ' αὔτως καὶ πρὸς τὸν Ὅμηρον οὐ παύεται περὶ τῶν αὐτῶν διαφερόμενος.

Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν ἠπείρων εἰπὼν γεγονέναι πολὺν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτάς, τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ταναΐδι, νήσους ἀποφαίνοντας, τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Κασπίας, καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, καὶ τῷ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς, καὶ τοῦ ἐκρήγματος· τοὺς δὲ [q] χεῤῥονήσους αὐτὰς λέγειν· οὐχ ὁρᾶν φησι πῶς ἂν εἰς πράγματα [r] καταστρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων μᾶλλον κατὰ Δημόκριτον εἶναι· μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὅρων καθάπερ Κολυττοῦ,

n περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης, οὐκέτι.] Sic ex conjecturis Casauboni emendamus. Vox οὐκέτι deest in mss. & editis; at eam vindicat argumentationis series. Arguit enim Eratosthenem Strabo, eo quòd quæ de totâ zonâ temperatâ dici possunt, ad solam terram habitabilem nostram transtulerit.

o ἢ καὶ πλείους.] Lectio optima quam afferunt mss. Regius & Mediceus, suffragante veteri interprete. Vulgo καὶ καὶ πλείους.

p εἰ ἢ καὶ μάλιστα ἐγγύς.] Ex editis vox ἢ excidit, quam indicat interpres vetus, & exhibet Mediceus codex.

q χεῤῥονήσους.] Ms. Regius χερσονήσους.

r καταστρέφοι.] Sic ms. Regius; & ita legisse videtur vetus interpres. Editio Basiliensis καταστρέφοιο. Hinc posteriores editi καταστρέφοιτο.

97 *totius circuli trientem excedit.*] Nimirum hujus circuli qui per Thinas ducitur; is enim est 200000 stadiorum; & juxta Eratosthenem, intervallum ab extremis Indiæ partibus ad Iberiam extremam, per eundem parallelum, stadia excedebat 76000, ut paulò supra dictum est.

liquum est ultra dictam distantiam, quod [97] totius circuli trientem excedit: siquidem circulus per Thinas ductus minor est ducentis milliaribus, ubi nos stadia dimensi sumus ex Indiâ in Hispaniam.

Ne hæc igitur rectè dicit. [98] Namque hæc argumentatio rectè juxta mathematicos adhibebitur de temperatâ seu nostrâ zonâ, de terrâ autem habitabili non item. Docemus enim terram habitabilem, eam quam inhabitamus & notam habemus: possunt autem in eâdem temperatâ zonâ [99] duæ habitabiles terræ esse, [100] imò & plures, [1] præsertim proximè ad circulum qui per Thinas describitur & per mare Atlanticum. Rursum deinde insistens demonstrationi de terræ formâ, quam globum referre ait, eandem meretur reprehensionem. Itemque quòd nullum finem facit Homerum iisdem de rebus impugnandi.

Deinde ostendit varias de continentium distinctione sententias fuisse, alios eas fluviis divisisse, Nilo ac Tanai, itáque insulas effecisse: alios isthmis qui sunt inter Caspium ac Ponticum mare, & [2] inter Rubrum mare ac rupturam, & sic eas pro peninsulis habere. Ad hæc ille ait se non videre quomodo ea quæstio ad rem pertineat, sed eam tantùm esse hominum altercantium litem, secun-

---

98 *Namque hæc argumentatio*, &c.] Juxta Xylandrum, locus hic mutilus & *miserabiliter confusus Delium requirebat natatorem*. Hunc ex Casauboni conjecturis emendavimus, & ad ipsius mentem interpretati sumus, missâ, confusâ certè miserabiliter, Xylandri interpretatione.

99 *duæ habitabiles terræ.*] Terrarum habitabilium nomine hìc intelligit Strabo magna terrarum habitatarum spatia vasto mari dissita, & ita omni commerciorum communione prohibita, ut nequidem alia aliis innotescant; quorum tunc sanè fuit America.

100 *imò & plures.*] Xylander vertit *vel plures semper*; legebat enim ἀεὶ καὶ πλείους. Vox ἀεὶ spuria, quæ Casaubonum valdè torsit. Eam, jubente mss. Regio, ablegavimus, & ipsi legitimam substituimus lectionem.

1 *præsertim proximè ad circulum*, &c.] In his omnibus cœcutiit Xylander, ut ipse fassus est. Nos ejus interpretationem sanare conati sumus.

2 *inter Rubrum mare ac rupturam.*] Xylander vocem ἔκρηγμα *rupturam* vertit. Plinius, lib. v, cap. 13, *Sirbonis emersum* vocat. Os Sirbonis lacus est, quo se in mare exonerabat, fortè proprio nomine efferendum *ecregma*. Monemus hìc nos Xylandrinæ interpretationi manum admovisse, cùm hæc omnia non assecutus esset.

καὶ Μελίτης (οἷον στηλῶν ἢ περιβόλων,) τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι τοῦτο μέν ἐστι Κολυττὸς, τοῦτο δὲ Μελίτη, τοὺς ὅρους δὲ μὴ ἔχειν εἰπεῖν. Διὸ καὶ συμβαίνει κρίσις πολλάκις περὶ χωρίων τινῶν· καθάπερ Ἀργείοις μὲν, καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ Θυραίας, Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς, περὶ Ὠρωποῦ. [s] Ἄλλως τε τοὺς Ἕλληνας τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι, οὐκ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀποβλέψαντας, ἀλλ' εἴς τε τὴν σφετέραν, καὶ τὴν ἀπαντικρὺ τὴν Καρικὴν, ἐφ' ἧς νῦν Ἴωνες, καὶ οἱ ἑξῆς· χρόνῳ δὲ ἐπιπλέον προϊόντας ἀεὶ καὶ πλειόνων γνωριζομένων χωρῶν, εἰς τοῦτο καταστρέψαι τὴν διαίρεσιν.

Πότερον οὖν οἱ πρῶτοι διορίσαντες τὰς τρεῖς (ἵνα ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἄρξωμαι [t] διαιτῶν τὴν ἔριν, μὴ κατὰ Δημόκριτον, ἀλλὰ κατ' αὐτὸν) οὗτοι ἦσαν οἱ πρῶτοι τὴν σφετέραν ἀπὸ τῆς ἀντικειμένης τῆς τῶν Καρῶν διορίσαι ζητοῦντες· ἢ οὗτοι μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐπενόουν μόνην, καὶ τὴν Καρίαν, καὶ τὴν ὀλίγην τὴν συνεχῆ· οὔτε δ' Εὐρώπην, οὔτε Ἀσίαν, οὔτε Λιβύην ὡσαύτως· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπιόντες ὅσην ἱκανοὶ ἐπιγράψαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπίνοιαν, οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τρία μέρη διαιροῦντες; Πῶς οὖν οὐ τῆς οἰκουμένης ἐποιοῦντο διαίρεσιν; Τίς δὲ τρία μέρη λέγων, καὶ καλῶν ἤπειρον ἕκαστον τῶν μερῶν, οὐ προσεπινοεῖ τὸ ὅλον οὗ τὸν μερισμὸν ποιεῖται; [u] Εἰ δ' ἐπινοεῖ μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην, μέρους δέ τινος τὸν μερισμὸν αὐτῆς ἐποιεῖτο, τίνος ἄν τις μέρους τῆς οἰκουμένης μέρος εἶπε τὴν Ἀσίαν, ἢ τὴν Εὐρώπην, ἢ ὅλως ἤπειρον; Ταῦτα γὰρ εἴρηται παχυμερῶς.

---

[s] Ἄλλως τι.] Monet Casaubonus in quibusdam veteribus libris ante hæc verba legi: καὶ τοιαῦτα τινα ἐπειπὼν ἀναιρέπει καὶ αὐτὰ ὡς οὐκ ὀρθῶς ῥηθέντα. Sanè spuria hæc verba, quibus non contaminatus fuit Regius codex, adscripta alicujus codicis margini ab uno è scholiastarum familiâ, postmodùm in contextum irrepserunt.

[t] διαιτῶν.] Ms. Regius διαιτῶντες, & sic exhibent veteres editi. Rectè Xylander reposuit διαιτῶν, cùm vox ea necessariò referatur ad vocem ἄρξωμαι.

[u] Εἰ δ' ἐπινοεῖ μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην.] Plaudit sibi Xylander quòd vocem μὴ sustulerit. Confidentiùs me herclè. Vocem hanc exhibent & codices editi veteres, & ms. Regius, atque ipsa phrasis vindicat. Ergo eam securo animo reponimus. Mirum sanè Casaubonum hæc non monuisse.

dùm

dùm Democriti illud. Non posse enim præcisè eas distingui, cùm non possint certi termini nominari, ut columnæ, verbi gratiâ, aut mœnia: quo modo inter [3] Colyttum & Melitem distinguimus, atque hoc esse Colyttum, illud Melitem pronunciamus. Eandem causam esse quòd sæpe de quibusdam locis orta est controversia, ut Argivis ac Spartanis [4] de Thyreâ: Atheniensibus ac Bœotis [5] de Oropo. Ipsos verò alioqui Græcos tres continentes nominasse, non respectu terræ habitatæ, sed suæ & ejus quæ opposita est, Caricæ nimirum, in quâ nunc Iones ac ceteræ gentes degunt: successu deinde temporis paulatim eos ulteriùs progressos, plures regiones cognovisse, tandemque in istâ substitisse divisione.

Utrùm ergo, ii qui principes trium continentium divisionem instituerunt (ut à primis ordiar, litemque non secundùm Democritum, sed ipsum Eratosthenem disceptem) isti erant, qui primò suam terram ab oppositâ Carum terrâ distinguere voluere: [6] aut illi quidem ad Græciam & Cariam, & ad pauca ei contingua respexerunt, neutiquam verò ad Europam, Asiam, & Africam: reliqui autem ad terram habitabilem respicientes quantam describere valuerunt, ii demum auctores sunt hujus in tres portiones divisionis? Jam quomodo non instituerunt ii terræ habitatæ partitionem? Quis autem tres statuit partes, & partium unamquamque nomine continentis appellat, qui non priùs totum animo conceperit cujus partitionem aggreditur? Quòd si non respexit ad totam habitabilem terram, sed tantummodò partem ejus aliquam dividere instituit, scire velim cujus partis terræ habitatæ Asia, Europa, aut denique continens pars sit. Hæc ergo pingui Minervâ dixit.

---

3 *Colyttum & Melitem.*] Atheniensium vici contigui Colyttus & Melite. Adi Sponium, ubi de variâ ratione scribendi vocem *Colyttus*.

4 *de Thyreâ.*] Vide Pausan., lib. II, cap. ult.

5 *de Oropo.*] Pausan., l. I, cap. 34.

6 *aut illi quidem*, &c.] In totâ hâc disputatione nihil vidit Xylander. Interpretationem hujus loci instaurare coacti sumus. Sana tamen omnia sunt, nec sententia ambigua. Multò felicior in his vertendis fuit vetus interpres.

Ἔτι δὲ παχυμερέστερον τὸ φήσαντα μὴ ὁρᾶν [x] καταστρέφειν εἴς τι πραγματικὸν τὸ τοὺς ὅρους ζητεῖν, παραθεῖναι τὸν Κολυττὸν καὶ τὴν Μελίτην, εἶτ' εἰς τἀναντία περιτρέπεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ περὶ Θυρέας καὶ Ὠρωποῦ πόλεμοι διὰ τὰς τῶν ὅρων ἀγνοίας ἀπέβησαν, εἰς πραγματικόν τι καταστρέφον, τὸ διαχωρίζειν τὰς χώρας· ἢ τοῦτο [y] λέγειν, ὡς ἐπὶ μὲν τῶν χωρίων, καὶ νὴ Δία τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν πραγματικὸν, τὸ διορίζειν ἀκριβῶς, ἐπὶ δὲ τῶν ἠπείρων περιττόν. Καίτοι, οὐδὲ ἐνταῦθα ἧττον οὐδέν· γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τούτων ἡγεμόσι μεγάλοις ἀμφισβήτησις· τῷ μὲν ἔχοντι τὴν Ἀσίαν, τῷ δὲ τὴν Λιβύην, ὁποτέρου δή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, δηλονότι ἡ κάτω λεγομένη τῆς Αἰγύπτου χώρα. [z] Κατάνας δέ τις τοῦτο διὰ τὸ σπάνιον, ἄλλως φατέον διαιρεῖσθαι τὰς ἠπείρους κατὰ μέγαν διορισμὸν, καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἀναφερόμενον· καθ' ὃν οὐδὲ τούτου φροντιστέον, εἰ οἱ τοῖς ποταμοῖς διορίσαντες ἀπολείπουσί τινα χωρία ἀδιόριστα· τῶν ποταμῶν μὴ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ διηκόντων, τὰς μὲν δὴ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους.

Ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος, οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος, εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους· καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις· βέλ-

---

x καταστρέφειν εἴς τι πραγματικόν.] Vulgo εἴς τι πραγματικὸν καταστρέφει. Legendum conjiciebat Casaubonus καταστρέφοι: docet nos Regius codex restituendum καταστρέφειν: quod facimus.

y λέγειν.] Emendat Casaubonus λέγει: suffragatur interpres vetus. Ad id nihil opis ferre potest mſ. Regius, cùm hoc loco integra linea omissa sit amanuensis incuriâ.

z Κατάνας δέ τις.] Vox ea κατάνας in omnibus libris legitur, quam tamen mendosam nemo non judicaverit. De eâ restituendâ, frustra cogitaverunt interpretes: ipsi Casaubono hæsit aqua. Vetus interpres verbum hoc effert quasi nomen proprium: *Catanas quidam.* Faceta solutio. Quod ad sententiam attinet, Xylander & Casaubonus putant eam esse: *ut istis omissis dicamus.* Ergo conjicere licuerit scriptum fuisse καταφρονήσας, quam vocem aliud agens librarius miserè decurtavit, ita ut eam in barbaram omnino vocem κατάνας contraxerit. Restat ut moneamus de genere loquendi quod quidem videtur Casaubono valdè insolens. Nominativum pendentem vocant grammaticorum filii, cujus exempla hîc congerere in promptu foret. Similia olim apud Lysiam observabamus, dùm ejus opera diurnâ manu versabamus & nocturnâ, de ipso plurima commentati, quæ tunc animus erat edere inter ea.

Illud adhuc rudius, quòd is ipse qui ait se non videre quomodo ad ullam rem conducere possit terminorum indagatio, Colyttum producit & Melitem, ac deinde in contrarium avertitur. Si enim de Thyreâ & Oropo bella ob finium ignorationem orta sunt, nimirum distinctio locorum pertinebit ad res gerendas: nisi fortassis dicat, loca, atque adeò singulis hoc in gentibus, distinguere, id quidem ad negocia tractanda facere, totam autem habitatam terram in continentes dividere, hoc esse rem supervacaneam. Atqui nihil minùs hîc est: nam summis imperatoribus eam ob rem possit controversia nasci, ut si alter Asiam possideat, Africam alter, ad utrum pertineat inferior, quæ vocatur, Ægyptus. Cæterùm hoc omisso, ut quod sit rarum, dicendum est, aliâs divisas esse continentes magnæ divisionis ratione, quæ totam habitatam terram respiciat, propter quam ne id quidem curandum sit, quòd qui fluviis eâ in re utuntur, quædam loca suâ divisione non comprehendunt, quia fluvii, 7 etsi non usque ad oceanum pertingant, continentes tamen, quasi veras insulas distermïnant.

In fine commentarii autem improbans eorum sententiam, qui universum genus humanum in duas dividunt partes, videlicet in Græcos & barbaros: & qui Alexandro


---

quæ de Græcorum oratorum vitis, institutis, & genere dicendi adornabamus; quorum duo tomi priores, abhinc annis decem, Gallicè prodierunt. Verùm ex eo tempore in diversa distracti studia, majora quidem & graviora, sed quæ severitatis habeat plurimùm, ab his mollioribus ac delicatioribus curis, & omni Musarum elegantiorum consuetudine penè descivimus; salvo tamen Strabonis nostri jure, cui, cùm prelo jam diù paratus esset, extremam, subsecivis horis, adhibere manum, religio nobis fuit.


---

7 *etsi non usque ad oceanum, &c.*] Xylandrinam interpretationem revocavimus ad mentem veteris interpretis, qui hunc locum multò meliùs accepit quam Xylander, ipso Casaubono judice. Xylander vertit: *quòd qui fluviis eâ in re utuntur, quædam loca suâ divisione non comprehendunt, quia fluvii non usque ad oceanum pertingunt: sicut & insulas à continentibus re ipsâ divulsas.* Verba ipsius frequenter apponimus, ut illum non temerè & sine causâ toties à nobis emendatum fuisse, lector cognitâ causâ & de suo sensu judicare facilè possit.

τιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα· πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς, καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ Ἀρειανούς· ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους, οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους· διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων, ὅσους οἷόν τ᾽ ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν, καὶ εὐεργετεῖν. Ὥσπερ δι᾽ ἄλλο τι τῶν οὕτω διελόντων, τοὺς μὲν ἐν ψόγῳ, τοὺς δ᾽ ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, ἢ διότι τοῖς μὲν ἐπικρατεῖ τὸ νόμιμον καὶ τὸ πολιτικὸν, καὶ τὸ παιδείας καὶ λόγων οἰκεῖον, τοῖς δὲ τἀναντία; Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος οὖν οὐκ ἀμελήσας τῶν παραινούντων, ἀλλ᾽ ἀποδεξάμενος τὴν γνώμην, τὰ ἀκόλουθα, οὐ τὰ ἐναντία ἐποίει, πρὸς τὴν διάνοιαν σκοπῶν τὴν τῶν ἐπεσταλκότων.



ſuaſerunt, ut Græcos pro amicis, barbaros pro hoſtibus haberet, inquit rectiùs virtute & malitiâ eos dividi: nam & multos Græcorum eſſe malos, & de barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos: itemque Romanos & Carthaginenſes, quorum in magnâ ſunt admiratione reſpublicæ: itaque etiam Alexandrum iſtis admonitoribus valere juſſis, quoſcunque poſſet nanciſci viros egregios amplexum fuiſſe & beneficiis ornaſſe. Quaſi verò qui ita homines diſtribuerunt, alioſque vituperio, alios laude dignos judicaverunt, aliò reſpexerint, quàm quòd apud hos leges, civilitas, inſtitutio, & certa ratio agendi omnia, in uſu eſſent, apud illos negligerentur? Itaque etiam Alexander conſilium hoc nequaquam ſprevit, ſed probans hanc ſententiam, & ad conſilium eorum qui ſic ſuaſerant, reſpiciens, non diverſum ab eo, ſed quæ ei conſectaria erant, fecit.



ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Α. ἘΝ τῷ δευτέρῳ κατὰ λέξιν προβαλλόμενος τὰ Ἐρατοσθένους, διαιτᾷ καὶ διελέγχει ὅσα μὴ ὀρθῶς εἴρηται, ἢ διήρηται, ἢ διαγέγραπται· καὶ Ἱππάρχου δὲ τῶν πολλῶν μιμνήσκεται ἐπιλαμβανόμενος.

Β.

Γ.

Δ. Καὶ ἐπὶ τέλει ἔκθεσις σύντομος, καὶ τρόπον τινὰ σύνοψις τῆς ὅλης πραγματείας, τουτέστι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας.

Ε. Περὶ πτωμάτων καὶ ἐπικλίσεων.

CAPITA LIBRI SECUNDI

GEOGRAPHICORUM STRABONIS.


I. In fecundo libro *tertium Eratofthenicæ geographiæ librum expendit Strabo : &* Eratofthenis fententiam ad verbum proferens, dijudicat atque arguit quæcumque non rectè dicta, vel divifa, vel defcripta funt : complura etiam Hipparchi commemorat ac reprehendit.

II. *Pofidonii fyftema geographicum ad examen vocatur.*

III. *Polybii geographica quædam carptim proferuntur & perpenduntur.*

IV. Brevis demùm expofitio ; & quodammodo fynopfis totius operis, hoc eft geographicæ cognitionis. *De principiis geographiæ. De terræ habitabilis divifione, dimenfione, ac variâ ejus defcribendæ ratione.*

V. De climatibus.



ΤΩΝ

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ


ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

Ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ λέξιν προβαλλόμενος τὰ Ἐρατοσθένους, διαιτᾷ καὶ διελέγχει ὅσα μὴ ὀρθῶς εἴρηται, ἢ διήρηται, ἢ διαγέγραπται· καὶ Ἱππάρχου δὲ τῶν πολλῶν μιμνήσκεται ἐπιλαμβανόμενος.

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν, καθιστάμενος τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα, γραμμῇ τινι διαιρεῖ δίχα, ἀπὸ δύσεως ἐπ᾽ ἀνατολὴν παραλλήλῳ τῇ ἰσημερινῇ γραμμῇ. Πέρατα δ᾽ αὐτῆς τίθησι, πρὸς δύσει μὲν, τὰς Ἡρακλέους στήλας· ἐπ᾽ ἀνατολῇ δὲ τὰ ἄκρα καὶ ἔσχατα ὄρη, τῶν ἀφοριζόντων ὀρῶν τὴν πρὸς ἄρκτον τῆς Ἰνδικῆς πλευράν· γράφει δὲ τὴν γραμμὴν ἀπὸ στηλῶν διά τε τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ, καὶ τῶν μεσημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου. Μέχρι μὲν δὴ δεῦρο διὰ τῆς θαλάττης φησὶν εἶναι τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν καὶ τῶν παρακειμένων ἠπείρων· καὶ γὰρ αὐτὴν ὅλην τὴν καθ᾽ ἡμᾶς θάλατταν οὕτως ἐπὶ μῆκος τετάσθαι, μέχρι τῆς Κιλικίας· εἶτα ἐπ᾽ εὐθείας πως ἐκβάλλεσθαι

STRABONIS



STRABONIS GEOGRAPHICORUM LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

In ſecundo libro *tertium Eratoſthenicæ geographiæ librum expendit Strabo : &* Eratoſthenis ſententiam ad verbum proferens, dijudicat atque arguit quæcumque non rectè dicta, vel diviſa, vel deſcripta ſunt; complura etiam Hipparchi commemorat ac reprehendit.

TERTIO commentario rerum geographicarum Eratoſthenes tabulâ totius habitatæ terræ conſtitutâ, lineâ quâdam eam in duas dividit partes, quæ æqualiter ubique ab æquatore diſſita ad ortum ab occaſu porrigitur. Fines ejus lineæ facit, ad occaſum columnas Herculis, ad ortum extremas partes eorum montium qui versùs ſeptentrionem latus Indiæ definiunt: deſcribit autem lineam iſtam à columnis per fretum Siculum, & extremitates meridiem ſpectantes Peloponneſi atque Atticæ, uſque ad Rhodum & ſinum Iſſicum. Atque hactenus quidem dictam lineam ait per mare & oram continentis adjacentis duci : quippe totum noſtrum mare ſic in longitudinem extendi uſque ad Ciliciam, deinde verò ad rectam penè lineam porrigi ponè Tauri montana uſque ad Indiam : etenim Taurum

παρ' ὅλην τὴν ὀρεινὴν τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς· τὸν γὰρ Ταῦρον ἀπ' εὐθείας τῇ ἀπὸ στηλῶν θαλάττῃ τεταμένον, δίχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος· τὸ μὲν αὐτῆς μέρος βόρειον ποιοῦντα, τὸ δὲ νότιον· ὥστε ὁμοίως καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ διὰ Θινῶν ἱδρῦσθαι παραλλήλου, καὶ τὴν ἀπὸ στηλῶν μέχρι δεῦρο θάλατταν.

Ταῦτα δ' εἰπὼν, οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα· πολὺ γὰρ ἐπὶ τὰς ἄρκτους παραλλάττειν [a] τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν κατ' αὐτὸν, συνεπισπᾶσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἀρκτικωτέραν ἤδη γινομένην. Πίστιν δὲ τούτου φέρει, μίαν μὲν τοιαύτην· ὅτι τὰ τῆς Ἰνδικῆς ἄκρα τὰ μεσημβρινώτατα, ὁμολογοῦσι πολλοὶ τοῖς κατὰ Μερόην ἀνταίρειν τόποις, ἀπό τε τῶν ἀέρων, καὶ τῶν οὐρανίων τεκμαιρόμενοι· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ βορειότατα τῆς Ἰνδικῆς τὰ πρὸς τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι, Πατροκλῆς (ὁ μάλιστα πιστεύεσθαι δίκαιος, διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιώτης εἶναι τῶν γεωγραφικῶν) φησὶ σταδίους μυρίους καὶ πεντακισχιλίους· ἀλλὰ μὴν [b] καὶ τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸν διὰ Θινῶν παράλληλον τοσοῦτόν πως ἐστίν· ὥστε τῆς Ἰνδικῆς τὰ προσάρκτια μέρη συνάπτοντα τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν εἰς τοῦτον τελευτᾷν τὸν κύκλον.

Ἄλλην δὲ πίστιν φέρει τοιαύτην, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου διάστημα ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν Ποντικὴν, τρισχιλίων πως ἐστὶ σταδίων πρὸς ἄρκτον ἰόντι, καὶ τοὺς περὶ [c] Ἀμισὸν ἢ

---

[a] τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν.] Omnes editi ferunt τῶν ὄρων. Prava accentuum distinctio, quam Xylander secutus est, sed quam Strabonis argumentatio mutandam monet. Hic enim agitur de emendandâ veterum geographicâ tabulâ, quæ Taurum montem, ac proinde Indiam hoc monte disterminatam, in septentrionales partes plus æquo traducit. Ergo verba hæc τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν, non de *finibus* orientalibus, ut Xylander vertit, sed de parte orientali Tauri montis intelligenda sunt. Hinc rectè Casaubonus ex conjecturâ scribebat ὀρῶν, non ὄρων. Conjecturam tuebatur vetus interpres, & eam prorsus asserit codex Regius. Ad mentem hujus lectionis, versionem Xylandri revocavimus.

[b] καὶ τὸ ἀπὸ Μερόης.] Vulgò καὶ τὸν &c., & sic ipse Regius codex. Xylander legendum duxit τὸ pro τὸν: quod probamus, & ipsa phrasis vindicat.

[c] Ἀμισόν.] Editi vulgò ferunt Ἀμισσόν. Aldi editio, Casaubono teste, scribit Ἀμισοσόν. Codex Henrici Stephani, teste eodem Casaubono, Ἀμισὸν legendum esse ex antiquis libris melioris notæ docebat; & sic habent codices Regius & Mediceus. Sana lectio, quam nummi veteres asserunt. Posteriori autem ævo, urbs Ἀμισὸς, Ἀμινσὸς vocari cœpit, atque eo nomine in scriptis omnibus Græcorum recentiorum

ad lineam è regione maris, quod à columnis Herculis incipit, positum, totam Asiam in duas partes secundùm longitudinem dividere, ita ut una septentrioni, altera austro obvertatur: itaque similiter eum in parallelo per Thinas ducto situm esse, ac mare quod eò usque à columnis pertinet Herculeis.

His expositis, veterum geographicam tabulam corrigi debere pronuntiat: nam [1] juxta hanc tabulam, orientales montium partes nimiùm versùs septentrionem declinasse, simulque ipsam etiam Indiam in eandem partem esse plus æquo avulsam. Fidem dictis hâc ratione nititur facere, quòd extremos Indiæ versùs meridiem terminos plerique fatentur Meroæ oppositos, ab aëris & rerum cælestium observatione conjecturam ducentes: inde autem, usque ad septentrioni maximè propinquas partes Indiæ, quæ sunt ad Caucasios montes, [2] Patroclem (cùm ob auctoritatem, tum quòd rerum geographicarum nequaquam fuerit rudis, fide apprimè dignum) stadia numerare CCIↃↃ IↃↃ: atqui à Meroës parallelo usque ad eum, qui per Thinas transit, esse spatium idem: proinde in hunc desinere septentrionales Indiæ fines qui sunt ad Caucasios montes.

Alio quoque utitur argumento, intervallum ab Issico sinu ad mare Ponticum pergenti versùs septentrionem &

---

appellatur. Adnotatio hæc, quæ fortè levioris momenti videbitur, in eo saltem alicujus momenti est, quòd auctoritatem conciliet codicibus quibus frequenter utimur. Ex eo enim quòd ambo veteri nomine Ἀμισὸν appellent, eos meritò quis judicaverit ad fidem antiquiorum codicum exscriptos fuisse.

---

1 *juxta hanc tabulam, orientales montium partes*, &c.] Xylander hîc planè nihil vidit; vertebat enim: *fines orientales suâ ætate valdè versùs septentrionem declinasse, simulque ipsam etiam Indiam in eandem partem esse avulsam.* 1°. Deceptus fuit vir doctus pravâ accentuum notatione in voce ὀρῶν. Vide notas ad Græca. 2°. Verba κατ' αὐτὸν, interpretatus est *suâ ætate*: sed hoc loco, vocem αὐτὸν, ad τ͂ ἀρχαῖον πίνακα referendam esse nemo non videt: κατ' αὐτὸν τ͂ πίνακα, id est, juxta ipsam veterum geographorum tabulam. 3°. Non satis accuratè Xylandrina versio declarat vim vocis ἀρκτικωτέραν, scilicet, hâc falsâ montium positione Indiam *plus æquo* ad septentrionem trahi.

2 *Patroclem*, &c.] De Patrocle videsis Diod. Sic., lib. XIX, cap. 25; Plinium, lib. VI, cap. 17; Plutarchum in Demetrio, &c.

Σινώπην τόπους· ὅσον καὶ τὸ πλάτος τῶν ὀρῶν λέγεται· ἐκ δὲ Ἀμισοῦ πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν φερομένῳ, πρῶτον μὲν ἡ Κολχίς ἐστιν, ἔπειτα ἡ [d] ὑπὸ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις, καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ ἐπὶ Βάκτρα καὶ τοὺς ἐπέκεινα Σκύθας ὁδὸς δεξιὰ ἔχοντι τὰ ὄρη· αὕτη δ' ἡ γραμμὴ διὰ Ἀμισοῦ πρὸς δύσιν ἐκβαλλομένη διὰ τῆς Προποντίδος ἐστὶ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου· ἀπὸ δὲ Μερόης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, οὐ πλείους εἰσὶ τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων σταδίων, ὅσοι καὶ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ πλευροῦ τῆς Ἰνδικῆς, πρὸς τὰ περὶ τοὺς Βακτρίους μέρη, προστεθέντων τρισχιλίων τοῖς μυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις· ὧν οἱ μὲν τοῦ πλάτους ἦσαν τῶν ὀρῶν, οἱ δὲ τῆς Ἰνδικῆς.

Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ὁ Ἵππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς πίστεις· οὔτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δυοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ [e] Δηϊμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὰ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων· τούτους γε δὴ τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὁμολογεῖν· ἀπίθανον δή που νομίζει τὸ, μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλεῖ, [f] παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι παρ' αὐτὸ τοῦτο τοὺς ἀρχαίους πίνακας· ἀλλὰ μὴ ἐᾶν οὕτως, ἕως ἂν τι πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν.

Οἶμαι δὴ πολλὰς ἔχειν εὐθύνας τοῦτον τὸν λόγον. Πρῶτον μὲν ὅτι πολλαῖς μαρτυρίαις ἐκείνου χρησαμένου, μιᾷ φησὶ τῇ Πατροκλέους αὐτὸν χρῆσθαι. Τίνες οὖν ἦσαν οἱ φάσκοντες τὰ μεσημβρινὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην· τίνες δ' οἱ τὸ ἀπὸ Μερόης διάστημα μέχρι τοῦ διὰ Θινῶν παραλλήλου.

---

[d] ὑπὸ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν.] Sic editi veteres, & mſ. Regius. Xylander & Caſaubonus ὑπὸ mutaverunt in ἐπὶ, nullâ mſſ. auctoritate fulti. Sed vox ὑπὸ cum accuſativo caſu idem Græcis ſonat, ac Latinis *propè*. Nihil igitur nobis videtur obſtare quominùs vox ὑπὸ retineatur, & eam ideò jure poſtliminii reſtituendam duximus.

[e] Δηϊμάχου.] Malè in recentioribus editis Διϊμάχου, contra veterum editorum, ac mſſ. Regii & Medicei fidem.

[f] παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ.] Sententia plana: vis vocum ambigua, atque ipſa lectio dubia Caſaubono viſa eſt. Legere jubebat, vel παρέντας τοὺς τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ, *miſſis iis qui tam apertè Hipparcho ſuffragantur*: vel

quæ circa Amisum sunt & Sinopen loca, stadiorum esse ter mille circiter, quanta etiam montium perhibeatur latitudo. Ab Amiso autem versùs ortum æquinoctialem proficiscenti primùm Colchidem adiri, deinde montana quæ sunt ad mare Hyrcanum: ab his deinceps & Bactra & ulteriores Scythas, montibus ad dextram sitis, iter fieri: hanc esse lineam eandem cum eâ quæ ab Amiso versùs occasum per Propontidem ducitur, & Hellespontum: jam à Meroe ad Hellespontum non esse ampliùs XVIII stadiorum millibus: quot etiam sunt à meridionali Indiæ latere usque ad Bactrianos, accedentibus tribus millibus ad XV ista millia, quorum hæc erant latitudo montium, illa Indiæ.

Hanc sententiam impugnans Hipparchus, argumenta hæc culpat: nam Patroclem negat fidem mereri, contra quem duo sint testimonium ferentes [3] Deimachus & Megasthenes, qui intervallum à mari meridionali quibusdam locis XX*es*, aliquibus etiam XXX*es* mille stadiorum affirment esse: cum his consentire veteres etiam tabulas: & videtur ei absurdum, velle soli Patrocli contra istos testes credere, & ex ipsius nutu veteres corrigere tabulas: neque id fieri patitur, nisi certiùs aliquid hac de re cognoverimus.

Quam ego ejus orationem multas mereri reprehensiones existimo. Primùm quòd eum multis usum testimoniis, solius Patroclis usum testimonio ait. Qui ergo erant, qui extrema Indiæ meridionalia Meroæ opposita dixerunt: qui à Meroës parallelo usque ad eum qui

---

majori dispendio in contrarium versâ sententiâ, παρέντας τοὺς τοσοῦτον ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ, *missis iis qui tam apertè Hipparcho contradicunt.*

---

[3] *Deimachus & Megasthenes.*] Seleuci Nicatoris ætate floruit Megasthenes, nec multò post Deimachus. Libros de rebus Indiæ uterque conscripserat, quorum nihil superest. Megasthenem sæpè laudant veteres, parciùs Deimachum. Vide Vossium, de hist. Græc., p. 69 & 77.

τοσοῦτον λέγοντες· τινὲς δὲ πάλιν οἱ τὸ τῶν ὀρῶν πλάτος ἢ τὸ ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὴν Ἀμισὸν τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες· τινὲς δὲ οἱ ἀπὸ Ἀμισοῦ διὰ Κόλχων καὶ τῆς Ὑρκανίας μέχρι Βακτρίων καὶ τῶν ἐπέκεινα εἰς τὴν ἑῴαν θάλατταν καθηκόντων, ἐπ' εὐθείας τε εἶναι λέγοντες, καὶ ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς καὶ περὶ τὰ ὄρη ἐν δεξιᾷ ἐχόντων αὐτά· ἢ πάλιν τὸ ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ, διότι ἐπὶ τὴν Προποντίδα ἐστὶ καὶ τὸν Ἑλλήσποντον; Ταῦτα γὰρ ὁ Ἐρατοσθένης λαμβάνει πάντα, ὡς καὶ ἐκμαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις γενομένων, ἐντετυχηκὼς ὑπομνήμασι πολλοῖς [g] ὧν εὐπορεῖ, βιβλιοθήκην ἔχων τηλικαύτην, ἡλίκην αὐτὸς Ἵππαρχος φησί.

Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπακολουθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, [h] ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατονομάζει· οἱ γὰρ κατ' ἐκείνου ἔλεγχοι, πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ' ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησιν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος.

Ἔτι φησὶν ὁ Ἵππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὸν Ἐρατοσθένη διαβάλλειν τὴν τοῦ Πατροκλέους πίστιν, ἐκ τῆς πρὸς Μεγασθένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰνδικῆς, τοῦ κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν, τοῦ μὲν Μεγασθένους λέγοντος σταδίων [i] μυρίων ἑξακισχιλίων, τοῦ δὲ Πατροκλέους χιλίοις λείπειν φα-

---

[g] ὧν εὐπορεῖ.] Legit Casaubonus ὧν ηὐπόρει. Nihil ad id scripti codices juvant.

[h] ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατονομάζει.] Emendat Casaubonus, ὧν . . . κατονομάζει. Lectionem vulgatam exhibent omnes editi & mss.

[i] μυρίων ἑξακισχιλίων.] Editi & mss. habent μυρίων πεντακισχιλίων. Depravata lectio, quam ex ipso Strabone emendare fas est. Is enim, libro xv, stadiis xvi millibus Indiae latitudinem juxta Megasthenem definit; quod & Arrianus confirmat dum testatur dixisse Megasthenem, ubi angustissima est Indiae ab ortu in occasum dimensio, eam esse

per Thinas ducitur, eâ esse quantitate ſpatium affirmarunt: qui montium latitudinem ſive à Ciliciâ ad Amiſum iter tantum eſſe perhibuerunt: qui ab Amiſo per Colchos & Hyrcaniam ad Bactra & ulteriores regiones uſque ad orientale mare tractum in eâdem lineâ eſſe versùs ortum æquinoxialem montibus ad dextram ſitis cum eo quod per Propontidem & Helleſpontum ducitur versùs occaſum? Nam hæc omnia ſumit Eratoſthenes, ut teſtimonio eorum qui iſtis in locis fuerunt, comprobata, cùm multos ipſe legerit commentarios, copiâ eorum inſtructus, ut qui tantam poſſideret bibliothecam, quantam ei fuiſſe ipſe ſcribit Hipparchus.

Jam ipſius Patroclis fides multis nititur teſtimoniis: * regum qui ei tantum commiſerunt imperium, eorum qui ipſius ſententiam ſecuti ſunt, eorum qui contrarium ſenſerunt, quos ipſe nominat Hipparchus: quibus enim ii refelluntur, his fides Patroclis ſententiæ paratur. Id quoque alienum à vero videri non debet quod Patrocles ait, eos qui Alexandro comites expeditionis fuerunt obiter tantùm ſingula cognoviſſe: Alexandrum verò ipſum accuratè omnia indagaſſe, cùm ei regionum deſcriptiones à peritiſſimis traderentur: atque hanc deſcriptionem ſibi poſtea temporis exhibitam eſſe ait à Xenocle gazæ præfecto.

Addit Hipparchus libro ſecundo, ipſum Eratoſthenem Patrocli fidem derogare, quòd is à Megaſthene diſſenſerit in longitudine lateris Indiæ ſeptentrionalis annotandâ: quòd quam Megaſthenes XVI millibus ſtadiorum definit, Patrocles mille ſtadia ſummæ ei detrahit: ac Era-

---

XVI millium ſtadiorum. Ergo locum quem expendimus, ad veram Megaſthenis opinionem revocare non dubitavimus, tum in Græcis tum in Latinis. Arrianum vide, p. 315 & 316.

---

* *regum.*] Reges intelligit Strabo Seleucum & Antiochum, ut monuit Caſaubonus ex Plinii, lib. VI, cap. 17, ubi legere eſt: *circumvectis in Hyrcanum mare & Caſpium Seleuco & Antiocho, præfectoque claſſis eorum Patrocle.*

μένει· ὑπὸ γάρ τινος ἀναγραφῆς σταθμῶν ὁρμηθέντα, τοῖς μὲν ἀπιστεῖν διὰ τὴν διαφωνίαν, ἐκείνῃ δὲ προσέχειν. Εἰ οὖν διὰ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα ἄπιστος ὁ Πατροκλῆς, καίτοι παρὰ χιλίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὔσης, πόσῳ χρὴ μᾶλλον ἀπιστεῖν ἐν οἷς [k] παρὰ ὀκτακισχιλίους ἡ διαφορά ἐστι, πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἄνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, τῶν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰνδικῆς πλάτος σταδίων δισμυρίων, τοῦ δὲ, μυρίων καὶ διχιλίων;

Ἐροῦμεν δ' ὅτι [l] οὐ ψιλὴν τὴν διαφωνίαν ᾐτιάσατο, ἀλλὰ συγκρίνων πρὸς τὴν ὁμολογίαν, καὶ τὴν ἀξιοπιστίαν τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ πιστοῦ γίνεταί τι πιστότερον, καὶ εἰ τῷ αὐτῷ ἐν ἑτέροις μὲν πιστεύομεν, ἐν ἑτέροις δ' ἀπιστοῦμεν, ὅταν παρά τινος τεθῇ τι βεβαιότερον. Γελοῖόν τε τὸ τὴν παρὰ πολὺ διαφωνίαν ἀπιστοτέρους ποιεῖν νομίσαι τοὺς διαφωνοῦντας· τοὐναντίον γὰρ ἐν τῷ παρὰ μικρὸν συμβαίνειν τοῦτο μᾶλλον ἔοικε· παρὰ μικρὸν γὰρ ἡ πλάνη συμβαίνει μᾶλλον οὐ τοῖς τυχοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλέον τι τῶν ἑτέρων φρονοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς παρὰ πολὺ, ὁ μὲν τυχὼν ἁμάρτοι ἂν, ὁ δ' ἐπιστημονικώτερος ἧττον ἂν τοῦτο πάθοι· διὸ καὶ πιστεύεται θᾶττον.

Ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηΐμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, [m] Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι παραψελλίζοντες ἤδη· καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπιπλέον κατιδεῖν ταῦτα, ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. Διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δηϊμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς ἀστόμους καὶ ἄρρινας ἱστοροῦντες, μονοφθάλμους τε καὶ μακροσκελεῖς καὶ

---

[k] παρὰ ὀκτακισχιλίους.] Malè ſcribebant περὶ pro παρὰ, veteres editi; & id jam emendaverant Xylander & Caſaubonus ex ipsâ argumentationis ſerie. Emendationem tuetur Regius codex.

[l] οὐ ψιλήν.] Veteres editi ferunt ὑψηλὴν, & ſic legerat in ſuo codice Xylander. Felicius legebat vetus interpres οὐ ψιλὴν, ut ſcribimus ipsâ phraſi poſtulante, & afferente codice Regio.

[m] Ὀνησίκριτος.] Hujus nominis lectio, ſæpius in libris fuit depravata. Vide Gronovium ad Arrianum, p. 237, not. 6. Mſ. Regius, & priores Strabonis editiones ferunt Ὀνησίκριτος, rectè: recentiores malè Ὀνησίκρητος.

toſthenem

toſthenem dicere, ſe occaſione ductum cujuſdam diurnorum itinerum ac ſtadiorum annotationis, à quâ Patrocles diſcrepet, Megaſtheni aſſentiri. Quòd ſi hîc fidem Patrocles non mereatur, quòd CIↃ tantùm ſtadiis ab altero diſſentit: quanto magis fidem ei denegandam, diſſentienti de octo ſtadiorum millibus, à duobus, iiſque conſentientibus: cùm hi dicant Indiæ latitudinem eſſe XX millia ſtadiorum, Patrocles XII?

Hîc reſpondebimus non ob ſolam diſſenſionem culpatum fuiſſe Patroclem, ſed comparatam ejus ſententiam cum conſenſione & auctoritate annotationis ſtadiorum. Neque verò mirum, eſſe aliquid credibile alio credibilius, aut eidem aliâ in re fidem adhiberi, in aliâ derogari, ubi ab alio firmius aliquid affertur. Ridiculum quoque eſt, quòd diſſentientes eò minus putat fidei mereri, quo magis diſcrepant: contra enim in parvis diſſenſionibus id potiùs uſuvenire videtur. In minutioribus errare contingit non vulgares modò, ſed & eos qui plus cæteris ſapiunt: in multum habentibus diſcriminis, ſcientior non perinde facilè aberraverit atque rudis; ideóque illi faciliùs creditur.

Sanè quicunque de Indiâ ſcripſerunt, pleraque mentiti ſunt: præ reliquis [5] Deimachus, proximè Megaſthenes, Oneſicrituſque & Nearchus, aliique tales, jam nonnihil etiam balbutientes: nobiſque iſta pleniùs perſpicere contigit, cùm de rebus Alexandri faceremus commentarium. Præcipuè autem fides Deimacho eſt & Megaſtheni deroganda: hi enim ſunt qui in auribus cubantes, ore, naribus carentes, unoculos, longipedes, digitis retrò averſis præditos referunt: [6] renovarunt etiam Homericæ Pygmæo-

[5] *Deimachus, ... Megaſthenes, Oneſicrituſque & Nearchus.*] De Deimacho & Megaſthene vide ſupra not. [3]. Nearchum Alexander univerſæ claſſi præfecit, cùm Indiæ oram maritimam luſtrare decreviſſet: Oneſicritum navis ſuæ gubernatorem conſtituit. Arian., p. 237. Vide quoque Plutarch., in Alex.; Q. Curtium, lib. IX; & Voſſ., de Hiſt. Gr., p. 59 & ſeqq.

[6] *renovarunt etiam Homericæ Pygmæorum pugnæ memoriam.*] Sic vertendum ſenſerat Caſaubonus, acutiſſimus conjector. Obſtabat depravata lectio, quam ſanavimus ex mſ. Regio. Vide quæ ad Græca notavimus.

ὀπισθοδακτύλους· [a] ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν, τρισπιθάμους εἰπόντες· οὗτοι δὲ καὶ τοὺς χρυσωρύχους μύρμηκας, καὶ Πᾶνας σφηνοκεφάλους· ὄφεις τε, καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας· περὶ ὧν ἕτερος τὸν ἕτερον ἐλέγχει, ὅπερ καὶ Ἐρατοσθένης φησίν. Ἐπέμφθησαν μὲν γὰρ εἰς τὰ Παλίμβοθρα, ὁ μὲν Μεγασθένης πρὸς Ἀνδρόκοττον, ὁ δὲ Δηΐμαχος πρὸς Ἀλλιτροχάδην τὸν ἐκείνου υἱὸν κατὰ πρεσβείαν· ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀποδημίας κατέλιπον τοιαῦτα, ὑφ' ἧς δή ποτε αἰτίας προαχθέντες. Πατροκλῆς δὲ ἥκιστα τοιοῦτος· καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μάρτυρες οὐκ ἀπίθανοι, οἷς κέχρηται ὁ Ἐρατοσθένης.

(Εἰ γὰρ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Βυζαντίου μεσημβρινὸς ὀρθῶς εἴληπται, καὶ ὁ διὰ τῆς Κιλικίας καὶ Ἀμισοῦ ὀρθῶς ἂν εἴη εἰλημμένος· φαίνεται γὰρ τὸ παράλληλον ἐκ πολλῶν, ὅταν μηδετέρως ἡ σύμπτωσις ἀπελέγχηται.)

Ὅ, τε ἐξ Ἀμισοῦ πλοῦς ἐπὶ τὴν Κολχίδα, ὅτι ἐστὶν ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολὴν, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐλέγχεται, καὶ ὥραις, καὶ καρποῖς, καὶ ταῖς ἀνατολαῖς αὐταῖς· ὡς δ' αὕτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις, καὶ ἡ ἐφεξῆς ὁδὸς μέχρι Βάκτρων. Πολλαχοῦ γὰρ ἡ ἐνάργεια, καὶ τὸ ἐκ πάντων συμφωνούμενον, ὀργάνου πιστότερόν ἐστιν· ἐπεὶ καὶ ὁ αὐτὸς Ἵππαρχος τὴν ἀπὸ στηλῶν μέχρι τῆς Κιλικίας γραμμὴν, ὅτι ἐστὶν ἐπ' εὐθείας, καὶ ὅτι ἐπὶ

---

[a] ἀνεκαίνισαν.] Sic restituimus ex mſ. Regio. Editi omnes ἐνεκαίνισαν: quâ lectione decepti interpretes, mentem loci hujus non ſunt aſſecuti. Caſaubonus tamen ſententiam Strabonis perſpexerat, & vertendum docuerat *renovarunt, in memoriam revocaverunt.* Sed quidquid ille dixerit, ſenſum hunc minimè præ ſe fert vox ἐνεκαίνισαν. Menti Strabonis mirè congruit codicis Regii lectio ἀνεκαίνισαν, quam ideò pro ſincerâ lectione cenſuimus admittendam.

---

7 *tum ſerpentes, qui boves & cervos... deglutiant.*] Græca phraſis ambigua Xylandrum fefellit, veterem interpretem non fefellerat, ut Caſaubonus monuit. Vertit Xylander: *eſſe quoſdam Panas, capita cunei formâ habentes, qui ſerpentes, boves, & cervos.... deglutiunt.* Sed miſcet quæ fuerant diſtinguenda; Panas ſcilicet, capita formâ cunei habentes; tum ſerpentes tantâ magnitudine, ut boves ac cervos poſſent deglutire. Hanc eſſe hujus loci ſententiam probant verba Plinii, lib. VIII, cap. 14: *Megaſthenes ſcribit in*

rum pugnæ memoriam, trium ſpithamarum iis ſtaturam aſſignantes. Iidem narrant formicas aurum effodere: eſſe quoſdam Panas capita cunei formâ habentes: [7] tum ſerpentes, qui boves & cervos cum cornibus deglutiant: atque de his alter alterum redarguit, ut ait Eratoſthenes. Miſſi enim fuerunt legati Palimbotra, Megaſthenes ad Androcottum, Deimachus ad filium ejus Allitrochadem, taleſque ſuarum peregrinationum commentarios neſcio quâ de causâ reliquerunt. Patrocles verò minimè eorum ſimilis eſt, neque reliqui leves ſunt teſtes, quibus utitur Eratoſthenes.

(Nam [8] ſi meridianus qui per Rhodum & Byzantium ducitur, rectè eſt aſſumtus, rectè etiam habebit is qui per Amiſum & Ciliciam tranſit: etenim eos eandem inter ſe uſquequaque obtinere diſtantiam multis obſervationibus conſtat: cùm neuter in alterum incidat.)

Jam ab Amiſo in Colchos navigari versùs ortum æquinoctialem, & ventis deprehenditur & anni temporibus, & fructibus, & ipſis ſolis exortibus: itemque tranſitum inde ad Caſpium mare, & quod deinde ad Bactra uſque tendit. Sæpenumero enim evidentia, & omnium conſenſus plus fidei quàm inſtrumentum meretur: quando ipſe etiam Hipparchus lineam, quæ ab Herculis columnis ad Ciliciam pertinet, rectam eſſe & versùs ortum æquinoctialem docens, non totum id inſtrumentis & rationibus geometricis confecit, ſed de eo toto quod eſt à columnis uſque ad fretum, navigantibus credidit. Itaque ne ille

---

Indiâ ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriant cervos tauroſque. Porrò hîc Strabo Megaſthenis commentitia monſtra memorat.

[8] *Nam ſi meridianus,* &c.] Tota phraſis uncis incluſa in Græcis & in Latinis, neque cohæret cum iis quæ præcedunt aut ſequuntur, neque videtur in ſe habere aliquid ſani, ut in commentario noſtro ad Strabonem Gallicè verſum fuſiùs proſequimur. Ergo eam nihil aliud cenſemus quàm ſcholion quoddam informe, quod librariorum oſcitantiâ è margine in contextum irrepſit. Cùm verò phraſim illam, etſi manifeſtè inſititiam, ut legitimam admiſerint tum editi, tum quos vidimus mſſ. codices, eam è contextu abigere, religioni habuimus.

ἰσημερινὴν ἀνατολὴν, οὐ πᾶσαν ὀργανικῶς καὶ γεωμετρικῶς ἔλαβεν· ἀλλ᾽ ὅλην τὴν ἀπὸ στηλῶν μέχρι πορθμοῦ τοῖς πλέουσιν ἐπίστευσεν. Ὡς οὐδ᾽ ἐκεῖνος ° εὐλογεῖτο, ἐπειδὴ οὐκ ἔχομεν λέγειν, οὔθ᾽ ἡμέρας μεγίστης πρὸς τὴν βραχυτάτην λόγον, οὔτε γνώμονος πρὸς σκιὰν ἐπὶ τῇ παρορίᾳ τῇ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰνδῶν· οὐδ᾽ εἰ ἐπὶ παραλλήλου γραμμῆς ἐστιν ἡ λόξωσις, ἔχομεν εἰπεῖν· ἀλλ᾽ ἐᾶν ἀδιόρθωτοι, λοξὴν φυλάξαντες, ὡς οἱ ἀρχαῖοι πίνακες περιέχουσι. Πρῶτον μὲν γὰρ p τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν ταυτόν ἐστι τῷ ἐπέχειν· ὁ δ᾽ ἐπέχων, οὐδ᾽ ἑτέρωσε ῥέπει· ἐᾶν δὲ κελεύων, ὡς οἱ ἀρχαῖοι, ἐκεῖσε ῥέπει. Μᾶλλον δ᾽ ἂν τἀκόλουθον ἐφύλαττεν, εἰ συνεβούλευε μηδὲ γεωγραφεῖν ὅλως· οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων ὀρῶν τὰς θέσεις, οἷον Ἄλπεων καὶ τῶν Πυρηναίων καὶ τῶν Θρακίων καὶ Ἰλλυρικῶν καὶ Γερμανικῶν οὕτως ἔχομεν εἰπεῖν. Τίς δ᾽ ἂν ἡγήσαιτο πιστοτέρους τῶν ὕστερον τοὺς παλαιοὺς τοσαῦτα πλημμελήσαντας περὶ τὴν πινακογραφίαν; q ὅσα οὐ διαβέβληκεν Ἐρατοσθένης, ὧν οὐδενὶ ἀντείρηκεν Ἵππαρχος;

Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ πλήρη μεγάλων ἀποριῶν ἐστίν. Ὅρα γὰρ, εἰ τοῦτο μὲν μὴ κινοίη τις τὸ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς τὰ μεσημβρινὰ ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην, μηδὲ τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸ στόμα τὸ κατὰ τὸ Βυζάντιον, ὅτι ἐστὶ περὶ μυρίους σταδίους καὶ ὀκτακισχιλίους· ποιοίη δὲ τρισμυρίων τὸ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν Ἰνδῶν μέχρι τῶν ὀρῶν, ὅσα ἂν συμβαίη ἄτοπα. Τὸ πρῶτον μὲν γὰρ εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι παράλληλος ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας· καθάπερ εἴρηκεν Ἵππαρχος πιστεύσας Πυθέᾳ· ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ μεσημβρινός ἐστιν, ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Βορυσθένους, ὅπερ καὶ αὐτὸς δοκιμάζει ὁ Ἵππαρχος· δοκιμάζει δὲ καὶ τὸ ἀπὸ Βυζαντίου διάστημα ἐπὶ τὸν Βορυσθένη σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑπτακοσίους· τοσοῦτοι ἂν εἶεν

---

o εὐλογεῖτο.] Sic editi, & mſ. Regius. Casaubonus legendum censet εὖ λέγοιτο, vel εὖ λέγοι τό.

p τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν.] Editi ὅτι τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν. Vocem ὅτι delendam judicavimus, quæ manifestò abundat, & deest in mſ. Regio.

q ὅσα οὐ διαβέβληκεν.] Lectionem hanc

quidem rectè pronunciat, quia diei longissimæ ad brevissimam non possumus nominare proportionem, neque umbræ ad gnomonem, in montanis à Ciliciâ usque in Indiam regionibus, ne hoc quidem nos asserere posse, quòd obliquatio ea fiat in lineâ æqualiter undique dissitâ: sed debeamus eam absque ullâ emendatione obliquam relinquere, sicut eam habent antiquæ tabulæ. Primò enim non habere quod dicas, idem est atque cohibere affirmationem: qui autem cohibet affirmationem, is in neutram partem inclinat: at qui jubet ita hæc relinqui, ut habent antiqui, is quidem eò inclinat. Deinde id quod ex hoc consequebatur, veriùs dixisset, si consuluisset omnino supersedendum terræ descriptione; nam in positu quoque aliorum, ut Alpium, Pyrenæorum, Thraciorum, Illyricorum & Germanicorum montium eodem modo laboratur. Quis autem credat recentioribus fide digniores esse antiquos, quorum tot extant in tabulæ designatione errata, neque ab Eratosthene reprehensa, neque ab Hipparcho refutata?

Sed & quæ sequuntur, plena sunt magnarum perplexitatum. Adverte enim animum, si quis non convellat id quod dicitur, extremas Indiæ versùs meridiem partes oppositas esse Meroæ, neque hoc, Meroen à faucibus Byzantiis XVIII millibus stadiorum distare: XXX stadiorum millia interesse à meridionalibus Indiæ partibus montes si dicat, quàm multa sequantur absurda. Primò enim, si idem parallelus est qui per Byzantium cum eo qui per Massiliam ducitur, quod Hipparchus Pytheam secutus tradidit: & idem meridianus per Byzantium & Borysthenem transit, ut idem Hipparchus sentit: qui & stadia numerat à Byzantio ad Borysthenem CIↃ CIↃ CIↃ IↃCC: to-

servamus, cùm in eam codices typis & manu expressi consentiant. Casaubono tamen libentes assentimur qui Strabonem scripsisse conjectat ὅσα ἐν, non ὅσα οὐ. Tunc vertendum foret: *ergo adversùs ea quæ reprehendit Eratosthenes, nihil omnino Hipparchus affert.*

καὶ οἱ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὸν διὰ Βορυσθένους παράλληλον, ὅς γε διὰ τῆς Κελτικῆς παρωκεανίτιδος ἂν εἴη· τοσούτους γάρ πως διελθόντες συνάπτουσι τῷ ὠκεανῷ.

Πάλιν δ᾽ ἐπεὶ τὴν Κιναμωμοφόρον, ἐσχάτην ἴσμεν οἰκουμένην πρὸς μεσημβρίαν, καὶ καθ᾽ Ἵππαρχον αὐτὸν ὁ δι᾽ αὐτῆς παράλληλος, [r] ἀρχὴ τῆς εὐκράτου, καὶ τῆς οἰκουμένης ἐστὶ, καὶ διέχει τοῦ ἰσημερινοῦ περὶ ὀκτακισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους σταδίους. Ἐπεὶ οὖν φησιν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ τὸν διὰ Βορυσθένους διέχειν τρισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους σταδίους, εἶεν ἂν λοιποὶ οἱ ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος τὴν διακεκαυμένην καὶ τὴν εὔκρατον εἰς τὸν διὰ Βορυσθένους καὶ τῆς Κελτικῆς παρωκεανίτιδος, στάδιοι δισμύριοι πεντακισχίλιοι διακόσιοι. Ὁ δέ γε ἀπὸ τῆς Κελτικῆς πρὸς ἄρκτον πλοῦς ἔσχατος λέγεται παρὰ τοῖς νῦν, ὁ ἐπὶ τὴν Ἰέρνην, ἐπέκεινα μὲν οὖσαν τῆς Βρετανικῆς, ἀθλίως δὲ διὰ ψῦχος οἰκουμένην· ὥστε τὰ ἐπέκεινα νομίζειν ἀοίκητα. Οὐ πλέον δὲ τῆς Κελτικῆς τὴν Ἰέρνην διέχειν φασὶ τῶν πεντακισχιλίων· ὥστε περὶ τρισμυρίους εἶεν ἂν ἢ μικρῷ πλείους οἱ πάντες οἱ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζοντες.

Φέρε δὴ τὴν ἀνταίρουσαν τῇ Κιναμωμοφόρῳ, καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου πρὸς ἕω κειμένην ὑποβῶμεν· αὕτη δέ ἐστιν ἡ περὶ τὴν Ταπροβάνην· ἡ δὲ Ταπροβάνη πεπίστευται σφόδρα ὅτι τῆς Ἰνδικῆς πρόκειται πελαγία, μεγάλη νῆσος πρὸς νότον· μηκύνεται δὲ ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν πλέον ἢ πεντακισχιλίους σταδίους, ὥς φασιν, ἐξ ἧς καὶ ἐλέφαντα κομίζεσθαι πολὺν εἰς τὰ τῶν Ἰνδῶν ἐμπόρια, καὶ χελώνια, καὶ ἄλλον φόρτον. Ταύτῃ δὴ τῇ νήσῳ

---

[r] ἀρχὴ τῆς εὐκράτου, καὶ τῆς οἰκουμένης ἐστί.] Prava lectio Xylandrum in errorem induxit. Cùm enim legeret ἀρχὴ τῆς εὐκράτου τῆς οἰκουμένης, verba hæc τῆς οἰκουμένης quasi redundantia prætermisit; & certè otiosa meritò videbantur, pro epitheto τῆς εὐκράτου sumpta, si quidem temperata zona tota est habitabilis. Sed ea lectio Strabonis sententiam detruncat. Geographi mens est, parallelum Cinamomiferæ regionis, non tantùm temperatæ zonæ, sed & ipsius terræ habitabilis signare limitem: quod ex pluribus aliis auctoris nostri locis planum est. Ergo legendum ut scribimus: ἀρχὴ τῆς εὐκράτου, καὶ τῆς οἰκουμένης. Sic habet codex Regius; sic legerat vetus interpres; imò & sic ferunt veteres editi: unde miramur Casaubonum, qui ex veteri interprete, & prioribus editis, conjectandi & emendandi ansam frequenter & feliciter arripit, locum hunc non restituisse.

tidem ergo erunt etiam à Maſſiliâ ad parallelum qui per Boryſthenem tranſit: qui per Celticæ partes oceano contiguas ducitur: tanto enim confectò ſpatio ad oceanum pervenitur.

Rurſus quoniam Cinamomiferam regionem ultimam habitabilium versùs meridiem novimus, & ſecundùm etiam Hipparchum parallelus per eam tranſiens initium eſt temperatæ plagæ, [9] & terræ habitabilis, diſtans ab æquinoctiali ad VIII CIↃ IↃCCC ſtadia. Cùm ergo dicat ab æquinoctiali Boryſthenicum abeſſe XXXIV CIↃ ſtadia: reliqua erunt ab eo circulo qui torridam zonam à temperatâ dirimit, ad eum qui per Boryſthenem & Celticam oceano confinem, ſtadia XXV CIↃ CC. Porrò extrema navigatio à Celticâ versùs ſeptentrionem noſtrâ ætate dicitur eſſe [10] in Hiberniam: quæ ultra Britanniam ſita, ægrè ob frigus incolitur, ita ut quæ ulteriùs ſunt, habitari non poſſe exiſtimentur. At Hiberniam non ampliùs IↃↃ ſtadiis à Celticâ abeſſe perhibent: ita tota terræ habitatæ latitudo XXX ſtadiorum millibus, aut non multo ampliore ſtadiorum numero definietur.

Agedum, ad oppoſitam Cinamomiferæ & ſub eodem parallelo versùs orientem ſolem ſitam regionem transeamus: ea autem eſt [11] Taprobana. Pro certo creditum eſt hanc magnam inſulam in alto versùs meridiem ante Indiam jacere, porrigique versùs Æthiopiam ampliùs IↃↃ ſtadiis, ex eáque in Indorum emporia importari multum eboris, teſtudinum, aliaſque merces. [12] Quòd ſi addantur, & latitudo inſulæ longitudini congruens, & trajectus in eam ex Indiâ, intervallum fiet non minus ſtadiis

---

[9] *& terræ habitabilis.*] Verba hæc omiſerat Xylander pravâ deluſus lectione quam emendamus. Vide adnotationem noſtram ad Græca.

[10] *in Hiberniam: quæ ultra Britanniam ſita, &c.*] Nota falſam Hiberniæ poſitionem juxta veteres ad ſeptentrionem Britanniæ. De Hiberniâ vide infra, lib. IV.

[11] *Taprobana.*] De hâc inſulâ videſis Strabonem, lib. XV, & quæ ibi commentamur.

[12] *Quòd ſi addantur, &c.*] Xylandrum emendamus qui hîc in aperto & aprico cæcutiit. Sic enim vertebat: *Huic ergo inſulæ ſi latitudo addatur longitudini congruens, trajectus in eam ex Indiâ minor non erit ſtadiis ter mille.*

πλάτος προστιθεὶν τὸ ἀνάλογον τοῦ μήκει, καὶ διάρμα τὸ ἐπ' αὐτὴν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, τῶν μὲν τρισχιλίων σταδίων οὐκ ἂν ἔλαττον ποιήσειε διάστημα, ὅσον ἦν τὸ ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς οἰκουμένης εἰς Μερόην, εἴπερ μέλλει τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀντάρειν τῇ Μερόῃ· πιθανώτερον δ' ἐστὶ καὶ πλείους τῶν τρισχιλίων τιθέναι. Εἰ δὴ τοῦτο προσθείη τὶς τοῖς τρισμυρίοις, οἷς φησιν ὁ Δηΐμαχος μέχρι τῆς εἰς Βακτρίους καὶ Σογδιανοὺς ὑπερθέσεως, ἐκπέσοι ἂν πάντα τὰ ἔθνη ταῦτα τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς εὐκράτου.

Τίς ἂν οὖν θαῤῥήσειε ταῦτα λέγειν, ἀκούων καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν τὴν εὐκρασίαν, καὶ τὴν εὐκαρπίαν λεγόντων, πρῶτον μὲν τὴν τῶν προσβόρων Ἰνδῶν, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ τῇ Ἀρίᾳ, καὶ ἐφεξῆς τῇ τε Μαργιανῇ, καὶ τῇ Βακτριανῇ; Ἅπασαι γὰρ αὗται προσεχεῖς μέν εἰσι τῇ βορείῳ πλευρᾷ τοῦ Ταύρου, καὶ ἥγε Βακτριανὴ, καὶ πλησιάζει τῇ εἰς Ἰνδοὺς ὑπερθέσει. Τοσαύτη δ' εὐδαιμονίᾳ κέχρηνται, ὥστε πάμπολύ τι ἀπέχειν τῆς ἀοικήτου. Ἐν μέν γε τῇ Ὑρκανίᾳ τὴν ἄμπελον μετρητὴν οἴνου φέρειν φασὶ· τὴν δὲ συκῆν μεδίμνους ἑξήκοντα· τὸν δὲ σῖτον ἐκ τοῦ [s] ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης πάλιν φύεσθαι· ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖσθαι, καὶ τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖν μέλι· ὅπερ γίνεσθαι μὲν καὶ τῆς Μηδείας ἐν τῇ Ματιανῇ, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ [t] Σακασινῇ καὶ τῇ Ἀραξίνῃ· ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἐπίσης θαυμαστὸν· εἴπερ εἰσὶ νοτιώτεραι τῆς Ὑρκανίας, καὶ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαι τῆς ἄλλης χώρας· ἐκεῖ δὲ μᾶλλον. Ἐν δὲ τῇ Μαργιανῇ τὸν πυθμένα φασὶν εὑρίσκεσθαι τῆς ἀμπέλου πολλάκις δυοῖν ἀνδρῶν ὀργυίαις περίληπτον· τὸν δὲ βότρυν δίπηχυν. Παραπλησίαν δὲ λέγουσι καὶ τὴν Ἀρίαν· εὐοινίᾳ δὲ καὶ ὑπερβάλλειν· ἐν ᾗ γε καὶ [u] εἰς τριγένειαν παραμένειν ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι τὸν οἶνον. Πάμφορον δ' εἶναι καὶ τὴν Βακτριανὴν, πλὴν ἐλαίου, πλησίον τῇ Ἀρίᾳ παρακειμένην.

Εἰ δὲ καὶ ψυχρὰ μέρη τῶν τόπων τούτων ἐστὶν, ὅσα ὑψηλὰ καὶ

---

[s] ἐκπεσόντος.] MSS. juxta Casaubonum, πεσόντος.

[t] Σακασίνῃ.... Ἀραξίνῃ.] Scribere jubet Casaubonus Σακασηνῇ.... Ἀραξηνῇ, cùm id analogia postulet. Vide infra de his regionibus Strabonem, lib. XI.

ter

ter mille, quantum à fine habitatæ terræ ad Meroen: siquidem extremitates Indiæ è regione Meroæ sitæ sint: & probabilius est, tribus stadiorum millibus aliquid addere. Hoc si nunc addatur triginta iis stadiorum millibus, quæ usque ad Bactrios & Sogdianos porrigi Deïmachus ait: omnes jam istæ gentes extra habitabilem ac temperatam terræ partem collocabuntur.

Quis autem hoc dicere ausit, qui & veteres & recentes audiat prædicare temperiem & fertilitatem primùm Indiæ versùs septentrionem sitæ, tum Hyrcaniæ, Ariæ ac deinceps Margianæ atque Bactrianæ? Hæ omnes regiones contiguæ sunt septentrionali lateri Tauri, adeoque Bactriana montanis ad Indiam porrectis est propinqua: tanta autem earum est ubertas, ut plurimùm absint ab soli inhabitabilis naturâ. In Hyrcaniâ ferunt vitem vini metretam, ficum medimnos LX ferre: frumentum ex semine quod ex spicis decidit, renasci, alvearia in arboribus confici, & mel à foliis defluere: hoc ipsum & in Mediæ fieri regione, quæ dicitur Mattiana, & in Sacasinâ atque Araxinâ Armeniæ: verùm in his id non ita mirum est: cùm propius ab Austro absint quàm Hyrcania, & temperie reliquam præstent regionem. In illâ magis est mirum ista fieri. In Margianâ imum vitis truncum inveniri aiunt sæpe, qui duabus viri ulnis contineatur: uvam bicubitalem. Ariam aiunt parem huic esse, vini autem proventu etiam superiorem: quippe vinum in vasis non picatis etiam per tres ætates durare. Bactrianam quoque Ariæ proximam, omnium rerum, demto oleo, feracem esse.

Neque mirum videri debet, si qua iis in regionibus

---

[u] εἰς τριγένειαν... ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι.] Corruptam in veteribus editis lectionem, sic restituit Xylander. Emendationem tuetur codex Regius. Ferebant ediri priores εἰς τριετίαν... ἐν ἀπιττώσεσι. Ex Strabone ipso locus hic emendari poterat. Videsis, lib. XI, ubi hæc omnia totidem litteris repetuntur, & scribuntur ut legimus, sicut Casaubonus monuit.

ὀρεινά, [x] οὐ δεῖ θαυμάζειν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς κλίμασι τὰ ὄρη ψυχρά ἐστι, καὶ καθόλου τὰ μετέωρα ἐδάφη κἂν πεδία ᾖ. Τῆς γοῦν Καππαδοκίας τὰ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πολὺ βορειότερά ἐστι τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἀλλ' ἡ μὲν Βαγαδανία, πεδίον ἐξαίσιον μεταξὺ πίπτον τοῦ τε Ἀργαίου ὄρους καὶ τοῦ Ταύρου, σπάνιον [y] εἰ πού τι τῶν καρπίμων δένδρων φύοι, καίπερ [z] νοτιώτερον τῆς Ποντικῆς θαλάττης σταδίοις τρισχιλίοις· τὰ δὲ τῆς Σινώπης προάστεια καὶ τῆς Ἀμισοῦ, καὶ τῆς Φαναροίας τὸ πλέον ἐλαιόφυτά ἐστι. Καὶ τὸν Ὦξον δὲ τὸν ὁρίζοντα τὴν Βακτριανὴν ἀπὸ τῆς Σογδιανῆς, οὕτω φασὶν εὔπλουν εἶναι, ὥστε τὸν Ἰνδικὸν φόρτον ὑπερκομισθέντα εἰς αὐτὸν, ῥᾳδίως εἰς τὴν Ὑρκανίαν κατάγεσθαι, καὶ τοὺς ἐφεξῆς τόπους μέχρι τοῦ Πόντου διὰ τῶν ποταμῶν.

Τίν' οὖν τοιαύτην εὕροις εὐδαιμονίαν περὶ Βορυσθένη καὶ τὴν Κελτικὴν τὴν παρωκεανῖτιν, ὅπου μηδὲ φύεται ἄμπελος, ἢ μὴ τελεσφορεῖ; Ἐν δὲ τοῖς νοτιωτέροις τούτων, καὶ ἐπιθαλαττίοις, καὶ τοῖς κατὰ Βόσπορον [a] τελεσφορεῖ, ἐν μικροκαρπίᾳ δέ· καὶ τοῦ χειμῶνος κατορύττεται. Οἱ δὲ πάγοι παρ' αὐτοῖς τοιοῦτοί τινές εἰσιν ἐπὶ τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ὥστ' ἐν χωρίῳ, ἐν ᾧ χειμῶνος ὁ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους ἱππομαχῶν ἐπὶ τῷ πάγῳ, τοὺς αὐτοὺς καταναυμαχῆσαι θέρους, λυθέντος τοῦ πάγου. Ὁ δ' Ἐρατοσθένης καὶ τοῦτο τὸ γράμμα προφέρεται τὸ ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ, τῶν Παντικαπαιέων ἐπὶ τῇ ῥαγείσῃ χαλκῇ ὑδρίᾳ διὰ τὸν πάγον·

[x] οὐ δεῖ.] Sic mss. juxta Casaubonum, & sic ms. Regius. Vulgò οὐδὲν δεῖ, quod etiam dici potest.

[y] εἰ πού τι.] Sic ms. Regius, & mss. à Casaubono citati. Vulgata lectio, εἴ τι που.

[z] νοτιώτερον.] Ita in codice Regio, & editis posterioribus. Alii νοτιώτερα.

[a] τελεσφορεῖ.] Legit Casaubonus τελεσφορεῖ μὲν, quod satis probamus; sed deest mss. auctoritas.

13 *Bagadania.*] Sic scribit Strabo hoc loco & deinceps, atque in hanc lectionem consentiunt tum typis expressi, tum manu exarati codices. Apud Steph. Geographum legitur *Bagadaonia*, quæ lectio vitii suspecta esse nequit; addit enim Stephanus: *gentile Bagadaones, ut Cataones à Cataonia.* An vero Bagadaniæ, quæ Cappadociæ pars erat, nomen ignoraverit Strabo Cappadox?

loca ſunt frigida, ſublimia nimirum & montana : nam in meridionalibus quoque climatibus montes frigidi ſunt, atque in univerſum ſola editiora, quanquam plana ſint. Etenim Cappadociæ partes quæ ad Euxinum pertingunt mare, multo magis versùs ſeptentriones inclinant quàm quæ ſunt ad Taurum : [13] Bagadania tamen quæ eſt ingens planicies inter Argæum & Taurum montes ſita, perrarò ullam producit frugiferam arborem, quamvis tribus ſtadiorum millibus meridiei quàm Euxinus pontus vicinior. At Sinopes ſuburbia & Amiſi, ac [14] Phanarœæ major pars, oleas ferunt. Oxum quoque fluvium, qui Bactrianam à Sogdianâ dividit, adeò commodum navigationi perhibent eſſe, ut in eum deportatæ Indicæ merces facilè in Hyrcaniam, reliquaſque deinceps ad Pontum ſitas regiones per fluvios devehantur.

Quam huic ſimilem felicitatem poſſis invenire ad Boryſthenem aut Celticam oceano continguam, ubi aut nulla naſcitur vitis, aut fructum non perfert ? In iis autem partibus quæ ad meridiem inclinant & ad mare, ac ad Boſporum, perferuntur quidem fructus, ſed exigui : & hyeme defodiuntur. Jam in faucibus Mæotidis paludis hujuſmodi cogitur glacies, ut quo loco Mithridatis legatus barbaros in glacie ſuperavit equeſtri prælio, eodem deinde eos æſtate, ſolutâ glacie, devicerit navali pugnâ. Profert Eratoſthenes etiam hanc inſcriptionem æreæ hydriæ per gelu ruptæ, quæ repoſita fuit in Æſculapii fano apud [15] Panticapæum :

Stephano militat Goltzius qui nummum laudat in quo ſcribitur ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. Sed valdè ſuſpectus nummus. Certè apud Suidam perperàm ſcribitur Βαγδαλονία: is enim eo loco Stephanum exſcribit. De hâc Cappadociæ parte vide infrà, lib. XII.

14 *Phanarœæ.*] Ponticæ regionis pars Phanarœa, de quâ Strabo, lib. XII. Vertebat Xylander : *Sinopes, Amiſi, ac Phanagoreæ ſuburbia*, quaſi hîc ageretur de Phanagoriâ, urbe memorabili, ad latus Aſiaticum Boſpori Cimmerii ſitâ, cujus mentio apud Strabonem, lib. XI. Errorem Caſaubonus monuerat, nos emendamus.

15 *Panticapæum.*] Boſporianorum urbs princeps, in faucibus Mæotidis. Vide infrà, lib. VII.

Εἴ τις ἄρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῖν
Γίνεται, εἰς τήνδε γνώτω ἰδὼν ὑδρίαν·
Ἣν οὐχ ὡς ἀνάθημα θεοῦ καλὸν, ἀλλ' ἐπίδειγμα
Χειμῶνος μεγάλου θῆχ' ἱερεὺς Στράτιος.

Ὅπου οὖν οὐδὲ τοῖς ἐν Βοσπόρῳ συγκριτέον τὰ ἐν τοῖς διαριθμηθεῖσι τόποις, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐν Ἀμισῷ καὶ Σινώπῃ (καὶ γὰρ ἐκείνων εὐκρατοτέρους ἂν εἴποι τις) σχολῇ γ' ἂν παραβάλλοιτο τοῖς κατὰ Βορυσθένη, καὶ τοῖς ἐσχάτοις Κελτοῖς· μόλις γὰρ ἂν [b] ταυτοκλινεῖς ἐν τοῖς κατ' Ἀμισὸν, καὶ Σινώπην, καὶ Βυζάντιον, καὶ Μασσαλίαν, οἱ τοῦ Βορυσθένους καὶ τῶν Κελτῶν ὁμολογοῦνται νοτιώτεροι σταδίοις τρισχιλίοις καὶ ἑπτακοσίοις.

Οἱ δέ γε περὶ Δηΐμαχον, τοῖς τρισμυρίοις ἐὰν προσλάβωσι τὸ ἐπὶ τὴν Ταπροβάνην καὶ τοὺς ὅρους τῆς διακεκαυμένης, οὓς οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων θετέον, [c] ἐκτοπιοῦσιν τά τε Βάκτρα, καὶ τὴν Ἀρίαν εἰς τοὺς ἀπέχοντας τόπους τῆς διακεκαυμένης σταδίους τρισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους, ὅσους ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ Βορυσθένη φησὶν εἶναι ὁ Ἵππαρχος· ἐκπεσοῦνται ἄρα εἰς τοὺς βορειοτέρους τοῦ Βορυσθένους καὶ τῆς Κελτικῆς, σταδίοις ὀκτακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις, ὅσοις νοτιώτερός ἐστιν ὁ ἰσημερινὸς τοῦ ὁρίζοντος κύκλου τὴν διακεκαυμένην καὶ τὴν εὔκρατον· ὅν φαμεν διὰ τῆς κινναμωμοφόρου Ἰνδικῆς μάλιστα γράφεσθαι. Ἡμεῖς δέ γε ἐπιδείκνυμεν μέχρι τῆς Ἰέρνης μόλις οἰκήσιμα ὄντα τὰ ὑπὲρ τὴν Κελτικὴν, ἅπερ οὐ πλείω τῶν πεντακισχιλίων ἐστίν. Οὗτος δ' ἀποφαίνει ὁ λόγος τῆς Ἰέρνης ἔτι βορειότερον εἶναί τινα κύκλον οἰκήσιμον σταδίοις τρισχιλίοις ὀκτακοσίοις.

---

b ταυτοκλινεῖς ἐν τοῖς.] Juxta Casaubonum, emendandum est εἶεν pro ἐν.

c ἐκτοπιοῦσιν.] Ms. Regius ἐκτοπίουσι.

---

16 *per cinnamomiferam Indiam.*] Suspectus nobis valdè locus. Nusquam Strabo regionem cinnamomiferam in Indiâ collocat, imò potiùs ultra Æthiopiam ad meridiem usque ad fines terræ habitabilis. Multum verò abest, juxta ipsum, quin India usque ad fines terræ habitabilis progrediatur; nam

Si quis fortè hominum non credit qualia apud nos
Fiant, hanc, noſcat, conſpiciens hydriam:
Antiſtes poſuit Stratius: non muneris ergô,
Sed certum immenſi frigoris indicium.

Quando igitur ea quæ in enumeratis fiunt locis, neque cum incolis Boſpori comparanda ſunt, neque Amiſo & Sinope (horum enim regionem illis temperatiorem diceret aliquis) nullo utique modo comparari poſſint cum iis qui ad Boſporum accolunt, & extremis Celtis. Vix enim ii qui ſtadiis III CIↃ IↃCC longiùs versùs meridiem ſiti ſunt quàm Boryſthenis accolæ & Celtæ, eundem ſitum obtinere affirmantur cum Amiſo, Sinopâ, Byzantio, & Maſſiliâ.

Porrò Deimachus ſi ad XXX ſtadiorum millia addat intervallum quod eſt uſque ad Taprobanam & fines zonæ torridæ, quod non minus IVCIↃ ſtadiorum ponendum eſt: Bactra & Ariam ſuis mota locis rejiciet in ea loca, quæ abſunt à zonâ torridâ ſtadiis XXXIV CIↃ quot ſtadiis diſtare Boryſthenem ab æquinoctiali ait Hipparchus: excident igitur in loca quæ versùs ſeptentrionem, & Boryſthene & Celticâ ſtadiis diſtant VIII CIↃ IↃCCC: quot ſtadiis æquinoctialis, versùs meridiem, abeſt à circulo eo, qui torridam plagam à temperatâ dirimit, [16] quem per cinnamomiferam potiſſimùm deſcribi Indiam dicimus. Nos autem oſtendimus quæ ultra Celticam ſunt ægrè uſque ad Hiberniam habitari, non ampliùs IↃↃ ſtadiis. Hæc autem ratio pronunciat eſſe adhuc alium circulum habitabilem, ab Hiberniâ versùs ſeptentrionem ſitum ſtadiis III CIↃ IↃCCC.

Taprobana inſula terræ habitabilis limitem ſignat; & Taprobana diſtat ab Indiâ, meridiem versùs, ſtadiis quatuor millibus. Ergo regio cinnamomifera, non Indiæ pars, ſed ultra Indiam ad meridiem. Hinc ſuſpicamur *Indiam* in hunc locum temerè irrepſiſſe. Cùm tamen & ſcripti & editi lectionem vulgatam retineant κινναμωμοφόρου Ἰνδικῆς, nihil mutare audemus.

Ἔστι [d] δὲ Βάκτρα, καὶ τὸ στόμα τῆς Κασπίας θαλάττης, εἴτε Ὑρκανίας πάμπολύ τι ἀρκτικώτερα· ὅπερ τοῦ μυχοῦ τῆς Κασπίας καὶ τῶν Ἀρμενιακῶν καὶ Μηδικῶν ὀρῶν διέχει περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους, καὶ δοκεῖ τῆς αὐτῆς παραλίας μέχρι τῆς Ἰνδικῆς ἀρκτικώτερον εἶναι σημεῖον, καὶ περίπλουν ἔχειν [e] διὰ τῆς Ἰνδικῆς δυνατὸν, ὥς φησιν ὁ τῶν τόπων ἡγησάμενος τούτων Πατροκλῆς. Ἔτι τοίνυν ἡ Βακτριανὴ χίλια στάδια ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἐκτείνεται· τὰ δὲ τῶν Σκυθῶν πολὺ [f] μείζω ταύτης ἐπέκεινα χώραν νέμεται, καὶ τελευτᾷ πρὸς τὴν βόρειον θάλατταν, νομαδικῶς μὲν, ζῶντα δ᾽ ὅμως. Πῶς οὖν εἴπερ καὶ αὐτὰ τὰ Βάκτρα [g] ἤδη τῆς οἰκουμένης ἐκπίπτει; Εἴη ἂν τὸ διάστημα τοῦτο ἀπὸ τοῦ Καυκάσου μέχρι τῆς βορείας θαλάττης τῇ διὰ Βάκτρων ὀλίγῳ πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων· ταῦτα δὴ προστεθέντα τῷ ἀπὸ τῆς Ἰέρνης ἐπὶ τὰ βόρεια σταδιασμῷ, ποιεῖ τὸ πᾶν διὰ τῆς ἀοικήτου διάστημα ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης σταδιασμοῦ, σταδίων ἑπτακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων· εἰ δὲ ἐάσειέ τις τοὺς τετρακισχιλίους σταδίους, αὐτά τε τὰ πρὸς τῷ Καυκάσῳ μέρη τῆς Βακτριανῆς, ἔσται βορειότερα τῆς Ἰέρνης σταδίοις τρισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις, τῆς δὲ Κελτικῆς καὶ τοῦ Βορυσθένους ὀκτακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις.

Φησὶ δέ γε ὁ Ἵππαρχος κατὰ τὸν Βορυσθένην καὶ τὴν Κελτικὴν, ἐν ὅλαις ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεσθαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου

---

[d] Ἔστι δὲ Βάκτρα, καὶ τὸ στόμα τῆς Κασπίας θάλαττης εἴτε Ὑρκανίας.] Mendum duplex locum hunc miserè fœdaverat. 1°. Editi omnes ferunt ἔστι Ὑρκανίας, quæ lectio mirè Xylandrum torsit. Casaubonus, prævio veteri interprete, vulnus sanavit unicâ demptâ litterâ, legendo scilicet εἴτε pro ἔστι: neque jam ex solâ Casauboni conjecturâ, sed ex Regii codicis auctoritate ita legendum est. Mare Caspium Hyrcani maris nomine appellatum fuisse, Strabo ipse testatur hoc eodem libro infrà: Κασπία καλεῖται θάλαττα, οἱ δ᾽ Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν. 2°. Aliud mendum, non æquè manifestum, hoc eodem in loco latebat: nimirùm, cùm fauces maris Caspii multo magis quàm Bactra versùs septentriones porrigerentur, Strabo tamen videtur dixisse Bactra faucibus maris Caspii septentrionaliora. Scripti enim & typis editi codices ferunt: ἔστι δὲ Βάκτρα καὶ τοῦ στόματος τῆς Κασπίας.... ἀρκτικώτερα. Sed lectionem legitimam nobis ministrat vetus interpres, dum vertit: *suntque Bactra, & Caspii maris sive Hyrcani ostium, admodùm omnino septentrionaliora* (nempe respectu Indiæ.) In posterioribus quidem veteris versionis editionibus legitur *ostiis*, non *ostium*: at sic scribendo locum audaciùs adulteraverunt recen-

Sunt [17] Bactra & Caspii sive Hyrcani maris ostium admodùm septentrionaliora: quod ostium distat ab intimo secessu Caspii maris & Armeniacis ac Medicis montibus circiter VI CIↃ stadiis: videturque ejus oræ maritimæ usque ad Indiam punctum esse septentrionibus proximum: ac posse inde ad Indiam circumnavigari, ut asserit Patrocles, qui istis præfuit locis. Jam Bactriana stadiis CIↃ versùs septentriones porrigitur: Scythæ ultrà longè ampliorem occupant regionem, quæ mari septentrionali terminatur, & vivunt sanè, quanquam incertis vagentur sedibus. Quî ergo, cùm ipsa etiam Bactra extra habitatam terram sita sint? Erit enim intervallum à Caucaso per Bactra usque ad mare septentrionale stadiorum plus paulo IV CIↃ. Hæc adjecta numero stadiorum ab Hibernià versùs aquilonem, totum per non habitabilem terram spatium cum stadiorum per Hiberniam numero, stadiorum VII CIↃ IↃCCC summam conficiet. Quòd si quis IV CIↃ illa stadia omittat, ipsæ partes Bactrianæ ad Caucasum sitæ ultra Hiberniam versùs septentriones inclinabunt III CIↃ IↃCCC stadiis, ultra Celticam & Borysthenem VIII CIↃ IↃCCC.

Præterea Hipparchus tradit ad Borysthenem, inque Celticâ totis noctibus æstivis solem lucere, & ambire ab

tiores editores, falsâ Græci contextûs lectione decepti. Ergo standum est genuinæ veteris interpretis versioni, & scribendum, ut legerat, καὶ τὸ στόμα, vel, ut legit Casaubonus, καὶ τὰ τοῦ στόματος, non καὶ τοῦ στόματος.

[e] διὰ τῆς Ἰνδικῆς.] Mſ. Regius ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς, & sic legebat interpres vetus.

[f] μείζω ταύτης ἐπέκεινα χώραν.] In editis recentioribus vox χώραν exciderat, quam ex prioribus, & ex mſ. Regio restituimus.

[g] ἤδη τῆς οἰκουμένης ἐκπίπτει.] Sic codex Regius, & juxta Casaubonum libri veteres. In editis deest vox ἤδη.

[17] *Sunt Bactra & Caspii sive Hyrcani maris ostium*, &c.] Locum duplici mendâ depravatum sanavimus. Xylander, aliàs oculatus satis, prorsùs hic cæcutierat. Multa immutabat ut aliquem eliceret sensum, nec ullum eliciebat quem probaret ipse. Versionem ejus ad mentem Strabonis revocavimus, partim ex mſ. Regio, partim ex interpretatione veteri. Vide notas nostras ad Græca.

περιϊστάμενον ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν· ταῖς δὲ χειμεριναῖς τροπαῖς πλεῖστον μετεωρίζεται ὁ ἥλιος ἐπὶ πήχεις ἐννέα· ἐν δὲ τοῖς ἀπέχουσι τῆς Μασσαλίας ἑξακισχιλίοις καὶ τριακοσίοις (οὓς ἐκεῖνος μὲν ἔτι Κελτοὺς ὑπολαμβάνει, ἐγὼ δ' οἶμαι Βρεττανοὺς εἶναι βορειοτέρους τῆς Κελτικῆς, σταδίοις [h] δισχιλίοις πεντακοσίοις) πολὺ μᾶλλον τοῦτο συμβαίνειν· ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς ἡμέραις ὁ ἥλιος μετεωρίζεται πήχεις ἕξ· τέτταρας δ' ἐν τοῖς ἀπέχουσι Μασσαλίας ἐννακισχιλίους σταδίους καὶ ἑκατόν· ἐλάττους δὲ τῶν τριῶν ἐν τοῖς ἐπέκεινα, οἳ καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον πολὺ ἂν εἶεν ἀρκτικώτεροι τῆς Ἰέρνης· οὗτος δὲ Πυθέᾳ πιστεύων, καὶ κατὰ τὰ νοτιώτερα τῆς Βρεττανικῆς τὴν οἴκησιν ταύτην τίθησι, καί φησιν εἶναι τὴν μακροτάτην ἐνταῦθα ἡμέραν, ὡρῶν ἰσημερινῶν δέκα ἐννέα, ὀκτωκαίδεκα δὲ ὅπου τέτταρας ὁ ἥλιος μετεωρίζεται πήχεις· οὕς φησιν ἀπέχειν τῆς Μασσαλίας ἐννακισχιλίους καὶ ἑκατὸν σταδίους· ὥσθ' οἱ νοτιώτατοι τῶν Βρεττανῶν βορειότεροι τούτων εἰσίν.

Ἤτοι οὖν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου εἰσὶ τοῖς πρὸς τῷ Καυκασίῳ Βακτρίοις, ἢ ἐπί τινος πλησιάζοντος· εἴρηται γὰρ ὅτι κατὰ τοὺς περὶ Δηΐμαχον συμβήσεται βορειοτέρους εἶναι τῆς Ἰέρνης τοὺς πρὸς τῷ Καυκασίῳ Βακτρίους, σταδίοις τρισχιλίοις ὀκτακοσίοις· προστεθέντων δὲ τούτων τοῖς ἀπὸ Μασσαλίας εἰς Ἰέρνην, γίνονται μύριοι δισχίλιοι πεντακόσιοι. Τίς οὖν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς ἐκεῖ τόποις, λέγω δὲ τοῖς περὶ Βάκτρα, τοῦτο τὸ μῆκος τῶν μεγίστων ἡμερῶν, ἢ τὸ ἔξαρμα τοῦ ἡλίου τὸ κατὰ τὰς μεσουρανήσεις ἐν ταῖς χειμεριναῖς τροπαῖς; Ὀφθαλμοφανῆ γὰρ πάντα ταῦτα ἰδιώτῃ, καὶ οὐ δεόμενα μαθηματικῆς σημειώσεως· ὥστε συνέγραψαν πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν τῶν τὰ Περσικὰ ἱστορούντων, καὶ τῶν ὕστερον μέχρι καὶ εἰς

---

[h] *δισχιλίοις πεντακοσίοις.*] Vulgò *χιλίοις πεντακοσίοις.* Errorem arguunt locorum intervalla ex ipso Strabone. Vide notas nostras ad Latina. Emendavimus ut habent libri veteres quos Casaubonus adducit, & ms. Regius, *δισχιλίοις πεντακοσίοις*: quod meliùs congruit.

---

[18] *à Celticâ stadiis* II CIↃ IↃ *remotos.*] Sic vetus interpres: Xylander, *stadiis* 1500, deceptus scilicet lectione depravatâ quam emendavimus ex ms.

occasu

occasu in ortum, sub brumam solem non attolli ultra IX cubitos: idque multò magis evenire apud eos, qui à Massiliâ VI CIↃ CCC stadiis absunt: quos ille ipsos quoque Celtas esse putat, ego autem Britannos, versùs septentrionem [18] à Celticâ stadiis II CIↃ IↃ remotos. Hibernis autem diebus solem ad cubitos sex elevari: ad quatuor, apud eos qui à Massiliâ absunt IX CIↃC stadiis: intra tres, apud ulteriùs dissitos, qui etiam secundùm nostram ratiocinationem longè magis sunt septentrionales quàm Hibernia. At iste Pytheæ fidem adhibens, eum situm collocat in partibus Britanniæ austro propinquioribus, aitque ibi longissimam diem horarum æquinoctialium XIX: XVIII autem ubi sol ad IV cubitos assurgit, quos à Massiliâ abesse dicit IX CIↃ C stadiis. Quo efficitur Britannos, qui omnium maximè ad meridiem accedunt, septentrioni esse quàm isti sint, viciniores.

Ergo ut in eodem erunt parallelo cum Bactriis ad Caucasum sitis, aut in aliquo propinquo: docuimus enim quòd juxta Deimachum Bactrii isti stadiis III CIↃ IↃ CCC propiores sunt septentrioni quàm Hibernia: quibus si addantur quotquot sunt à Massiliâ in Hiberniam, conficientur CCIↃↃ CIↃ CIↃ IↃ. Quis ergo iis in locis (de Bactriis loquor) observavit istam maximarum dierum quantitatem, aut solis altitudinem in medio cœli brumæ tempore versantis? Hæc enim oculis omnium, etiam litteraturæ omnis rudium, exposita sunt, neque mathematicâ opus habent designatione: itaque multi utique ea conscripsissent, & veterum qui res Persicas tradiderunt, & usque ad nostram ætatem subsecutorum. Et quomodo ea regionum istarum, quam exposui, fertilitas cum iis

---

Regio. Manifestus error ex ipsis locorum juxta Strabonem intervallis: nam à Massiliâ ad latus Celticæ septentrionale 3700 stadia numerat Strabo; quem numerum si demas ex 6300 stadiis quæ intervallum conficiunt à Massiliâ ad regionem eam ubi sol non attollitur sub brumam ultra novem cubitos, non modò 2500, sed & 2600 stadiorum summa supererit.

ἡμᾶς. Πῶς δ' ἂν ἡ λεχθεῖσα εὐδαιμονία τῶν τόπων, ὁμολογῆτο τοῖς τοιούτοις ἐν τῷ οὐρανῷ φαινομένοις; Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον, ὡς καὶ [i] σοφῶς ἀντιλέγει πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, ὡς ἰσοδυναμούντων τῶν ζητουμένων, λαμβάνοντος πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι τὸ ζητούμενον.

Πάλιν δ' ἐκείνου τὸν Δηΐμαχον ἰδιώτην ἐνδείξασθαι βουλομένου καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων· οἴεσθαι γὰρ τὴν Ἰνδικὴν μεταξὺ κεῖσθαι τῆς τε φθινοπωρινῆς ἰσημερίας, καὶ τῶν τροπῶν τῶν χειμερινῶν· Μεγασθένει τε [k] ἀντιλέγειν, φήσαντι ἐν τοῖς νοτίοις μέρεσι τῆς Ἰνδικῆς τάς τε ἄρκτους ἀποκρύπτεσθαι καὶ τὰς σκιὰς ἀντιπίπτειν· μηδέτερον γὰρ τούτων μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς συμβαίνειν. Ταῦτα δὲ φάσκοντος ἀμαθῶς λέγεσθαι· τό, τε γὰρ τὴν φθινοπωρινὴν τῆς ἐαρινῆς διαφέρειν οἴεσθαι κατὰ τὴν διάστασιν τὴν πρὸς τὰς τροπάς, ἀμαθές, τοῦ τε κύκλου τοῦ αὐτοῦ ὄντος, καὶ τῆς ἀνατολῆς· τοῦ τε διαστήματος τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς τροπικοῦ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ, ὧν μεταξὺ τίθησι τὴν Ἰνδικὴν ἐκεῖνος, δειχθέντος ἐν τῇ ἀναμετρήσει πολὺ ἐλάττονος τῶν δισμυρίων σταδίων, συμβῆναι ἂν καὶ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον, ὅπερ αὐτὸς νομίζει, οὐχ ὅπερ ἐκεῖνος· δυοῖν μὲν γὰρ ἢ καὶ τριῶν μυριάδων οὖσαν τὴν Ἰνδικήν, οὐδὲ πεσεῖν μεταξὺ τοσούτου διαστήματος· ὅσον δ' αὐτὸς εἴρηκε, πεσεῖν ἄν. Τῆς δ' αὐτῆς ἀγνοίας εἶναι καὶ τὸ μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς ἀποκρύπτεσθαι φάσκειν τὰς ἄρκτους, μηδὲ τὰς σκιὰς ἀντιπίπτειν· ὅτε γε καὶ πεντακισχιλίους προελθόντι ἀπ' Ἀλεξανδρείας, εὐθὺς συμβαίνειν ἄρχεται.

Ταῦτα δὴ [l] εἰπόντος, εὐθύνει πάλιν οὐκ εὖ ὁ Ἵππαρ-

---

[i] σοφῶς.] Editi σοφός. Emendabat Casaubonus σοφῶς, & rectè: sic enim legit vetus interpres, sic fert ms. Regius, sic phrasis ipsa scribi postulat.

[k] ἀντιλέγειν.] Vulgata lectio, ἀντιλέγει, Xylandrum fefellit, quem emendamus. Sermonis series potuit vel puerum movere ut legendum censeret ἀντιλέγειν, sicut ait Casaubonus. Quòd si librorum fides adhibenda sit, vindices habemus mss. codices, Regium scilicet ac Mediceum, quibus suffragatur interpres vetus. Totam hanc disputationem non intellexit Xylander. Ejus interpretationem ad mentem Strabonis revocavimus.

[l] εἰπόντος.] Editi εἰπόντας. Casaubonus legebat εἰπόντος, ex conjecturâ, quam firmat ms. Mediceus. Sana lectio, quam in Latinis expressimus.

conveniret quæ in cœlo fieri cernerentur ? Ex iis, quæ disputata sunt, liquet, [19] quàm doctè [Hipparchus Eratosthenis] demonstrationem refellat, argumentis non minùs controversis quàm illud de quo quæstio est, cùm ad demonstrationem adhibeat id ipsum quod quæritur.

Rursum [20] Eratosthenes Deïmachum rudem & harum rerum imperitum conatur ostendere, ut qui putarit Indiam inter æquinoctium autumnale & brumam esse sitam, & Megasthenem reprehenderit, qui in austrinis Indiæ partibus ursas occidere, & umbras diversam in partem cadere dixisset: horum enim neutrum ullibi in Indiâ fieri, esseque hæc indoctè dicta : indocti enim esse, dicere autumnale à verno differre eo intervallo quod est versùs solstitia, cùm idem sit circulus, & ortus : & cùm intervallum terrestris tropici ab æquinoctiali (inter quos ille ponat Indiam) in dimensione compertum sit multo minus XX stadiorum millibus, ex sententiâ Deïmachi, non illius, sed suum propositum concludi : Indiam scilicet quæ viginti aut etiam XXX millia stadiorum æquet, non posse isto intervallo comprehendi : comprehensum iri autem si ea quantitas Indiæ assignetur, quam ipse tradat. Ejusdem quoque esse ignorationis, quòd neget in ullâ Indiæ parte occidere ursas, aut umbras in diversam cadere partem : cùm ea statim ab Alexandriâ ad 100 stadia progressis evenire incipiant.

Hæc dicentem rursum non rectè refellit Hipparchus,

---

19 *quàm doctè [Hipparchus Eratosthenis] demonstrationem refellat.*] Hæc per ironiam dicta sunt. Ad legitimam revocavimus lectionem locum Græcè mendosum, quem cùm malè tractaverint interpretes, ita transferre conati sumus, ut vera Strabonis sententia, quæ aliquid habet subobscuri, in apertam lucem emergat, & ideò subaudita Hipparchi & Eratosthenis nomina expressimus. Vertebat Xylander, infeliciter admodùm : *sapientis esse demonstrationem ejus refellere, in quâ ille, quasi eadem vis sit ejus quod quæritur & ejus quod id conficitur, ad demonstrationem id ipsum adhibet quod quærebatur.*

20 *Eratosthenes.*] In Græcis subauditur nomen Eratosthenis, sed apertè designari ex sequentibus patet. Erravit Xylander cùm Hipparchi nomen supplendum arbitratus est.

χος, πρῶτον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ τὸν θερινὸν δεξάμενος· εἶτ' οὐκ οἰόμενος δεῖν μάρτυρι χρῆσθαι [m] τῶν μαθηματικῶν ἀναστρολογήτῳ ἀνθρώπῳ· ὥσπερ τοῦ Ἐρατοσθένους προηγουμένως τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἐγκρίνοντος, ἀλλ' οὐ κοινῷ τινι ἔθει χρωμένου πρὸς τοὺς ματαιολογοῦντας. Εἷς γάρ τις τῶν πρὸς τοὺς ματαίως ἀντιλέγοντας ἐλέγχων ἐστὶν, ὅταν αὐτὴν τὴν ἐκείνων ἀπόφασιν ὁποία ποτὲ ἐστι, δείξωμεν ἡμῖν συνηγοροῦσαν.

Νυνὶ μὲν οὖν ὑποθέμενοι τὰ νοτιώτατα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην, ὅπερ εἰρήκασι πολλοὶ, καὶ πεπιστεύκασιν, ἐπεδείξαμεν τὰ συμβαίνοντα ἄτοπα. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἵππαρχος οὐδὲν ἀντειπὼν τῇ ὑποθέσει ταύτῃ νυνὶ, μετὰ ταῦτα ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι οὐ συγχωρεῖ, σκεπτέον καὶ τοῦτον τὸν λόγον. Φησὶ τοίνυν, ἀνταιρόντων ἀλλήλοις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κειμένων, ἐπειδὰν τὸ μεταξὺ ᾖ μέγα διάστημα, μὴ δύνασθαι γνωσθῆναι αὐτὸ τοῦτο, ὅτι εἰσὶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου οἱ τόποι, ἄνευ τῆς τῶν κλιμάτων συγκρίσεως τῆς κατὰ θάτερον τὸν τόπον. Τὸ μὲν οὖν κατὰ Μερόην κλίμα, Φίλωνά τε τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν ἱστορεῖν, ὅτι πρὸ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος· λέγειν δὲ καὶ τοὺς λόγους τοῦ γνώμονος πρός τε τὰς τροπικὰς σκιὰς καὶ τὰς ἰσημερινάς· αὐτόν τε Ἐρατοσθένη συμφωνεῖν ἔγγιστα τῷ Φίλωνι. Τὸ δ' ἐν τῇ Ἰνδικῇ κλίμα μηδένα ἱστορεῖν, μηδ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη· εἰ δὲ δὴ καὶ αἱ ἄρκτοι ἐκεῖ ἀμφότεραι, ὡς οἴονται, ἀποκρύπτονται, πιστεύοντες τοῖς περὶ Νέαρχον, μὴ δυνατὸν εἶναι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖσθαι τήν τε Μερόην, καὶ ταῦτα τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς.

Εἰ μὲν τοίνυν περὶ τῶν ἄρκτων ἀμφοτέρων ὅτι ἀποκρύπτονται, συναποφαίνεται τοῖς εἰποῦσιν Ἐρατοσθένης, πῶς περὶ τοῦ ἐν τῇ Ἰνδικῇ κλίματος οὐδεὶς ἀποφαίνεται, οὐδ' αὐτὸς Ἐρατοσθένης; Οὗτος γὰρ ὁ λόγος περὶ τοῦ κλίματός ἐστιν. Εἰ δ' οὐ συναποφαίνεται, ἀπηλλάχ-

---

m τῶν μαθηματικῶν.] Sic mſ. Regius, & editi veteres. Deest τῶν in editis recentioribus.

primùm ab Hyberno tropico æstivum accipiens : deinde absurdum judicans, quòd de rebus mathematicis testimonium profertur hominis astrologiæ rudis : quasi verò Eratosthenes in eo testimonio potissimam collocarit confirmationis vim, ac non potiùs communem vana dicentes refutandi morem tenuerit. Nam de rationibus futiliter contradicentes refellendi, hæc quoque una est, cùm ipsorummet sententiam, qualis qualis ea est, ostendimus nobiscum facere.

Hactenus ergo eo quod multi tradidêre ac credidêre, tanquam vero posito, nempe austro propinquissimas Indiæ partes è regione Meroæ sitas esse, ostendimus quæ absurda consequantur. Quoniam autem hanc propositionem Hipparchus in præsentiâ non impugnans, in secundo postea commentario eam negat, consideremus agedum etiam hoc argumentum. Ait ergo, quæ in eodem sita parallelo è regione invicem jacent, si magnum sit inter ea intervallum, hoc ipsum cognosci non posse, quòd ea sint eodem in parallelo sita, nisi utriusque loci inclinationes intersese comparentur. Ac Meroes quidem clima sive inclinationem [21] à Philone, eo qui navigationem in Æthiopiam conscripsit, observatam fuisse eam, quòd XLV diebus ante æstivum solstitium ei loco sol supra verticem immineat : ab eodem etiam rationes gnomonis ad umbras solstitiorum & æquinoctiorum traditas, & ipsum Eratosthenem proximè ad Philonis accedere sententiam. Indiæ autem clima neque ab ullo alio, neque ab ipso Eratosthene exponi : quòd si utraque ursa ibi occidat, ut isti tradunt Nearchum secuti : non posse in eodem parallelo jacere Meroen & istas Indiæ extremitates.

At verò si Eratosthenes suffragatur iis, qui utramque ursam occultari dixerunt, quî dici rectè potest neminem, ac ne ipsum quidem Eratosthenem, de Indiæ situ quicquam

---

[21] *à Philone.*] Hoc periit hujus Philonis opus, ac vix ipsius auctoris memoria interiit. Vide Vossium de hist. Gr., p. 403.

θω τῆς αἰτίας. Οὐ συναποφαίνεται δέ γε· ἀλλὰ τοῦ Δηϊμάχου φήσαντος, μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς μήτ' ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἄρκτους, μήτ' ἀντιπίπτειν τὰς σκιὰς, ἅπερ ὑπείληφεν ὁ Μεγασθένης, ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκει· τὸ συμπεπλεγμένον νομίζων ψεῦδος, ἐν ᾧ ὁμολογουμένως καὶ κατ' αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον, τό γε μὴ ἀντιπίπτειν τὰς σκιὰς, ψεῦδος ἐμπέπλεκται. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τῇ Μερόῃ ἀνταίρει, τῆς γε Συήνης νοτιώτερα εἶναι τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς συγχωρῶν φαίνεται.

Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιχειρῶν, ἢ ταὐτὰ λέγει τοῖς ἐξελεγχθεῖσιν ὑφ' ἡμῶν, ἢ λήμμασι προσχρῆται ψευδέσιν, ἢ ἐπιφέρει τὸ μὴ ἀκολουθοῦν. Οὔτε γὰρ τῷ, ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Θάψακον εἶναι σταδίους τετρακισχιλίους ὀκτακοσίους, ἐντεῦθεν δὲ πρὸς τὴν ἄρκτον ἐπὶ τὰ Ἀρμένια ὄρη [n] δισχιλίους ἑκατὸν, ἀκολουθεῖ τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ ἐπὶ τὰ ἀρκτικὰ ὄρη πλείους εἶναι τῶν ἑξακισχιλίων· οὔτε τὸ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ τὰ ὄρη δισχιλίων καὶ ἑκατόν φησιν Ἐρατοσθένης, ἀλλ' εἶναί τι λοιπὸν ἀκαταμέτρητον· ὥσθ' ἡ ἑξῆς ἔφοδος ἐκ μὴ διδομένου λήμματος οὐκ ἂν ἐπεραίνετο. Οὔτ' ἀπεφήνατο οὐδαμοῦ Ἐρατοσθένης τὴν Θάψακον τῆς Βαβυλῶνος πρὸς ἄρκτους κεῖσθαι πλείοσιν ἢ τετρακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις.

Ἑξῆς δὲ συνηγορῶν ἔτι τοῖς ἀρχαίοις πίναξιν, οὐ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους προφέρεται περὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος, ἀλλ' ἑαυτῷ [o] κεχαρισμένως πλάττει τὴν ἀπόφασιν πρὸς ἀνατροπὴν εὐφυῆ. Ὁ μὲν γὰρ ἀκολουθῶν τῇ θέσει τῇ προειρημένῃ τοῦ τε Ταύρου καὶ τῆς ἀπὸ στηλῶν θαλάττης, διελὼν τῇ γραμμῇ ταύτῃ τὴν οἰκουμένην δίχα, καὶ καλέσας τὸ μὲν βόρειον μέρος, τὸ δὲ νότιον, πειρᾶται καὶ τούτων ἑκάτερον πάλιν τέμνειν εἰς τὰ δυνατὰ μέρη· καλεῖ δὲ ταῦτα σφραγῖδας· καὶ δὴ τὴν

[n] δισχιλίους.] Vulgò χιλίους: ſed ex iis quæ infrà traduntur ab ipſo Strabone, perſpicuè deprehenditur legendum eſſe δισχιλίους, ut Caſaubonus monuit. Eâdem ratione paulò poſt ſcribimus δισχιλίων, non ut libri ferunt, χιλίων.

[o] κεχαρισμένως.] Ita ſcribit Caſaubonus, juxta libros antiquos & veterem interpretem: ita & nos ſcribimus ex mſ. Regio. Vulgò legebatur κεχαραγμένως, quod Xylander vertebat *expreſſe*. Verſionem Xylandri reſtitutioni noſtræ accommodamus.

pronunciasse? Nam ista quidem de climate profectò est ratio. Quòd si is non suffragatur, utique absolvendus est hoc crimine. Et quidem non suffragatur: sed cùm Deimachus dixisset, nullâ in parte Indiæ vel occidere ursas, vel in alteram partem recidere umbras, quæ fuerunt Megasthenis opiniones: imperitiæ eum damnat, ac mendacium connexum illud judicat, in quo, vel Hipparcho judice, manifestò mendacium de non cadentibus in diversam partem umbris est implicatum: nam si non opponuntur Meroæ, tamen austro quàm Syenæ viciniores esse illas Indiæ extremitates videtur concedere.

Sed & deinceps iisdem de rebus disputans Hipparchus, aut eadem cum iis, quæ jam refutavimus, dicit, aut falsa assumit, aut infert id quod non est consequens. Neque enim quòd à Babylone ad Thapsacum stadia sunt IV CIↃ IↃCCC, indeque versùs septentrionem ad Armenios usque montes [22] stadia IICIↃC ex eo sequitur, à Babylone in meridiano per eam ducto ad montes septentrionales stadia esse IↃↃ CIↃ ampliùs: neque dicit Eratosthenes à Thapsaco ad montes esse IICIↃ C stadia: sed restare aliquid adhuc non dimensum. Itaque argumentum, quod subjicitur, ab eo ductum quod datum aut concessum minimè fuit, nihil efficit. Neque dixit usquam Eratosthenes Thapsacum à Babylone versùs aquilonem amplius IV CIↃ D stadiis abesse.

Deinceps Hipparchus adhuc patrocinans antiquis tabulis non ea profert quæ Eratosthenes dixit de tertio sigillo, sed in sui ipsius gratiam confingit sententiam ad refellendum opportunam. Nam Eratosthenes iis quæ eum posuisse docuimus de Tauro, & mari quod à columnis Herculis fluit, cùm hujus lineæ ope terram habitatam in duas esset partitus portiones, quarum unam septentrionalem vocat, alteram meridionalem: conatur harum

---

[22] *stadia* IICIↃC.] Xylander depravatam lectionem secutus, CIↃC stadia scripserat, & hìc, & paulo inferiùs. Jubente Strabone ipso, & Casaubono monente, Græca emendamus & Latina.

νοτίου μέρους πρώτην εἰπὼν σφραγίδα τὴν Ἰνδικὴν, δευτέραν δὲ τὴν Ἀριανὴν, ἐχούσας τι εὐπερίγραφον, ἴσχυσεν ἀμφοτέρων ἀποδοῦναι καὶ μῆκος καὶ πλάτος· τρόπον δέ τινα καὶ σχῆμα ὡς ἂν γεωμετρικός. Τὴν μὲν γὰρ Ἰνδικὴν, ῥομβοειδῆ φησὶ, διὰ τὸ τῶν πλευρῶν τὰς μὲν θαλάττῃ κλύζεσθαι, τῇ τε νοτίῳ καὶ τῇ ἑώᾳ, μὴ πάνυ κολπώδεις ἠϊόνας ποιούσῃ· τὰς δὲ λοιπὰς, τὴν μὲν τῷ ὄρει, τὴν δὲ τῷ ποταμῷ· κἀνταῦθα τοῦ εὐθυγράμμου σχήματος [p] ὑπό τι σωζομένου· τὴν δ' Ἀριανὴν ὁρῶν τάς γε τρεῖς πλευρὰς ἔχουσαν εὐφυεῖς πρὸς τὸ ἀποτελέσαι παραλληλόγραμμον σχῆμα, τὴν δ' ἑσπέριον οὐκ ἔχων σημείοις ἀφορίσαι, διὰ τὸ ἐπαλλάττειν ἀλλήλοις τὰ ἔθνη, γραμμῇ τινι ὅμως δηλοῖ τῇ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Καρμανίας τελευτώσῃ, τὰ συνάπτοντα πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον· ἑσπέριον μὲν οὖν καλεῖ τοῦτο τὸ πλευρὸν, ἑῷον δὲ τὸ παρὰ τὸν Ἰνδόν· παράλληλα δ' οὐ λέγει οὐδὲ τὰ λοιπὰ, τό, τε τῷ ὄρει γραφόμενον καὶ τὸ τῇ θαλάττῃ, ἀλλὰ μόνον, τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον.

Οὕτω δ' ὁλοσχερεῖ τινι τύπῳ τὴν δευτέραν ἀποδιδοὺς σφραγίδα, πολὺ ταύτης ὁλοσχερέστερον ἀποδίδωσι τὴν τρίτην σφραγίδα κατὰ πλείους αἰτίας· πρώτην μὲν τὴν λεχθεῖσαν, ὅτι οὐκ εὐκρινῶς ἀφώρισται ἡ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ Καρμανίαν, ἥτις κοινή ἐστι τῇ τρίτῃ, πρὸς τὴν ἐς δευτέραν σφραγίδα πλευράν· ἔπειθ' ὅτι εἰς τὴν νότιον πλευρὰν ὁ Περσικὸς ἐμπίπτει κόλπος, ὅπερ καὶ αὐτός φησιν· ὥστ' ἠνάγκασται τὴν ἐκ Βαβυλῶνος λαβεῖν γραμμὴν, ὡς ἂν εὐθεῖάν τινα διὰ Σούσων καὶ Περσεπόλεως μέχρι τῶν ὅρων τῆς Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος, ᾗ δυνατὸς ἦν εὑρεῖν μεμετρημένην ὁδὸν, σταδίων οὖσαν τὴν ὅλην μικρῷ πλειόνων ἢ ἐνακισχιλίων· ἣν νότιον μὲν καλεῖ πλευρὰν, παράλληλον δ' οὐ λέγει τῇ βορείῳ.

---

[p] ὑπό τι σωζομένου.] Vulgò uno verbo ὑποτισωζομένου, quam vocem quasi barbaram primo aspectu respuerat Casaubonus, & emendaverat ὑποσωζομένου: sed re maturiùs perpensâ, legendum esse censuit ὑπό τι σωζομένου, vocibus distinctis quæ malè coaluerant. Codex Regius fert ὑποτισωζομένου, pravâ, ut videtur, plurium vocum coagmentatione, quam sustulimus, juxta alteram Casauboni sententiam.

utramque

utramque denuò in partes, quas res ferret, diducere, quas ipse sigilla nominat. At cùm austrinæ partis primum sigillum constituisset Indiam, secundum Arianam, quæ non incommodè circumscribi possunt, utriusque & longitudinem valuit, & latitudinem perhibere, figuramque etiam quodammodo, [23] ut geometriæ gnarus. Indiam enim rhombi ait similem esse, quòd laterum ejus alia mari alluuntur austrino & orientali, cujus non admodum sinuosa sunt litora: reliqua, monte unum, alterum flumine clauduntur, atque ita rectilinea quodammodo constat figura. Arianam autem videns tria quidem latera ad constituendum parallelogrammum habere apta, occiduum autem latus punctis definiri non posse, quòd gentes istæ vicissim permixtæ habitant: lineâ tamen illud indicat, quæ à Caspiis portis ad extremitates Carmaniæ pertinet Persicum attingentes sinum: hoc latus occiduum vocat; orientale id, quod est ad flumen Indum: æqualiter autem ea invicem undique distare non ait, ut neque reliqua duo montanum & maritimum, contentus alterum septentrionale, alterum meridionale appellasse.

Hoc pacto secundum sigillum non exactissimâ complexus formâ, multo etiam rudiùs tertium sigillum describit, pluribus quidem de causis. Prima est, quam jam retulimus, quòd non satis distinctè linea definitur à Caspiis portis ad Carmaniam, quæ tertio sigillo communis est cum latere ad secundum pertinente sigillum: deinde quòd in latus meridionale Persicus incidit sinus, quod ipse etiam dicit: itaque coactus fuit lineam è Babylone rectam educere tanquam per Susa & Persepolin usque ad fines Carmaniæ & Persiæ, quà poterat iter dimensum invenire, stadiorumque linea fiebat [24] paulo plus IX CIↃ quam & meridionale vocat latus, neque parallelum septentrionali lateri dicit.

---

[23] *ut geometriæ gnarus.*] In editis *ignarus* legitur, pro *gnarus*, mendum fortè typographicum.

[24] *paulo plus.*] Sic emendamus ex Græcis. Malè in versione Xylandrinâ legebatur paulo minùs.

Δῆλον δ' ὅτι οὐδ' ὁ Εὐφράτης, ᾧ τὸ ἑσπέριον ἀφορίζει πλευρὸν, σύνεγγύς ἐστιν εὐθείᾳ γραμμῇ· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ῥυεὶς, εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς ἕω, καὶ πάλιν πρὸς νότον μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς. Δηλοῖ δὲ τὸ μὴ εὐθύπορον τοῦ ποταμοῦ, φράζων τὸ σχῆμα τῆς Μεσοποταμίας, ὃ ποιοῦσι συμπίπτοντες εἰς ἓν, ὅ, τε Τίγρις καὶ ὁ Εὐφράτης, [q] ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον, ὥς φησι. Καὶ μὴν τὸ ἀπὸ Θαψάκου μέχρι τῆς Ἀρμενίας, οὐδὲ πᾶν μεμετρημένον ἔχει τὸ ἑσπέριον πλευρὸν τὸ ἀφοριζόμενον ὑπὸ τοῦ Εὐφράτου· ἀλλά φησι τὸ πρὸς τῇ Ἀρμενίᾳ μέρος καὶ τοῖς ἀρκτικοῖς ὄρεσι μὴ ἔχειν πόσον ἐστὶ, διὰ τὸ ἀμέτρητον εἶναι. Διὰ δὴ πάντα ταῦτα, τυπωδῶς φησιν ἀποδιδόναι τὴν τρίτην μερίδα· [r] καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα ἅ φησιν, ἐκ πολλῶν συνάγειν τῶν τοὺς σταθμοὺς πραγματευσαμένων, τινὰς καὶ ἀνεπιγράφους καλεῖν. Ἀγνωμονεῖν δὴ δόξειεν ἂν ὁ Ἵππαρχος πρὸς τὴν τοιαύτην ὁλοσχέρειαν γεωμετρικῶς ἀντιλέγων, [s] ἐν ᾗ χάριν εἰδέναι δεῖ τοῖς καὶ ὁπωσοῦν ἀπαγγείλασιν ἡμῖν τὴν τῶν τόπων φύσιν.

Ὅταν δὲ δὴ, μηδ' ἐξ ὧν ἐκεῖνος λέγει, λαμβάνῃ τὰς γεωμετρικὰς ὑποθέσεις, ἀλλ' ἑαυτῷ πλάσας, ἐκφανέστερον ἂν τὸ φιλότιμον καταμηνύοιτο. Ὁ μὲν δὴ οὕτως φησὶ τὴν τρίτην μερίδα τυπωδῶς ἀποδίδοσθαι, μυρίων σταδίων ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην· κατὰ μέρος δὲ διαιρῶν ὡς ἀναγεγραμμένην εὗρε τὴν μέτρησιν, οὕτω τίθησιν, ἔμπαλιν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ

---

[q] ὑπηρεσίῳ.] Vox ea interpretes torsit. Vetus interpres vertebat *navigium*, Xylander *pulvinum remigum*. Interpretationem veterem amplectitur Casaubonus, & tuetur. Scilicet, vocem ὑπηρέσιον interpretatur quasi ὑπηρετικὸν, quod pro ὑπηρετικὸν πλοῖον apud historicos sæpiùs usurpatur. Certè Strabo, lib. XVI, Mesopotamiam πλοίῳ (*navigio*) similem dicit, ac reverâ regio hæc navigium refert eâ parte quam Tigris & Euphrates ambiunt.

[r] καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα ἅ φησιν, &c.] Post vocem φησὶ, virgulam adhibemus, ita ut vox συνάγειν quæ sequitur non ab hâc voce pendeat, sed ab illâ à quâ pendet, vox ἀποδιδόναι. Ac proindè vertendum erit: *nam intervalla quæ refert, ait se ex variis scriptoribus annotasse, qui itinerum dimensiones literis mandarint, atque harum dimensionum quasdam incertas*, vel *incerti autoris dici*. Hæc interpretatio apprimè congruit cum iis quæ leguntur in hujus disputationis serie.

[s] ἐν ᾗ χάριν εἰδέναι δεῖ.] Desideratur in editis vox δεῖ quam supplendam monet phrasis ipsa. Casaubonus legendum

Manifestum porrò est Euphratem etiam, quo occiduum describit latus, [25] rectæ lineæ similem non esse: quippe is à montibus versùs meridiem fluens, inde ad orientem flectitur, rursumque versùs austrum fertur, usquedum in mare effluit: & obliquitatem fluvii ipse indicat, ubi figuram Mesopotamiæ, quam constituunt in unum confluentes Tigris & Euphrates, adsimilem ait esse [26] navigio, ut ipse loquitur. Jam spatium quod à Thapsaco usque ad Armeniam est, non totum habet dimensum latus occiduum quod ab Euphrate definitur: ait enim se non habere quanta sit portio quæ est ad Armeniam & montes septentrionales, quia ejus mensura non extet. Ob hæc ergo omnia, tertiam partem fatetur se rudi deformatione conceptam proponere: nam intervalla quoque, quæ se ait ex multorum scriptis annotasse, qui dimensiones literis mandarint, ait à quibusdam incerti auctoris vocari. Videtur itaque iniquus esse Hipparchus, qui contra hanc crassam & confusiorem descriptionem geometricè disputat, cùm hâc in re gratiæ sint habendæ iis, qui vel utcunque locorum nobis indicaverunt naturam.

Apertiùs etiam suum contendendi studium prodit, dum non ex dictis Eratosthenis sumit geometricas hypotheses, sed sibi ipsi eas confingit. Atque ille quidem hoc modo rudi figurâ tertiam partem esse delineatam ait, CCIↃↃ stadiis à portis Caspiis usque Euphratem. Per partes deinde dimensionem, uti descriptam reperit, referens, facto iterum ab Euphrate & ejus apud Thapsacum trajectu initio,

censebat vel χάριν ἔχειν εἰδέναι, vel δεῖν χάριν εἰδέναι, vel χάριν ἤδη εἰδέναι. Scopum ferè attigit conjectator acerrimus. Legitimam lectionem restituimus ex ms. Regio.

25 *rectæ lineæ similem non esse.*] Negatio exciderat è versione Xylandri.

26 *navigio.*] Vertebat Xylander *pulvino remigum*. Vide annotationes nostras ad Græca, not. 9.

τοῦ Εὐφράτου ποιησάμενος, καὶ τὸν κατὰ Θάψακον διαβάσεως αὐτοῦ· μέχρι μὲν δὴ τοῦ Τίγριδος, ὅπου Ἀλέξανδρος διέβη, σταδίους [t] δισχιλίους καὶ τετρακοσίους γράφει· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τόπους διὰ Γαυγαμήλων· καὶ τοῦ Λύκου καὶ Ἀρβήλων καὶ Ἐκβατάνων, ᾗ Δαρεῖος ἐκ τῶν Γαυγαμήλων ἔφυγε μέχρι Κασπίων πυλῶν, τοὺς μυρίους ἐκπληροῖ, τριακοσίοις μόνον πλεονάσας· τὸ μὲν δὴ βόρειον πλευρὸν οὕτω καταμετρεῖ· οὐ παράλληλον τοῖς ὄρεσι θείς, οὐδὲ τῇ διὰ στηλῶν καὶ Ἀθηνῶν καὶ Ῥόδου γραμμῇ· ἡ γὰρ Θάψακος πολὺ τῶν ὀρῶν ἀφέστηκε, συμπίπτει δὲ καὶ τὸ ὄρος καὶ ἡ ἀπὸ Θαψάκου ὁδὸς ἐπὶ τὰς Κασπίους πύλας· καὶ τάγε προσάρκτια μέρη [u] τοῦ ὄρους, ταῦτ' ἐστίν.

Ἀποδοὺς δὲ τὸ βόρειον οὕτω πλευρόν, τὸ δὲ νότιον, φησί, παρὰ μὲν τὴν θάλατταν οὐκ ἔστι λαβεῖν, διὰ τὰ τὸν Περσικὸν ἐμπίπτειν κόλπον· ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ διὰ Σούσων, καὶ Περσεπόλεως καὶ τῶν ὁρίων τῆς τε Περσίδος καὶ τῆς Καρμανίας, σταδίους εἶναι [x] ἐνναχισχιλίους καὶ διακοσίους· νότιον μὲν λέγων, παράλληλον δ' οὐ λέγων τῷ βορείῳ τὸ νότιον. Τὴν δὲ διαφωνίαν τοῦ μήκους φησὶ συμβαίνειν, τοῦ τε βορείου τεθέντος πλευροῦ καὶ τοῦ νοτίου, διὰ τὸ τὸν Εὐφράτην μέχρι τινὸς πρὸς μεσημβρίαν ῥυέντα πρὸς τὴν ἕω πολὺ ἐγκλίνειν.

Τῶν δὲ [y] πλαγίων πλευρῶν τὴν ἑσπερίαν λέγει πρῶτον· ἣν ὁποία τίς ἐστιν, εἴτε μία, εἴτε δύο, ἐν μέσῳ πάρεστι σκοπεῖν. Ἀπὸ γὰρ τῆς κατὰ Θάψακον, φησί, διαβάσεως παρὰ τὸν Εὐφράτην, εἰς μὲν Βαβυλῶνα σταδίους εἶναι τετρακισχιλίους ὀκτακοσίους· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Εὐφράτου καὶ πό-

---

t δισχιλίους.] Sic omnino ſcribendum, non χιλίους, ut vulgò legitur; atque id arguit Caſaubonus, ex ipſo Strabone, lib. XVI, imò ex hoc ipſo ſecundo libro, paulo infrà. Xylander mendum non viderat, quod è verſione ſuâ, ſicut è contextu Græco, ſuſtulimus.

u τοῦ ὄρους.] Hæ voces inſititiæ viſæ ſunt Caſaubono, quas tamen admittunt mſſ. & editi.

x ἐνναχισχιλίους καὶ διακοσίους.] Verba καὶ διακοσίους deſunt in editis. Ea addenda eſſe monuit Caſaubonus tum ex veteri interprete & libris manu exaratis, tum quia niſi ita legeris, fruſtra quæres cur paulo antè dixerit Strabo, idem hoc intervallum eſſe ſtadiorum plus 9000. Lectionem quam Caſaubonus tuetur, diſtinctè & expreſsè exhibet Regius codex.

y πλαγίων.] In omnibus libris ita

usque ad Tigrin, quo loco Alexander transiit, stadia scribit II CIↃ CCCC inde ad subsequentia loca per Gaugamela, Lycum, Arbela, & Ecbatana, quà Darius à Gaugamelis fugit, usque ad Caspias portas, CCIↃↃ implet, superadditis duntaxat CCC. Sic ergo dimetitur latus septentrionale, non id æqualiter undique à montibus abesse ponens, neque à lineâ quæ à columnis per Athenas & Rhodum ducitur: nam Thapsacus longè abest à montibus: iterque à Thapsaco ad portas Caspias incidit in montes. Hæ ergo sunt partes montis versùs septentrionem sitæ.

Exposito ad hunc modum septentrionali latere, austrinum ait juxta mare non posse describi, quia Persicus incidat sinus: à Babylone autem per Susa & Persepolin ac Persidis & Carmaniæ confinia, stadiorum esse [27] IX millia & CC: idque latus vocat austrinum, non tamen æqualiter identidem à boreali distans. Discrepantiam verò longitudinis horum laterum inde nasci ait, quòd Euphrates cùm aliquandiu versùs meridiem fluxit, valdè postea versùs ortum labitur.

De maritimis lateribus occiduum priore loco exponit, quod quale, & unicum ne sit an duo, in medio ad considerandum est propositum. Nam à trajectu qui est apud Thapsacum juxta Euphratem usque ad Babylonem, stadia numerat IV CIↃ IↃCCC: hinc usque ad ostia Euphratis & urbem Teredonem III CIↃ, à Thapsaco versùs septen-

legitur. Casaubonus, libris omnibus repugnantibus, & interpretibus, legendum contendit πλαγίων, quo vocabulo rectè designantur latera transversalia, seu quæ latitudinem definiunt, de quibus hoc loco agitur, cum suprà dictum sit de lateribus quæ definiunt longitudinem. Arridet nobis valde conjectura viri doctissimi; neque enim vox πελάγια usurpari solet nisi de iis quæ in alto mari sita sunt, ut aliàs observavimus. Nihil autem hîc immutare contra editorum & mss. fidem ausi sumus.

[27] *IX millia & CC.*] Apud Xylandrum non ultra IX millia reperiuntur, juxta lectionem quam in suo codice Aldino viderat; nos lectionem veram ex ms. Regio reposuimus.

λιν Τερηδόνα τρισχιλίους· τὰ δ' ἀπὸ Θαψάκου πρὸς ἄρκτους, μέχρι μὲν τῶν Ἀρμενίων πυλῶν καταμεμετρῆσθαι, καὶ εἶναι ὡς χιλίους καὶ ἑκατόν· τοὺς δὲ διὰ Γορδυαίων καὶ Ἀρμενίων μηκέτι· διὸ δὴ παραλείπειν αὐτούς. Τοῦ δὲ πρὸς ἕω πλευροῦ, τὸ μὲν διὰ τῆς Περσικῆς κατὰ μῆκος ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς ὡς ἐπὶ Μηδίαν καὶ τὰς ἄρκτους, οὐκ ἔλαττον εἶναι δοκεῖ τῶν ὀκτακισχιλίων· ἀπὸ δέ τινων ἀκρωτηρίων, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐννακισχιλίους· τὸ δὲ λοιπὸν διὰ τῆς Παραιτακηνῆς καὶ Μηδίας ἐπὶ Κασπίους πύλας ὡς τρισχιλίων· τὸν δὲ Τίγριν ποταμὸν καὶ τὸν Εὐφράτην, ῥέοντας ἐκ τῆς Ἀρμενίας πρὸς μεσημβρίαν, ἐπειδὰν παραμείψωνται τὰ τῶν Γορδυαίων ὄρη, κύκλον μέγαν περιβαλλομένους, καὶ ἐμπεριλαβόντας χώραν πολλὴν τὴν Μεσοποταμίαν, ἐπιστρέφειν πρὸς χειμερινὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν μεσημβρίαν, πλέον δὲ τὸν Εὐφράτην· γενόμενον δὲ τοῦτον ἔγγιον ἀεὶ τοῦ Τίγριδος, κατὰ τὸ Σεμιράμιδος διατείχισμα, καὶ κώμην καλουμένην Ὦπιν, διασχόντα ταύτης ὅσον διακοσίους σταδίους, καὶ ῥυέντα διὰ Βαβυλῶνος, ἐκπίπτειν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον· γίνεται δή φησι, τὸ σχῆμα τῆς Βαβυλωνίας καὶ Μεσοποταμίας, [z] ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. Ὁ μὲν δὴ Ἐρατοσθένης τοιαῦτ' εἴρηκε.

Περὶ δὲ τῆς τρίτης σφραγῖδος, καὶ ἄλλα μέν τινα ἁμαρτήματα ποιεῖ, περὶ ὧν ἐπισκεψόμεθα· ἃ δὲ Ἵππαρχος προφέρει αὐτῷ, οὐ πάνυ· σκοπῶμεν δ' ἃ λέγει. Βουλόμενος γὰρ βεβαιοῦν τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐ μεταθετέον τὴν Ἰνδικὴν ἐπὶ τὰ νοτιώτερα, ὥσπερ Ἐρατοσθένης ἀξιοῖ, σαφὲς ἂν γενέσθαι τοῦτο μάλιστα φησὶν ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προσφέρεται· τὴν γὰρ τρίτην μερίδα κατὰ τὴν βόρειον πλευρὰν εἰπόντα ἀφορίζεσθαι ὑπὸ τῆς ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην γραμμῆς σταδίων μυρίων οὔσης· μετὰ ταῦτα ἐπιφέρειν, ὅτι τὸ νότιον πλευρὸν τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς τοὺς ὅρους τῆς [a] Καρμανίας, μικρῷ πλειόνων ἐστὶν ἢ ἐννακισχιλίων· τὸ δὲ πρὸς δύσει πλευρὸν ἀπὸ Θαψάκου παρὰ

---

z ὑπηρεσίῳ.] Vide suprà not. 9.

a Καρμανίας.] Priores editi habent Ἀρμενίας, neque hunc errorem animadverterunt interpretes. Id supina est profectò negligentia, ut ait Casaubonus, qui locum emendavit ex veteribus co-

trionem usque ad portas Armenias spatium dimensum ait esse, circiter CIↃC: id verò quod per Gortynæos & Armenios est, non item: ideóque id esse omissum. Orienti obversum latus, quod in longum per Persiam [28] à Rubro mari versùs Mediam & septentriones ducitur, videtur non brevius esse stadiorum octo millibus: à quibusdam verò promontoriis etiam superare novem millia: reliquum per Parætacenam & Mediam ad Caspias portas, ad III CIↃ. Porrò Tigrin & Euphratem fluvios ex Armeniâ versùs meridiem labentes, postquam Gortynæorum præteriverunt montes, magnum circulum includere, amplamque in eo regionem Mesopotamiam comprehendere: inde hybernum ortum & meridiem versùs eos ferri, Euphratemque magis altero: eum semper Tigridi vicinum juxta murum Semiramidis & pagum Opim, intervallo stadiorum ab eo pago CC per Babylonem defluere, & in sinum exire Persicum: Aitque figuram Babyloniæ & Mesopotamiæ fieri [29] similem navigio. Hæc Eratosthenes tradidit.

De tertio sanè sigillo alia quædam sunt ejus errata, quæ considerabimus: quæ verò ei objecit Hipparchus, non admodum rectè habent: sed perpendamus quid dicatur. Volens Hipparchus confirmare initio propositum illud, non esse (quod voluit Eratosthenes) Indiam in partes meridiei viciniores reponendam, id ait maximè ex his manifestum fore quæ ille ipse tradat. Tertiam enim partem cùm dixisset, quod ad latus septentrionale attinet, definiri à lineâ, quæ ducitur à Caspiis portis ad Euphratem, longitudine CCIↃↃ stadiorum: inferre eum deinde,

dicibus, & ex pluribus locis Strabonis ipsius. Restabat ut Latina interpretatio similiter emendaretur, quod præstitimus.

[28] *à Rubro mari.*] Cave ne hæc intelligas de Rubro mari propriè dicto. Hoc nomine veteres Persicum sinum aliquando vocaverunt: & quidem eo loco de Persico sinu agitur; latus enim orientale divisionis de quâ disceptatio est, non eo mari quod vulgò Rubrum appellamus, sed sinu Persico clauditur.

[29] *navigio similem.*] Vide suprà, not. [26]; & ad Græca, not. 9.

τοῦ Εὐφράτου ἐστὶν εἰς Βαβυλῶνα, τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι στάδιοι, καὶ ἑξῆς ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τρισχίλιοι· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ Θαψάκου, τὸ μὲν ἀπομετρεῖσθαι μέχρι χιλίων ἑκατὸν, τὸ λοιπὸν δ' οὐκέτι. Ἐπεὶ τοίνυν, φησὶ, τὸ μὲν βόρειόν ἐστι πλευρὸν τῆς τρίτης μερίδος [b] ὡς μυρίων· ἡ δὲ τούτων παράλληλος ἀπὸ Βαβυλῶνος εὐθεῖα, μέχρι ἀνατολικοῦ πλευροῦ, συνελογίσθη μικρῷ πλειόνων ἢ ἐνακισχιλίων· δῆλον ὅτι ἡ Βαβυλὼν, οὐ πολλῷ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις ἐστὶν ἀνατολικωτέρα τῆς κατὰ Θάψακον διαβάσεως.

Ἐροῦμεν δ' ὅτι, εἰ μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μεσημβρινῆς εὐθείας ἐπ' ἀκριβὲς ἐλαμβάνοντο αἵ τε Κάσπιοι πύλαι, καὶ οἱ ὅροι τῶν Καρμανίων καὶ Περσῶν, πρὸς ὀρθάς τε ἤγοντο ἀπὸ τῆς λεχθείσης μεσημβρινῆς εὐθείας, ἥ τε ἐπὶ Θάψακον καὶ ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνα, συνέβαινεν ἂν τοῦτο· ἡ γὰρ προσεκβαλλομένη τῇ διὰ Βαβυλῶνος μέχρι τῆς διὰ Θαψάκου εὐθείας μεσημβρινῆς, ἴση ἂν ἦν πρὸς αἴσθησιν, ἢ πάρισός γε τῇ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Θάψακον. ὥστε τῇ ὑπεροχῇ ἐγίνετ' ἂν ἀνατολικωτέρα ἡ Βαβυλὼν τῆς Θαψάκου, ᾗ ὑπερέχει ἡ ἐκ Κασπίων πυλῶν εἰς Θάψακον, τῆς ἐκ τῶν Καρμανίων ὅρων εἰς Βαβυλῶνα. Ἀλλ' οὔτε τὴν διορίζουσαν γραμμὴν τὸ ἑσπέριον πλευρὸν τῆς Ἀριανῆς ἐπὶ μεσημβρινοῦ κειμένην εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, οὐδὲ τὴν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ Θάψακον, πρὸς ὀρθὰς τῇ διὰ τῶν Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῷ ὄρει γραφομένην, πρὸς ἣν ἡ ἐπὶ Θάψακον γωνίαν ποιεῖ, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου κατηγμένη, ἀφ' οὗ καὶ ἡ τοῦ ὄρους γραμμή· οὐδ' ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ τῆς Καρμανίας ἠγμένη παράλληλος εἴρηται τῇ ἐπὶ Θάψακον ἠγμένῃ· οὐδ' εἰ παράλληλος ἦν, [c] μὴ πρὸς

[b] ὡς μυρίων.] Sic ms. Regius; rectè. Quidam veteres editi ferunt διςμυρίων, & sic legerat vetus interpres. Perperam; ut ex totâ hâc disputatione satis planum est.

[c] μὴ πρὸς ὀρθὴν δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ.] Locum hunc ita restituit Casaubonus ex conjecturis, & ex libro Henrici Stephani. Nemo non videt sic esse legendum, & id Xylander senserat, ut ex ejus interpretatione patet. Editi ferunt μὴ ὀρθὴν δὲ τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὴν: quod non emendasse nos piguisset.

austrinum

auſtrinum latus à Babylone ad fines [30] Carmaniæ, paulo ampliùs IX ſtadiorum millibus continere: occiduum autem à Thapſaco ſecundùm Euphratem ad Babylonem IV CIↃ IↃCCC ſtadia continere, atque hinc uſque ad oſtia eſſe III CIↃ ſtadia: quæ versùs ſeptentrionem à Thapſaco ſunt, uſque ad CIↃ C ſtadia dimenſa eſſe, reliqua non item. Quoniam ergo, inquit, tertiæ partis latus ſeptentrionale ſtadiorum eſt circiter CCIↃↃ, & recta linea ab hâc ubique æqualiter diſſita, quæ à Babylone ducitur uſque ad orientale latus, paulo major IX millibus ſtadiorum ſupputando inventa eſt: conſtat Babylonem CIↃ, non multo pluribus, ſtadiis orienti eſſe propiorem quàm eſt tranſitus apud Thapſacum.

Ad hoc dicemus, ſiquidem præcisè in eâdem lineâ rectâ meridianâ ſumerentur portæ Caſpiæ, & fines Carmaniæ ac Perſiæ, atque ab eâ lineâ meridianâ ad perpendiculum educerentur lineæ ad Thapſacum & Babylonem, fore ut iſtud eveniret; nam linea quæ educeretur juxta lineam quæ per Babylonem uſque ad meridianam Thapſaci lineam protenditur, utique ad ſenſum aut æqualis, aut admodum æquali propinqua eſſet collata cum lineâ quæ eſt à portis Caſpiis ad Thapſacum: itaque tanto intervallo Babylon Thapſaco eſſet orientalior, quanto excedit linea à Caſpiis portis ad Thapſacum lineam à finibus Carmaniæ ad Babylonem extentam. Atqui neque lineam quæ definit occiduum latus Arianæ in meridiano ſitam dixit Eratoſthenes, neque eam quæ à Caſpiis portis ad Thapſacum ad angulos rectos inſiſtere meridiano Caſpiarum portarum: ſed magis eam quæ monte deſcribitur, ad quam linea ad Thapſacum pertinens angulum facit, ab eodem educta ſigno, à quo etiam montis linea. Neque lineam à Carmaniâ ad Babylonem ductam lineæ ad Thapſacum ductæ æquè diſtantem eſſe dictum fuit: neque ſi

[30] *Carmaniæ.*] In Xylandri verſione legitur *Armeniæ:* ſcilicet turpem mendam in Græcis non animadvertebat vir interdum negligentior. Vide notas ad Græca in hunc locum, p. 54, not. a.

ὀρθὴν δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ, οὐδὲν ἂν ἐγίνετο πλέον πρὸς τὸν συλλογισμόν.

Ὁ δὲ ταῦτα λαβὼν ἐξ ἑτοίμου, καὶ δείξας, ὡς οἴεται, διότι ἡ Βαβυλὼν κατ' Ἐρατοσθένη Θαψάκου ἀνατολικωτέρα ἐστὶ, μικρῷ πλείοσιν ἢ χιλίοις [d] σταδίοις· πάλιν ἄλλο πλάττει λῆμμα ἑαυτῷ πρὸς τὴν ἑξῆς ἀπόδειξιν, καὶ φησὶν, ἐὰν ἐννοηθῇ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ μεσημβρίαν εὐθεῖα ἀγομένη, καὶ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ ταύτην κάθετος, τρίγωνον ὀρθογώνιον ἔσεσθαι, συνεστηκὸς ἔκ τε τῆς ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Βαβυλῶνα τεινούσης πλευρᾶς, καὶ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος καθέτου ἐπὶ τὴν διὰ Θαψάκου μεσημβρινὴν γραμμὴν, ἠγμένης καὶ αὐτῆς τῆς διὰ Θαψάκου μεσημβρινῆς. Τούτου δὲ τοῦ τριγώνου τὴν μὲν ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ, τὴν ἀπὸ Θαψάκου εἰς Βαβυλῶνα τίθησιν, ἥν φησι τετρακισχιλίων ὀκτακοσίων εἶναι· τὴν δ' ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν διὰ Θαψάκου μεσημβρινὴν γραμμὴν κάθετον, μικρῷ πλειόνων ἢ χιλίων, ὅσον ἦν ἡ ὑπεροχὴ τῆς ἐπὶ Θάψακον πρὸς τὴν μέχρι Βαβυλῶνος· ἐκ δὲ τούτων καὶ τὴν λοιπὴν τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν συλλογίζεται, πολλαπλάσιον οὖσαν τῆς λεχθείσης καθέτου. Προστίθησι δὲ ταύτῃ τὴν ἀπὸ Θαψάκου πρὸς ἄρκτον ἐκβαλλομένην μέχρι τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, ἧς τὸ μὲν ἔφη μεμετρῆσθαι Ἐρατοσθένης, καὶ εἶναι χιλίων ἑκατὸν, τὸ δ' ἀμέτρητον ἐᾷ· οὗτος δ' ἐπὶ τοὐλάχιστον ὑποτίθεται χιλίων, ὥστε τὸ συνάμφω δισχιλίων καὶ ἑκατὸν γίνεσθαι· ὃ προσθεὶς τῇ ἐπ' εὐθείας πλευρᾷ τοῦ τριγώνου μέχρι τῆς καθέτου [e] τῆς ἐκ Βαβυλῶνος, πολλῶν χιλιάδων λογίζεται διάστημα τὸ ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, καὶ τοῦ [f] δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου μέχρι τῆς ἐκ Βαβυλῶνος καθέτου, ἥτις ἐπὶ τοῦ διὰ Βα-

---

[d] σταδίοις· πάλιν, &c.] Fœdissimum mendum typothetarum oscitantiâ è Casauboniana editione in Westheniana irrepserat, ridiculâ vocum truncarum confusione. In utrâque legitur σταπαλιν, pro σταδίοις· πάλιν. Monstrum hoc abegimus ut & alia non pauca; quod semel monuisse satis sit: variarum enim lectionum discrepantias notare, non erratorum typographicorum catalogum texere instituimus.

[e] τῆς ἐκ Βαβυλῶνος.] Editi malè τῆς Βαβυλῶνος. Lectioni quam restituimus suffragantur manuscripti codices quos Casaub. viderat & mss. Regius. Et certè agitur eo loco de lineâ perpendiculari à Babylone demissâ in meridianum Thapsaci, quæ proindè juxta parallelum

fuiſſet, & non tamen Caſpiarum portarum meridiano ad rectos angulos inſiſteret, id ad argumenti concluſionem erat facturum.

At Hipparchus iſta quaſi in promptu ſita ſumens, atque ut putat, oſtendens Babylonem de ſententiâ Eratoſthenis paulo pluribus CIƆ ſtadiis orienti quàm Thapſacum eſſe propinquiorem: aliud rurſum ſibi fingit aſſumtum ad inſequentem demonſtrationem: aitque, ſi imaginatione concipiatur recta linea à Thapſaco versùs meridiem ducta, perpendiculariſque in eam à Babylone demiſſa, fore triangulum rectangulum, quod comprehendatur à lineâ à Thapſaco ad Babylonem tendente, & eâ quæ à Babylone ad perpendiculum in meridianam Thapſaci lineam agitur, ipsâque Thapſaci lineâ meridianâ. Hujus trianguli latus recto angulo oppoſitum facit lineam à Thapſaco ad Babylonem porrectam, cui longitudinem aſſignat ſtadiorum IV CIƆ IƆCCC: perpendiculari à Babylone in meridianam Thapſaci, paulo ampliùs CIƆ, quanto excedebat linea ad Thapſacum eam quæ eſt uſque ad Babylonem: atque ex his etiam reliquum latus quod angulum rectum conficit, ſupputat, cujus aliquota pars ſit iſta perpendicularis. Huic adjicit lineam à Thapſaco uſque ad montes Armenios porrectâm, cujus partem ait Eratoſthenes dimenſam eſſe ſtadiorum CIƆ C, omittitque id, cujus nondum eſt explorata menſura. Hipparchus ponit id eſſe ad minimum CIƆ ſtadiorum, ut ſimul ſint CIƆ CIƆC ſtadia. Hoc ergo addens trianguli lateri quod ad lineam rectam ei adjungitur uſque ad [31] perpendicularem à Babylone demiſſam, multorum millium ſupputat intervallum ab Armeniis montibus & parallelo Athenarum uſque

Babylonis porrigitur, ut ait ipſe Strabo paulo infra, expreſſis verbis.

[f] δι' Ἀθηνῶν.] Monet Caſaubonus in veteribus libris legi ſemper δι' Ἀθηναίων. Et ſic fert ipſe codex Regius.

[31] *perpendicularem à Babylone demiſſam.*] Ut Græca, ſic & Latina eo loco emendamus. Vide not. [e].

βυλῶνος παραλλήλου ἵδρυται. Τὸ δέ γε ἀπὸ τοῦ διʼ Ἀθηνῶν παραλλήλου ἐπὶ τὸν διὰ Βαβυλῶνος δείκνυσιν, οὐ μεῖζον ὂν σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων· ὑποτεθέντος τοῦ μεσημβρινοῦ παντὸς τοσούτων σταδίων ὅσον Ἐρατοσθένης φησίν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν εἴη τὰ ὄρη τὰ Ἀρμένια καὶ τὰ τοῦ Ταύρου ἐπὶ τοῦ διʼ Ἀθηνῶν παραλλήλου, ὡς Ἐρατοσθένης· ἀλλὰ πολλαῖς χιλιάσι σταδίων ἀρκτικώτερα κατʼ αὐτὸν ἐκεῖνον.

Ἐνταῦθα δὴ πρὸς τὸ τοῖς ἀνεσκευασμένοις λήμμασι [g] προσχρῆσθαι, πρὸς τὴν τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου τάξιν, καὶ τοῦτο λαμβάνει πρὸς τὸ μὴ διδόμενον, τὸ τὴν ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ τὴν ἀπὸ Θαψάκου γραμμὴν εὐθεῖαν εἶναι μέχρι Βαβυλῶνος ἐν σταδίοις τετρακισχιλίοις ὀκτακοσίοις. Παρά τε γὰρ τὸν Εὐφράτην φησὶν εἶναι τὴν ὁδὸν ταύτην ὁ Ἐρατοσθένης, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σὺν τῇ Βαβυλωνίᾳ, μεγάλῳ κύκλῳ περιέχεσθαι λέγων ὑπό τε τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος· τὸ πλέον δὲ τῆς περιοχῆς ὑπὸ τοῦ Εὐφράτου [h] συμβαίνει, φησίν· ὥσθʼ ἡ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Βαβυλῶνα εὐθεῖα, [i] οὔτʼ ἂν παρὰ τὸν Εὐφράτην εἴη, οὔτʼ ἂν τοσούτων σταδίων, οὐδʼ ἐγγύς. Ἀνατέτραπται οὖν ὁ συλλογισμός.

Καὶ μὴν εἴρηταί γε ὅτι οὐχ οἷόν τε δυοῖν δεδομένων γραμμῶν ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν κατάγεσθαι, τὴν μὲν ἐπὶ Θάψακον, τὴν δʼ ἐπὶ τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη τὰ κατάλληλα τῷ Θαψάκῳ,

---

g προσχρῆσθαι.] Sic veteres editi, & Regius codex. Editi recentiores προχρῆσθαι: vox minùs congrua, & quam vix Græcam agnoveris.

h συμβαίνει.] MSS. juxta Casaubonum συμβαίνειν.

i οὔτʼ ἂν παρὰ τὸν Εὐφράτην εἴη, &c.] Scripti & editi ferunt ὅταν, pro οὔτʼ ἄν: quod ita locum obscurat, ut illum omnino contra mentem Strabonis intellexerint interpretes. Sententia hæc est: Dixerat Eratosthenes lineam juxta Euphratem à Babylone ad Thapsacum ductam, 4800 stadia implere. Hipparchus contra, multo minorem esse contendebat lineam rectam à Babylone ad Thapsacum. Arguit Strabo id nihil ad Eratosthenem, qui non de lineâ rectâ, sed de lineâ juxta Euphratem ductâ locutus est. Euphrates autem majorem Babyloniæ & Mesopotamiæ partem circuit, ac proinde linea juxta Euphratem ducta à Babylone ad Thapsacum, neque recta dici potest, neque æqualis rectæ à Babylone ad Thapsacum ductæ, quâ longè major erit. Ergo tota subvertitur Hipparchi objectio. Hæc certè plana sunt, nec aliter phrasis intelligi potest si legatur οὔτʼ ἄν, &c. Retentâ autem voce ὅταν quam libri ob-

ad cathetum è Babylone, quæ in Babylonis parallelo insistit. A parallelo autem qui per Athenas ducitur ad eum qui per Babylonem, ostendit non ampliùs esse stadiis CIƆ CIƆ CCCC, posito toto meridiano tot stadiorum, quot affirmat Eratosthenes. Quod si ita est, Armenii montes & Taurus non erunt in parallelo Atheniensi, quod voluit Eratosthenes, sed multis stadiorum millibus versùs septentriones vergent, secundùm hunc ipsum.

Hoc loco præterquam quòd sumtionibus utitur refutatis ad trianguli rectanguli constitutionem, istud quoque sumit ad id quod concessum non est, lineam quæ recto angulo subtenditur, rectam à Thapsaco ad Babylonem usque stadiis constare IV CIƆ IƆCCC: nam hanc viam Eratosthenes ait esse juxta Euphratem, ac Mesopotamiam cum Babyloniâ contineri magno circulo ab Euphrate & Tigri: majorem tamen partem ab Euphrate circuiri. Ergo recta linea à Thapsaco ad Babylonem, [32] neque juxta Euphratem ducetur, neque summam hanc æquabit, sed & magno erit intervallo minor. Hæc ergo ratiocinatio subversa est.

Et quidem dictum est fieri non posse datis duabus lineis à Caspiis portis, quarum una ad Thapsacum, altera ad Armeniæ montes è regione Thapsaci sitos, indeque minimùm dissitos (ipso Hipparcho auctore) stadiis bis mil-

---

trudunt, tunc vertendum erit: *linea recta à Thapsaco ad Babylonem, si juxta Euphratem ducatur, summam hanc non modò non æquabit, sed & magno erit intervallo minor.* Verba & à vero, & à mente Strabonis prorsùs absona; linea enim juxta Euphratem ducta nequaquam recta dici potest, ut jam observavimus; & in eo tota vis ratiocinationis Straboniana consistit, quòd ea linea minimè recta sit. Alia quæ ex hâc interpretatione sequuntur absurda prætermittimus, ne magis excrescat adnotatio hæc. Satis dixisse nos confidimus ut unicuique manifestum sit legendum esse οὐκ ἄν, non ὅταν, minimo pronunciationis discrimine; sic igitur, etsi nullâ, quod fatemur, ope mss. adjuti, verùm ipsâ phrasi jubente, emendare audemus.

---

[32] *neque juxta Euphratem ducetur.*] Sanatâ phrasi Græcâ, interpretationem Xylandri ad mentem Strabonis revocavimus.

ἀπέχοντα τῆς Θαψάκου τοὐλάχιστον κατ' αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον δισχιλίους καὶ ἑκατὸν σταδίους, ἀμφοτέρας παραλλήλους εἶναι καὶ ἀλλήλαις, καὶ τῇ διὰ Βαβυλῶνος, ἣν νότιον πλευρὰν Ἐρατοσθένης ἐκάλεσεν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐκ ἔχων καταμεμετρημένην εἰπεῖν τὴν παρὰ τὰ ὄρη ὁδὸν, τὴν δ' ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Κασπίους πύλας, ταύτην εἶπε, καὶ προσέθηκε τὸ, ὡς τυπωδῶς εἰπεῖν· ἄλλως τε τῷ βουλομένῳ τὸ μῆκος εἰπεῖν τὸ μετὰ τὴν Ἀριανὴν μέχρι Εὐφράτου χώρας, οὐ πολὺ διέφερε ταύτην ἢ ἐκείνην καταμετρεῖν· ὁ δ' ὡς παραλλήλους ὑπακούων λέγεσθαι, τελέως ἂν δόξειε καταγινώσκειν παιδικὴν ἀμαθίαν τοῦ ἀνθρώπου. Ταῦτα μὲν οὖν δεῖ ἐᾶν ὡς παιδικά.

Ἃ δ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τοῦ Ἐρατοσθένους, τοιαῦτά ἐστι. Καθάπερ γὰρ ἡ κατὰ μέλος τομὴ, τῆς ἄλλως κατὰ μέρος διαφέρει, (διότι ἡ μὲν κατὰ μέλη λαμβάνει περιγραφὴν ἔχοντα φυσικὴν, ὀρθῶσει τινὶ καὶ τύπῳ σημειώδει· καθ' ὃ καὶ τοῦτο εἴρηται,

Τὸν δὲ διαμμελεϊστὶ ταμών· . . . *

ἡ δ' οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον·) χρώμεθα δ' οἰκείως ἑκατέρᾳ τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν σκοποῦντες· οὕτως ἐπὶ τῶν γεωγραφικῶν, δεῖ μὲν τομὰς ποιήσασθαι τῶν μερῶν, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντας· μιμεῖσθαι δὲ τὰς κατὰ μέλος τομὰς μᾶλλον, ἢ τὰς ὡς ἔτυχε· τὸ γὰρ σημειῶδες καὶ τὸ εὐπερίοριστον ἐκεῖθεν λαβεῖν ἐστι, οὗ χρείαν ἔχει ὁ γεωγράφος. Εὐπερίοριστον δὲ, ὅταν ἢ ποταμοῖς, ἢ ὄρεσιν, ἢ θαλάττῃ δυνατὸν ᾖ, καὶ ἔθνει δὲ, ἢ ἔθνεσι, καὶ μεγέθει ποσῷ, καὶ σχήματι, ὅπου τοῦτο δυνατὸν πανταχοῦ δὲ, ἀντὶ τοῦ γεωμετρικῶς τὸ ἁπλῶς καὶ ὁλοσχερῶς ἱκανόν. Μέγεθος μὲν οὖν ἱκανὸν ἐστιν ἂν τὸ μέγιστον εἴπῃς μῆκος καὶ πλάτος· ὡς τῆς οἰκουμένης, ἑπτὰ μυριάδων εἰ τύχοι μῆκος, πλάτος δ' ἔλαττον ἢ ἥμισυ μικρῷ τοῦ μήκους· σχῆμα δ', ἂν τὶ τῶν γεωμετρικῶν τινὶ σχημάτων εἰκάσῃς, ἴσως τὴν Σικελίαν τριγώνῳ· ἢ τῶν ἄλλων [1] γνωρίμων

* Odyss. ι, vers. 291, ubi agitur de Cyclope socios Ulyssis discerpente.

[1] γνωρίμων.] Veteres libri, juxta Casaubonum, γνωρίμῳ.

le ac centum, deducatur, eæ ut inter se æqualiter undiquaque distent, item paralleli sint ad lineam quæ est per Babylonem ducta, quam meridionale latus vocat Eratosthenes. Ille igitur cùm iter montanum quantum esset exprimere non posset, lineæ autem à Thapsaco ad Caspias portas mensuram cognitam haberet, hanc posuit, additque, ut crassâ Minervâ loquar, cùm aliàs mensuram indicaturi spatii quod est ab Arianâ usque ad Euphratem, non multum interesset utrius lineæ dimensionem haberet. Qui autem eas lineas pro æqualiter distantibus ab eo positas accipit, is planè videtur hominem puerilis ignorantiæ insimulare. Hæc igitur utpote puerilia, missa faciamus.

Quæ verò Eratostheni vitio dari possunt, talia sunt. Quemadmodum enim sectio in membra differt à tributione in partes: (quòd illa nimirum descriptionem quandam habet naturalem, certâque formâ & punctis suis definitam, unde & illud poëtæ est:

Illum scindendo verùm in sua membra resolvens:

hæc nihil tale habet) utimur autem utrâque tempestivè, ratione habitâ opportunitatis ac necessitatis: ita in rebus geographicis, sanè in partes faciendæ sunt divisiones dum singula persequimur, magis tamen sectiones in membra sunt imitandæ, quàm quæ in qualescunque partes fiunt: ex illis enim puncta seu termini possunt sumi, quibus unumquodque commodè circumscribatur, quæ res geographo est opus. Eam autem consequetur, si definire aliquid possit fluminibus, montibus, mari, gente, populis, magnitudine (ubi hoc licet) ac figurâ certâ: ubique autem loco geometricæ præcisionis, simplicior atque rudior ratio sufficiet. Nam magnitudo satis videbitur expressa, si maximam longitudinem ac latitudinem dixeris: ut terræ habitatæ longitudinem (verbi gratiâ) LXX millia, latitudinem paulo semisse longitudinis minorem: figura, si quid geometricæ alicui compares figuræ, ut (exempli gratiâ) Siciliam triangulo, aut formæ ali-

τινὶ σχημάτων, οἷον τὴν Ἰβηρίαν βύρσῃ, τὴν Πελοπόννησον πλατάνου φύλλῳ· ὅσῳ δ' ἂν μεῖζον ᾖ τὸ τεμνόμενον, τοσῷδε καὶ ὁλοσχερεστέρας πρέποι ἂν ποιεῖσθαι τὰς τομάς.

Ἡ μὲν οὖν οἰκουμένη δίχα διῄρηται, τῷ τε Ταύρῳ καὶ τῇ ἐπὶ στήλας θαλάττῃ [m] καλῶς, εἰς τὰ τοῦ βορείου καὶ τοῦ νοτίου μέρους. Καὶ ἡ μὲν Ἰνδικὴ περιώρισται πολλοῖς· καὶ γὰρ ὄρει καὶ ποταμῷ καὶ θαλάττῃ, καὶ ἑνὶ ὀνόματι, ὡς ἔθνος ἑνὸς ἔθνους· ὥστε καὶ τετράπλευρος ὀρθῶς λέγεται, καὶ ῥομβοειδής· ἡ δ' [n] Ἀριανὴ ἧττον μὲν τὸ εὐπερίγραφον ἔχει, διὰ τὸ τὴν ἑσπερίαν πλευρὰν συγκεχύσθαι· διώρισται δ' ὅμως ταῖς τε τρισὶ πλευραῖς ὡς ἂν εὐθείαις· καὶ τῷ ὀνόματι ὡς ἂν ἑνὸς ἔθνους. Ἡ δὲ τρίτη σφραγὶς τελέως ἀπερίγραφός ἐστιν, οὕτω γε ἀφορισθεῖσα· ἥτε γὰρ κοινὴ πλευρὰ αὐτῇ τε καὶ τῇ Ἀριανῇ συγκέχυται, ὡς προείρηται· καὶ ἡ νότιος πλευρὰ ἀργότατα εἴληπται· οὔτε περιγράφει τὴν σφραγῖδα, διὰ μέσης τε αὐτῆς βαδίζουσα· καὶ πολλὰ μέρη ἀπολείπουσα πρὸς νότον, οὔ τὸ μῆκος ὑπογράφει τὸ μέγιστον· τὸ γὰρ προσάρκτιον πλευρὸν μεῖζον· οὔθ' ὁ Εὐφράτης ἑσπέριόν ἐστι πλευρόν, οὐδ' εἰ ἐπ' εὐθείας ῥέοι· τῶν ἄκρων αὐτοῦ μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κειμένων· τί γὰρ μᾶλλον ἑσπέριον, ἢ νότιον; Χωρὶς δὲ τούτων ὀλίγης οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν λοιπῆς τὴν Κιλίκιον καὶ τὴν Συριακήν, τὸ [o] μὴ μέχρι δεῦρο προάγειν δυοῖν τὴν σφραγῖδα, οὐ πιθανόν, τῆς τε Σεμιράμιδος καὶ τοῦ Νίνου Σύρων λεγομένων· ὧν τῆς μὲν

---

[m] καλῶς, εἰς τὰ τοῦ βορείου καὶ τοῦ νοτίου μέρους.] Ope codicis Medicei lacunam explemus hiulci loci quem huc uſque intentatum interpretes reliquerunt. Verba εἰς τὰ τοῦ βορείου deſunt in editis omnibus; & vox καλῶς ac verba καὶ τοῦ νοτίου lacunæ notâ vulgò interſecantur. Deſunt eadem verba εἰς τὰ τοῦ βορείου, in mſ. Regio, neque ſpatium apparet vacuum quod defectum verborum moneat, ut aliàs in eodem codice fit ſæpiùs. Sed codex Mediceus docet, inter voces καλῶς, & καὶ τοῦ νοτίου, inſerenda eſſe verba τοῦ βορείου, quæ ſecundis curis margini adſcripta ſunt. Nec tamen hæc ſufficiunt ut phraſis omnino ſana ſit, verùm perſpicuè indicant quæ reſtant ſupplenda: legendum ſcilicet, ut ſcribimus, εἰς τὰ τοῦ βορείου. Id confirmat, quod ait ipſe Strabo paulo ſuprà, de hâc eâdem terræ habitabilis diviſione in duas partes, ſeptentrionalem, & meridionalem, à monte Tauro, & mari Mediterraneo: διεῖλεν τὴν οἰκουμένην δίχα, καὶ καλέσας τὸ μὲν βόρειον μέρος, τὸ δὲ νότιον.

[n] Ἀριανή.] Sic libri veteres teſte Caſaubono, ſic & codex Regius. Vulgo Ἀρειανή.

[o] μὴ μέχρι δεῦρο προάγειν δυοῖν.... οὐ πιθανόν.] Phraſis minimè Græca, μέχρι

cujus

cujus rei notæ, ut Hispaniam tergori, Peloponnesum folio platani. Cæterum quanto majus est id quod dividitur, tanto etiam grandiora fieri segmenta par est.

Porro terra habitabilis, Tauro monte, & mari ad columnas [33] rectè divisa est in duas partes, borealem, & austrinam. Atque India quidem multis finibus circumscripta est, monte, fluvio, mari, uno nomine, [34] ut gens unius gentis, quare quadrilatera, & rhombi similis rectè dicitur. Ariana minùs commodè circumscribitur, eò quòd latus occiduum cum aliis est confusum: definita tamen est tribus lateribus tanquam rectis, & nomine, ut unius gentis. Tertium autem sigillum planè circumscriptione caret. Nam & latus quod ei commune est cum Arianâ, confusum est, ut diximus: & meridionale latus negligentissimè expressum est, quippe neque sigillum eo includitur, cùm per id medium transeat: & quia multas versùs meridiem partes relinquit, longitudinem maximam non describit: nam septentrionale latus majus est: neque Euphrates occiduum latus conficit, ne si rectam quidem flueret ad lineam: cùm ejus extrema non sint in eodem meridiano: qui ergo magis occiduum quàm austrinum faceret latus? Absque etiam his, cùm paulum restet terræ usque ad mare Cilicium & Syrium, quòd sigillum non usque ad duo ista producit, consentaneum non est: cùm & Semiramis &

δεῦρο δυοῖν: atque hinc Casaubonus superfluam censet vocem δυοῖν, & omnino inducendam, nisi legatur δυοῖν ἕνεκα, eo sensu: *usque ad ista maria non producere minimè consentaneum est, duplici ratione.* Etenim duo sequuntur argumenta quibus id Strabo astruit. Quidni verò minori dispendio scribatur δεῖν pro δυοῖν, *quod usque ad ista maria producere non debeat, consentaneum non est.* Ut ut legeris, sententia eadem est: at mss. auctoritate destituti, nihil mutamus.

---

33 *rectè divisa est in duas partes, borealem, & austrinam.*] Lacunâ in Græcis expletâ, sic Latina emendamus. Vide not. m.

34 *ut gens unius gentis.*] Græcè ὡς ἔθνος ἑνὸς ἔθνους. Sic omnes codices. Casaubono placet magis: ὡς ὄντος ἑνὸς ἔθνους, *ut ab unicâ habitata gente*, vel ὡς ἔθος ἑνὸς ἔθνους, *ut mos est apud unam eamdemque gentem.*

ἡ Βαβυλὼν κτίσμα καὶ βασίλειον· τοῦ δὲ, Νῖνος, ὡς ἂν μητρόπολις τῆς Συρίας· καὶ τῆς διαλέκτου δὲ μέχρι νῦν διαμενούσης τῆς αὐτῆς, τοῖς τε ἐκτὸς τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῖς ἐντός.

Τὰ ἐνταῦθα μέντοι τοιούτῳ διασπᾶν μερισμῷ, ἔθνος γνωριμώτατον, καὶ τὰ μέρη συνάπτειν τοῖς ἀλλοεθνέσιν, ἥκιστα ἂν πρέποι. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ μεγέθους ἀπηναγκάσθαι λέγοι ἄν· καὶ γὰρ τὸ μέχρι θαλάττης, οὐ μήν πω ἂν ἐξισάζοιτο τῇ Ἰνδικῇ· ἀλλ᾽ οὐδὲ τῇ Ἀριανῇ, [p] προσλαβὸν καὶ τὸ μέχρι [q] τῶν ὅρων τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας καὶ τῆς Αἰγύπτου. [r] Ὥστε πολὺ κρεῖττον ἦν μέχρι δεῦρο προελθεῖν τῆς τρίτης εἰπόντας σφραγῖδος, τοσαύτῃ προσθήκῃ τῇ μέχρι τῆς Συριακῆς θαλάττης· τὸ μὲν νότιον πλευρὸν, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος εἴρηκεν ἔχον οὐδ᾽ ἐπ᾽ εὐθείας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς Καρμανίας εὐθὺς τὴν δεξιὰν παραλίαν· εἰσπλέοντι γὰρ τὸν Περσικὸν κόλπον μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις τῆς Μεσήνης καὶ τῆς Βαβυλωνίας συνάπτον, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου, εἶτ᾽ ἐφεξῆς αὐτὸν τοῦτον δεξιὸν διή-

---

p προσλαβόν.] Sic mss., rectè. Vulgò προσλαβὼν, quasi ad Eratosthenem vox esset referenda: perperam.

q τῶν ὅρων.] Ita legunt interpretes. Libri ferunt τῶν ὁρῶν, quod minùs congruit.

r Ὥστε πολὺ κρεῖττον ἦν, &c.] Tota hæc phrasis Casaubono depravatissima visa est. Nihil in contextu mutavimus, sed hîc locum exscribemus integrum ut legendum & intelligendum censemus, minimo dispendio sanare ipsum conati, meliori interpunctione distinguentes, & quasdam voces emendantes tum ex conjecturis nostris, tum ex mss. auctoritate. Ὥστε πολὺ κρεῖττον ἦν μέχρι δεῦρο προελθεῖν, τῆς τρίτης [εἰπόντα] σφραγῖδος, τοσαύτῃ προσθήκῃ τῇ μέχρι τῆς Συριακῆς θαλάττης, τὸ μὲν νότιον πλευρὸν, οὐχ [ὥσπερ] ἐκεῖνος εἴρηκεν ἔχον, οὐδ᾽ ἐπ᾽ εὐθείας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς Καρμανίας εὐθὺς, τὴν δεξιὰν παραλίαν εἰσπλέοντι [παρὰ] τὸν Περσικὸν κόλπον, καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου· καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις τῆς Μεσήνης καὶ τῆς Βαβυλωνίας συνάπτον, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου. Εἶτ᾽ ἐφεξῆς αὐτὸν τοῦτον [διεξιὸν] διήκοντα μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ Πηλουσίου, καὶ ἔτι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου. Τοῦτο μὲν τὸ νότιον πλευρὸν, &c. Sic autem vertimus: *Erat itaque multo meliùs eò usque progredi, & dicere, hoc additamento facto usque ad mare Syriacum, latus meridionale divisionis hujus describi, non quomodo pronunciavit* [*Eratosthenes*,] *neque ad lineam rectam, sed statim à Carmaniâ, orâ maritimâ quæ à dextris est naviganti per sinum Persicum, usque ad ostia Euphratis: ac deinceps contiguum finibus Messenes ac Babyloniæ, quo loco incipit isthmus qui Arabiam felicem à re-*

Ninus [35] Syri dicantur : quorum illa Babylonem condidit & regiam habuit, ille Ninum, quæ primaria urbs Syriæ censetur : cúmque eâdem adhuc linguâ utantur extra intraque Euphratem.

Proinde hîc gentem nobilissimam tantâ intercapedine divellere, partesque ejus peregrinis adjungere nationibus, minimè convenit. Neque enim dicere potest se magnitudine coactum esse : [36] etsi enim usque ad mare producatur, numquam æquabit Indiam, ac ne Arianam quidem, adsumtis quæ supersunt usque ad fines felicis Arabiæ & Ægypti. [37] Erat itaque multo meliùs eò usque progredi, & ita dicere : additamentum tertii sigilli est terra usque ad mare Syrium. Atque sic meridionale latus, non quo modo is habet, describetur, neque ad rectam lineam : sed à Carmaniâ statim dextrâ orâ maritimâ. Naviganti enim in sinum Persicum, usque ad ostia Euphratis, ac

---

liquâ continente dirimit : tum denique produci per hunc ipsum isthmum usque ad intimum Arabici sinûs recessum, atque inde ad Pelusium, & Canopicum Nili ostium. Hoc erit quidem latus meridionale. Restat ut asseramus lectiones novas quas sequimur. 1°. Scribimus εἰπόντα pro εἰπόντας, solis quidem nixi conjecturis, sed ipsâ sermonis serie id postulante. Vox enim ea ad Eratosthenem manifestò referenda est. Neque mirum si littera *s* voci εἰπόντα finalis accreverit, cùm eadem littera sequentem proximè vocem inchoet, unde proclivis librariorum lapsus. 2°. ὥσπερ reponimus ex veteribus libris à Casaubono citatis. Editi ferunt ὅπερ, quod minùs convenit. 3°. Legimus εἰσπλέοντι παρὰ τὸν Περσικὸν κόλπον, pro εἰσπλέοντι γὰρ τὸν Περσικὸν κόλπον. Lectionem nostram tuentur libri veteres, teste Casaubono, qui eam ipse amplectitur. Eò faciliùs voces παρὰ & γὰρ confundi possunt, quod per compendiarias quasdam notas, neque admodùm dissimiles, in mss. vulgò scribatur utraque vox. 4°. Phrasis jubet legere δεξιὸν, non δεξιῶν, ut habent editi ; atque id confirmant manuscripti quidam, quos Casaubonus adducit, etsi altera ipsi lectio placeat magis, quod certè miramur. His paucissimis mutatis, neque sine manuscriptorum auctoritate, locum interpretibus desperatum, nos sanum fecisse confidimus.

---

[35] *Syri dicantur.*] De Syrorum appellatione Strabo, lib. XVI, initio.

[36] *etsi enim usque ad mare producatur.*] Argumentatio ipsa satis declarat hanc esse istius loci sententiam, quam non assecutus est Xylander. Vertebat enim : *quod usque ad mare restat terræ, id numquam æquabit Indiam*, &c.

[37] *Erat itaque*, &c.] De verâ loci hujus interpretatione vide not. [r].

κοντα μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ Πηλουσίου, καὶ ἔτι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου· τοῦτο μὲν τὸ νότιον πλευρόν· τὸ δὲ λοιπὸν ἑσπέριον, τὸ ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος μέχρι τῆς Κιλικίας παραλίαν.

Τετάρτη δ' ἂν εἴη σφραγὶς ἡ συνεστῶσα ἔκ τε τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης, καὶ τῆς Αἰθιοπίας· ταύτης δὲ τῆς μερίδος, μῆκος μὲν ἔσται τὸ ἀφοριζόμενον, ὑπὸ δυοῖν μεσημβρινῶν· ὁ μὲν γὰρ γράφεται διὰ τοῦ δυσμικωτάτου σημείου, τοῦ ἐπ' αὐτῆς, ὁ δὲ διὰ τοῦ ἑωθινωτάτου· πλάτος δὲ, τὸ μεταξὺ δυοῖν παραλλήλων· ὧν ὁ μὲν γράφεται διὰ τοῦ βορειοτάτου σημείου, ὁ δὲ διὰ τοῦ νοτιωτάτου· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνωμάλων σχημάτων ἐφ' ὧν πλευραῖς οὐ δυνατὸν ἀφορίσαι πλάτος καὶ μῆκος, οὕτω τὸ μέγεθος ἀφοριστέον. Καθόλου δὲ νοητέον, ὅτι οὐχ ὡσαύτως λέγεται μῆκος καὶ πλάτος, ἐπὶ ὅλου καὶ μέρους· ἀλλ' ἐφ' ὅλου μὲν, τὸ μεῖζον διάστημα καλεῖται μῆκος, τὸ δ' ἔλαττον, πλάτος· ἐπὶ μέρους δὲ, μῆκος μὲν τὸ παράλληλον τῷ τοῦ ὅλου μήκει τμῆμα ἐκείνου ὁπότερον ἂν ᾖ μεῖζον, κἂν τὸ ληφθὲν διάστημα ἐν τῷ πλάτει μεῖζον ᾖ τοῦ ληφθέντος ἐν τῷ μήκει διαστήματος. Διὸ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν μηκυνομένης, ἀπὸ δὲ ἄρκτων ἐπὶ νότον πλατυνομένης, καὶ τοῦ μὲν μήκους ἐπὶ παραλλήλου τινὸς τῷ ἰσημερινῷ γραφομένου, τοῦ δὲ πλάτους * ἐπὶ μεσημβρίαν. δεῖ καὶ τῶν μερῶν λαμβάνεσθαι, μήκη μὲν τὰ παράλληλα τῷ μήκει τμήματα αὐτοῦ, πλάτη δὲ τὰ τῷ πλάτει· οὕτω γὰρ ἂν ἄμεινον ὑπογράφοιτο, πρῶτον μὲν τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης ὅλης· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ διάθεσις, καὶ τὸ σχῆμα τῶν μερῶν, καθ' ἃ μὲν ἀπολείπειν, καθ' ἃ δὲ πλεονάζειν φαινομένων τῇ τοιαύτῃ παραθέσει.

---

* ἐπὶ μεσημβρίαν.] Xylander restituendum judicat ἐπὶ μεσημβρινοῦ, quod non displicet : sed omnes editi & scripti codices, inter quos ms. Regius, lectionem vulgatam exhibent.

---

38 *Messenes.*] Interpretatur Xylander *Mesopotamiae*, sed Mesopotamiam cum Messene confundit, magno sane errore. Messene vocabatur, regio quam cingebat Tigris in duos alveos scissus, ut Stephanus Geographus do-

deinde terminos [38] Messenes & Babyloniæ conjungenti initio isthmi qui Arabiam felicem à reliquâ continente dirimit, tum deinceps ad dextram pergenti usque ad intimum Arabici sinûs, Pelusium, & Canopicum Nili ostium: hoc erit latus meridionale: reliquum occiduum à Canopico ostio usque ad Ciliciæ oram.

Quartum sigillum constabit Arabiâ felice, sinu Arabico, totâ Ægypto & Æthiopiâ. Hujus partis longitudo continebitur duobus meridianis, quorum unus per occasui, alter per ortui proximum ejus punctum describetur: longitudo inter duas parallelos, quarum una per septentrioni, altera per meridiei vicinissimum punctum ducatur. Nam in figuris quæ inæqualibus inter se lineis includuntur, cùm lateribus longitudo & latitudo explicari non possunt, magnitudo hâc ratione est definienda. In universum autem intelligendum est, non eodem modo longitudinem & latitudinem in toto atque in parte dici: nam longius spatium in toto appellatur longitudo, brevius latitudo: in parte autem, longitudo est id latus, quod æquali intervallo juxta totius longitudinem porrigitur, [39] nullâ habitâ ratione majoris spatii, & etiamsi latitudo sit major longitudine. Ergo cùm terræ orbis, quantum ejus habitatur, ab ortu versùs occasum in longum protendatur, à septentrionibus autem versùs austrum dilatetur, longitudoque circulo qui sit æquinoctiali parallelus describatur, latitudo in ipso meridiano notetur: partium quoque longitudines sumi debent, portiones totius longitudini parallelæ, & latitudines latitudini: sic enim rectiùs exprimi poterit cùm totius habitatæ terræ magnitudo, tum partium dispositio ac figura, quæ hâc comparatione institutâ in quibusdam excedi, in quibusdam excedere videbuntur.

---

cet: Mesopotamia autem ea regio erat quam cingebant & Tigris & Euphrates. Confer Plinium, lib. VI, cap. 27.

39 *nullâ habitâ ratione majoris spatii, &c.*] Græcam phrasim Xylandri versio decurtabat, omisso hoc periodi membro integro, quod ad verbum expressimus.

Ἐρατοσθένης δὲ τὸ μὲν τῆς οἰκουμένης λαμβάνει μῆκος ἐπὶ τῆς διὰ στηλῶν καὶ Κασπίων πυλῶν, καὶ Καυκάσου γραμμῆς, ὡς ἂν εὐθείας· τὸ δὲ τῆς τρίτης μερίδος, ἐπὶ τῆς διὰ Κασπίων πυλῶν καὶ Θαψάκου· τὸ δὲ τῆς τετάρτης, ἐπὶ τῆς διὰ Θαψάκου καὶ Ἡρώων πόλεως, [c] μέχρι τῆς μεταξὺ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου, ἀνάγκη καταστρέφειν εἰς τοὺς περὶ Κάνωβον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τόπους· ἐνταῦθα γάρ ἐστι τὸ ἔσχατον στόμα τὸ καλούμενον Κανωβικόν τε καὶ Ἡρακλεωτικόν. Εἴτ' οὖν ἐπ' εὐθείας ἀλλήλοις τὰ μήκη τίθησιν, εἴθ' ὡς ἂν γωνίαν ποιοῦντα κατὰ Θάψακον· ἀλλ' ὅτι γε οὐ παράλληλον οὐδέτερον τῷ τῆς οἰκουμένης μήκει, φανερόν ἐστιν ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκεν αὐτός. Τὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκουμένης μῆκος διὰ τοῦ Ταύρου γράφει, καὶ τῆς ἐπ' εὐθείας μέχρι στηλῶν θαλάττης, κατὰ γραμμὴν τὴν διὰ τοῦ Καυκάσου καὶ Ῥόδου καὶ Ἀθηνῶν· ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τὸν δι' αὐτῶν μεσημβρινὸν, οὐ πολὺ ἐλάττους φησὶ τῶν τετρακισχιλίων εἶναι σταδίων· ὥστε τοσοῦτον καὶ οἱ παράλληλοι διέχοιεν ἂν ἀλλήλων, ὅ, τε διὰ Ῥόδου καὶ ὁ δι' Ἀλεξανδρείας· ὁ δ' αὐτὸς πῶς ἐστι τούτῳ, ὁ διὰ τῆς Ἡρώων πόλεως, ἢ νοτιώτερός γε τούτου· ὥσθ' ἡ συμπίπτουσα γραμμὴ τούτῳ γε τῷ παραλλήλῳ καὶ τῷ διὰ Ῥόδου καὶ Κασπίων πυλῶν, εἴτ' εὐθεῖα, εἴτε κεκλασμένη, οὐκ ἂν εἴη παράλληλος οὐδετέρᾳ. Οὐκ εὖ γοῦν λαμβάνεται τὰ μήκη· οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ αἱ διαβόρειοι λαμβάνονται μερίδες.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἵππαρχον πρότερον ἐπανιόντες, τὰ ἑξῆς ἴδωμεν. Πάλιν γὰρ πλάσας ἑαυτῷ λήμματα, γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα. Φησὶ γὰρ αὐτὸν λέγειν τὸ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς μὲν Κασπίους πύλας διάστημα σταδίων ἑξακισχιλίων ἑπτακοσίων· εἰς δὲ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας καὶ Περσίδος πλειόνων ἢ ἐννακισχιλίων· ὅπερ ἐπὶ γραμμῆς κεῖ-

---

[c] μέχρι τῆς μεταξύ.] Vetus lectio plenior, ut monet Casaubonus: μέχρι τῆς παραλίας τῆς μεταξύ.

---

θρώπων ἀφανισμὸς, ἐξὸν ἄλλως ἀποπέμψασθαι; Γνοὺς δὲ τὴν ἐπιβουλὴν, πῶς ἔφθη φυγὼν εἰς ἀσφαλεῖς τόπους; Ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων οὐκ ἀδύνατον μὲν, ἀλλὰ χαλεπὸν καὶ σπανίως γινόμενον μετὰ τύχης τινός· τῷ δ' εὐτυχεῖν ἀεὶ συνέβαινεν εἰς κινδύνους καθισαμένῳ συνεχεῖς. Πῶς δ' οὐκ ἔδεισεν ἀποδρὰς τὸν Βόγον, πλεῖν πάλιν παρὰ τὴν Λιβύην σὺν παρασκευῇ δυναμένῃ [y] συνοικίσαι νῆσον; Οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῶν Πυθέου καὶ Εὐημέρου καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν συγγνώμη, τοῦτ' αὐτὸ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς· τῷ δ' ἀποδεικτικῷ, καὶ φιλοσόφῳ, σχεδὸν δέ τι καὶ περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ, τίς ἂν συγγνοίη; Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ εὖ.

Τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτὲ, καὶ ἱζήματα λαμβάνειν, καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων [z] τῶν παραπλησίων ὅσα διηριθμησάμεθα καὶ ἡμεῖς, ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ· πρὸς ὃ, καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος εὖ παρατίθησιν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ πλάσμα εἶναι τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Ἀτλαντίδος· περὶ ἧς ἐκεῖνος ἱστορῆσαι Σόλωνα φησὶ πεπυσμένον παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων· ὡς ὑπάρχουσα ποτὲ ἀφανισθείη, τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου· καὶ τοῦτο [a] οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος. Εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων [b] καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς [c] οἰκίας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον, οὐκ ἀθρόαν συμβᾶσαν. Ὑπονοεῖ δὲ τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος ἑπτά

[y] συνοικίσαι.] Vulgo συνοικῆσαι. Quanto distet intervallo vis utriusque vocis sciunt quicumque Græcas musas frequentarunt. Συνοικῆσαι à συνοικέω, *unà habito*; συνοικίσαι à συνοικίζω, *habitare facio*, civibus urbem frequento, civitatem condo. Ergo juxta hujus loci sententiam legere est συνοικίσαι: atque hanc lectionem, quam Casauboni conjecturæ jam repetebant, codex Regius vindicat.

[z] τῶν παραπλησίων.] Editi τῶν τοιούτων, quòd eòdem recidit. Codicem Regium sequimur, cui suffragantur mss. duo quos laudat Casaubonus.

[a] οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν, &c.] Vulgò βέλτιον οἴεται λέγειν. Pleniorem ex ms. Regio lectionem hausimus, quam etiam codex Mediceus exhibet.

[b] καὶ τῶν συγγενῶν.] Sic Regius codex. Editi καὶ τὴν τῶν συγγενῶν.

[c] οἰκίας.] Sic ms. Regius. Vulgò οἰκείας.

gare licebat? Cognitis insidiis, quomodo in tuta perfugit loca? Nam horum unumquodque non sanè fieri omnino nequit, sed difficile est, raróque bonâ quâdam fortunâ contingit: ille autem in continentibus constitutus periculis, faustis semper est usus successibus. Quomodo autem non veritus est, Bogo evitato, rursus Africam prætervehi cum apparatu etiam ad insulam incolendam sufficiente? Hæc igitur non multum absunt à Pytheæ, Evemeri & Antiphanis mendaciis. Verùm hi quidem digni sunt veniâ, quibus idem fuit quod præstigiatoribus propositum: demonstratori autem, philosopho, ac non nihil etiam de palmâ certanti quis ignoscat? Hæc itaque malè.

Rectè autem apud eum exposita sunt, terram aliquando attolli, aliquando subsidere, mutarique terræmotibus: & alia id genus etiam à nobis enumerata: quibus etiam Platonis sententiam commodè apponit, fieri posse, ut non sit figmentum id quod [84] de Atlantide insulâ fertur: de quâ is ait tradidisse Solonem, qui ita ab Ægyptiis didicisset sacerdotibus, deletam eam esse, cùm fuerit aliquando continente totâ non minor insula: existimatque hoc rectiùs dici, quàm id, deletam fuisse ab eo ipso qui eam commentus fuerit: [85] sicut apud Homerum accidit muro Achæorum. [86] Conjecturâ etiam colligit Cimbrorum & gentilium migrationem è patriâ, factam esse ob maris incursionem, non confertim eam factam. Suspicatur etiam habitatæ terræ longitudinem LXX circiter millibus stadio-

---

[84] *de Atlantide insulâ.*] Nemo nescit quæ de hâc insulâ merè commentitiâ, in Timæo & Critia poëtico more finxerit Plato, quem poëtam ne magis dixerimus an philosophum. Multa de his commentabimur in animadversionibus nostris ad Strabonem Gallicè versum, quæ ad majores patebunt excursus: cùm in his quas subjicimus notulis, maximè sit nobis brevitati studendum.

[85] *sicut apud Homerum muro Achæorum.*] Strabo, lib. XIII, docet Aristotelem dixisse murum hunc Achæorum, de quo Homerus, à poëta factum esse simul & deletum; nempe quòd nihil nisi merum poëtæ commentum esse judicaret.

[86] *Conjecturâ etiam colligit, &c.*] Hæc manifestè ad Posidonium videntur referenda. Rectè autem Casaubonus advertit quæ hîc Strabo Posidonio tribuit, iis ex diametro adversari quæ eidem Posidonio tribuuntur ab eodem Strabone, lib. VII.

του μυριάδων σταδίων ὑπάρχον, ἥμισυ εἶναι τοῦ ὅλου κύκλου καθ' ὃν εἴληπται· ὥστε, φησὶν, ἀπὸ τῆς δύσεως [d] εὔρῳ πλέον ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἔλθοι ἂν εἰς Ἰνδούς.

Ἐπιχειρήσας δὲ αἰτιᾶσθαι τοὺς οὕτω τὰς ἠπείρους διορίσαντας, ἀλλὰ μὴ παραλλήλοις τισὶ τῷ ἰσημερινῷ, δι' ὧν ἔμελλον ἐξαλλάξεις δείκνυσθαι ζώων τε καὶ φυτῶν καὶ ἀέρων, τῶν μὲν τῇ κατεψυγμένῃ συναπτόντων, τῶν δὲ τῇ διακεκαυμένῃ· ὥστε οἱονεὶ ζώνας εἶναι τὰς ἠπείρους· ἀνασκευάζει πάλιν, [e] καὶ ἐν ἀλύσει δίκην γίνεται, ἐπαινῶν πάλιν τὴν οὖσαν διαίρεσιν, θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν πρὸς οὐδὲν χρησίμως. Αἱ γὰρ τοιαῦται διατάξεις οὐκ ἐκ προνοίας γίνονται, καθάπερ οὐδ' αἱ κατὰ τὰ ἔθνη διαφοραὶ, οὐδὲ διάλεκτοι, ἀλλὰ κατὰ ἐπίπτωσιν καὶ συντυχίαν· καὶ τέχναι τε καὶ δυνάμεις καὶ ἐπιτηδεύσεις ἀρξάντων τινῶν κρατοῦσιν αἱ πλείους ἐν [f] ὁποιῳοῦν κλίματι. Ἔστι δέ τι καὶ [g] παρὰ τὰ κλίματα· ὥστε τὰ μὲν φύσει ἐστὶν ἐπιχώρια τισὶ, τὰ δὲ θέσει, καὶ ἀσκήσει. Οὐ γὰρ φύσει Ἀθηναῖοι μὲν φιλόλογοι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ, καὶ οἱ ἔτι ἐγγυτέρω, Θηβαῖοι· ἀλλὰ μᾶλλον ἔθει· οὕτως οὐδὲ Βαβυλώνιοι φύσει φιλόσοφοι καὶ Αἰγύπτιοι· ἀλλὰ καὶ ἀσκήσει καὶ ἔθει· καὶ ἵππων δὲ καὶ βοῶν ἀρετὰς, καὶ ἄλλων ζώων,

---

[d] εὔρῳ πλέον.] In hanc lectionem & editi omnes, & ipse mſ. Regius, conſpirant. Ea quidem ſervari poteſt; πλέον, quaſi τὸ πλέον: ſed à ſolito Strabonis loquendi more locutio ſatis abſona. Ita vertunt interpretes ut videantur legiſſe πλέων, quod multo magis probamus. Verùm nullo favente manuſcripto, nihil mutamus.

[e] καὶ ἐν ἀλύσει δίκην γίνεται.] Torſit vehementer Caſaubonum locus hic, nec veram lectionem potuit excogitare ut fatetur ipſe. Nulla alia ipſi lectio ſuppetebat, quam quæ vel in editis, καὶ ἐναλύσει δίκην γίνεται, vel in quibuſdam mſſ. καὶ ἐν ἀναλύσει δίκην γίνεται. Dum aliquid certius occurreret, legendum conjecerat καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται: hoc ſenſu, occupari Poſidonium in eo, ut culpâ abſolveret eos quos modò reprehenderat. Depravabat autem, dum ſanare conabatur. Veram lectionem miniſtrat Regius codex, ſolâ duarum vocum coaleſcentium confuſione vitiatam. Neque enim ſcribendum ut in editis ἐναλύσει uno verbo, ſed duabus diſtinctis vocibus ut in mſ. Regio ἐν ἀλύσει. Proclivis error, quo emendato jam ſana ſunt omnia. Ἐν ἀλύσει, *in catenis, in anxietate*: δίκην, id eſt κατὰ δίκην, *meritò quidem*.

[f] ὁποιῳοῦν.] Sic rectè Xylander ex Aldo, & nos ex mſ. Regio. Editi plures ἐμποιῶν.

[g] παρὰ.] Editi veteres habent ἐπὶ, recentiores περὶ, Regius codex παρὰ, quod amplectimur.

rum conſtare, dimidiumque eſſe totius in quo ſumitur circuli: itaque (inquit) ab occaſu [87] euro ſpirante navigans tantum ſpatium, ad Indos perveniret.

Aggreſſus deinde eos reprehendere, [88] qui continentis partes hoc modo diſtinxerunt, non lineis quibuſdam reſpectu æquatoris parallelis, quibus ductis diverſitates animalium, plantarum, & aëris demonſtrari potuiſſent, quatenus alia ad frigidam, alia ad torridam pertinent plagam, partibus continentis zonarum inſtar deſcriptis: [89] quæſtionem inſtaurat, & meritò anxius torquetur, rurſum laudans adhibitam diviſionem, diſputationem in utramque partem inſtituens, nullâ ſanè cum utilitate. Hujuſmodi enim diſpoſitiones non à providentiâ ſunt inſtitutæ, ut neque gentium differentiæ & linguæ, ſed caſu quodam & fortunâ: ut & artes, facultates, ſtudiaque plerumque, ab uno ſi fiat initium, invaleſcunt in quocunque terræ ſitu. Quanquam eſt in ſitu terræ etiam aliquid: itaque uſitata apud alios alia ſunt homines, naturæ ductu, alia hominum inſtituto & uſu. Non enim naturâ fit, quòd Athenienſes ſtudioſi ſunt litterarum, Lacedæmonii non item, ac ne Thebani quidem illis viciniores: ſed magis more. Ita neque Babylonios natura philoſophos facit, aut Ægyptios, ſed exercitatio & conſuetudo. Quin & equorum,

---

87 *euro ſpirante navigans.*] Contrà Xylander, *versùs ortum navigans.* At nuſpiam Strabo εὔρῳ πλεῖν eo ſenſu uſurpavit; & grammatici docent, *modum quo*, non *locum ad quem*, ablativo caſu deſignari. Quin & ſi dubia foret vocum Græcarum ſententia, eam ſatis declararet res ipſa de quâ agitur. Cùm enim terræ habitatæ longitudo dimidiam partem occupet totius circuli in quo longitudo ea ſumitur, id eſt paralleli ſub quo terra habitabilis porrigitur, quæ quidem eſt ſtadiorum 70000, ab occaſu ad extremos Indos zephyris ſpirantibus naviganti, per partem circuli ſuperam: totidem erunt emetienda ab occaſu ad primos Indos, naviganti ſpirante euro, per inferam partem ejuſdem circuli; ac proindè hinc rectè infert Strabo ex Poſidonio, eum qui ab occaſu favente euro navigaret, 70 millibus ſtadiorum emenſis ad Indos appulſurum, inferiori ſcilicet emenſo ſemicirculo. Cùm autem ſenſum hunc non aſſecutus eſſet Xylander, locum contra vocum poteſtatem tranſtulit.

88 *qui continentis partes hoc modo diſtinxerunt.*] Id eſt, *ratione gentium*, ut ex ſequentibus patet.

89 *quæſtionem inſtaurat*, &c.] Et nos inſtauravimus interpretationem hujus loci, quem malè acceperunt interpretes. Aliqua in Græcis emendavimus. Vide ſuprà not. e.

οὐ τόποι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσκήσεις ποιοῦσιν. Ὁ δὲ συγχεῖ ταῦτα. Ἐπαινῶν δὲ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν τῶν ἠπείρων, οἵα νῦν ἐστι, παραδείγματι χρῆται, τῷ τοὺς Ἰνδοὺς τῶν Αἰθιόπων διαφέρειν, ὄντων ἐν τῇ Λιβύῃ· [h] ἐνεργεστέρους γὰρ εἶναι καὶ ἧττον [i] ἕψεσθαι τῇ ξηρασίᾳ τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ Ὅμηρον πάντας λέγοντα Αἰθίοπας δίχα διελεῖν,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος· [k]

[l] καὶ εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην ἣν οὐκ [m] οἶδεν Ὅμηρος, δουλεύειν ὑποθέσει· ἔδει, φησί, μεταγράφειν οὕτως·

Οἱ [n] μὲν ἀπερχομένου Ὑπερίονος,

οἷον ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ περικλίνοντος.

Πρῶτον μὲν οὖν οἱ πρὸς Αἰγύπτῳ Αἰθίοπες, καὶ αὐτοὶ δίχα διαιροῦνται· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἰσίν, οἱ δ' ἐν τῇ Λιβύῃ, οὐδὲν διαφέροντες ἀλλήλων· ἔπειθ' Ὅμηρος οὐ διὰ τοῦτο διαιρεῖ τοὺς Αἰθίοπας, ἢ ὅτι τοὺς Ἰνδοὺς ᾔδει τινὰς τοιούτους τοῖς σώμασιν· οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν εἰδέναι τοὺς Ἰνδοὺς εἰκὸς Ὅμηρον, ὅπου οὐδ' ὁ γε Εὐεργέτης κατὰ τὸν Εὐδόξειον μῦθον ᾔδει τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικήν, οὐδὲ τὸν πλοῦν τὸν ἐπ' αὐτήν· ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τὴν

---

[h] ἐνεργεστέρους.] Vulgò ἐρδνεστέρους. Xylander, vir Græcè peritus, Græcam vocem non agnoſcit ἐρδνὴς, ergo repudianda lectio hæc. Nihilo felicior eſt ea quam ex duobus mſſ. Caſaubonus affert, εὐρεπεστέρους. Codex Regius habet εὐηρυεστέρους, undè olim putaveram fortè legendum eſſe εὐηρεστέρους, quod ſenſum ſuppeditabat non deſpiciendum; nempè Indos meliores eſſe remiges quàm Æthiopes. Sed codex Mediceus ſanam lectionem porrigit, ἐνεργεστέρους, ſcilicet *robuſtiores*: & ſic legiſſe veterem interpretem animadvertimus.

[i] ἕψεσθαι.] Editi ἑψιοῦσθαι, prava lectio quæ Xylandrum in errorem impulit. Vide infrà not. 90. Legerat ἕψεσθαι vetus interpres: ſic quoque fert mſ. à Caſaubono citatus, ſic mſ. Regius, ſic demum ipſa oratio legi poſtulat.

[k] Odyſſ. α, verſ. 24. De hoc Homeri verſu fusè Strabo diſſeruit, lib. I, p. 100 & ſeqq.

[l] καὶ εἰσάγοντα, &c.] Vitio laborat locus ille, quem feliciter reſtituiſſe videtur Caſaubonus; ſed cùm deſit mſſ. auctoritas, contextum emendare auſi non ſumus. Legendum Caſaubonus judicat Κράτητα δὲ τὸν εἰσάγοντα, &c. Adſtipulari videtur Strabo ipſe, cùm libro I, (p. 100) eumdem poëtæ locum tractans, Cratetis explicationem profert qui τὴν ἑτέραν οἰκουμένην, ut hîc loquitur, εἰσάγει. Atque idem Strabo lectorem mox re-

boum, aliorumque animalium præſtantia, non locis tantùm, ſed & adſueſactioni debetur. Hæc iſte confundit. Porrò laudans talem continentis regionum diſtinctionem, qualis nunc eſt, exemplo utitur, Indos Æthiopibus, qui ſunt in Africâ, præſtare, cùm [90] robuſtiores ſint, minúſque æſtu aduſti: ideò Homerum quoque cùm de univerſis locutus eſſet Æthiopibus, ſic diviſiſſe:

.... *hi quâ ſol cadit, & quâ naſcitur illi:*

[91] ac ſervire inſtituto ſuo, dum alterius habitatæ terræ mentionem facit, quam ignoravit Homerus: aitque ita potiùs fuiſſe ſcribendum:

.... *hi quâ ſol abit* ....

utpote declinantem eo à meridiano.

Primùm quidem Æthiopes Ægypto contermini, ipſi quoque bifariàm dividuntur, cum in Aſiâ partim eorum ſit, partim in Africâ, nihilque à ſe invicem differant. Deinde Homerus non ideo dividit Æthiopas, aut quòd tales corporibus Indos aliquos noſſet: quos ei planè ignotos fuiſſe probabile eſt: cùm ſecundùm Eudoxeam fabulam ne Evergetes quidem Indiam, navigationemque ad eam cognitam habuerit: ſed reſpexit Homerus potiùs ad

jicit in illum locum: ἐκεῖ δὲ, inquit, καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διηπόρηται.

[m] ἰδεῖν.] Sic mſſ. Regius & Mediceus. Editi omnes εἰδεν.

[n] Οἱ μὲν, &c.] Mſ. Regium ſequimur. Editi ferunt ἢ μὲν, quod minùs probamus; neque enim eo loco agitur de emendandâ voce οἱ, ſed de mutandâ voce δυσομένου, ut ex ipsâ argumentatione ſatis perſpicuum eſt.

90 *robuſtiores ſint, minúſque æſtu aduſti.*] Græca emendavimus. Vide notas [h] & [i]. Xylander vitiatas lectiones ſecutus interpretabatur: *acutiores ſint, minúſque fallantur ob aëris ſiccitatem:* quod Strabonem dixiſſe nemo facilè crediderit. At Indos magis laboribus & operis idoneos eſſe, minúſque æſtu torreri quàm Æthiopes, id planum eſt; atque eò recidit verſio vetus, *robuſtiores & aëris ſiccitate minùs coctos.* Neque ideò dicendum veterem interpretem legiſſe ἐρρωμενεστέρους & πεπέφθαι, ut opinatus eſt Xylander, ſed ἐνεργεστέρους, ut ex mſ. Mediceo, & ἧψεσθαι, ut ex mſ. Regio ſcripſimus.

91 *ac ſervire inſtituto ſuo,* &c.] Supple *Cratetem*, ex conjecturâ Caſauboni, de quâ vide ſuprà not. [l].


λεχθεῖσαν ὑφ' ἡμῶν πρότερον διαίρεσιν. Ἐκεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς γραφῆς τοῦ Κρατητείου διῃτήσαμεν, ὅτι οὐδὲν διαφέρει, οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν· ὁ δὲ τοῦτο μὲν διαφέρειν φησί· κρεῖττον δ' οὕτως εἶναι μεταθεῖναι,

Οἱ μὲν ἀπερχομένου ....

Τί οὖν διαφέρει τοῦτο τοῦ, οἱ μὲν δυσομένου; Πᾶν γὰρ τὸ τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ ἐπὶ δύσιν, δύσις καλεῖται, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ ὁρίζοντος ἡμικύκλιον· ὅπερ καὶ Ἄρατος ἐπισημαίνεται,

.... ἧχί περ ἄκραι
Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.

Εἰ δ' ἐπὶ τῆς Κρατητείου γραφῆς βέλτιον οὕτω, φήσει τις καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρισταρχείου δεῖν. Τοσαῦτα καὶ πρὸς Ποσειδώνιον. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τυγχάνει τῆς προσηκούσης διαίτης ὅσα γεωγραφικά· ὅσα δὲ φυσικώτερα, ἐπισκεπτέον ἐν ἄλλοις, ἢ οὐδὲ φροντιστέον· πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ, καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.



ſuprà dictam à nobis diviſionem. Atque [92] ibi etiam de Cratetis lectione pronunciavimus, nihil ad rem intereſſe utro modo legatur. Poſidonius intereſſe aliquid ſentit: potiùs tamen ſic corrigendum,

.... hi quâ ſol abit ....

Quid autem intereſt inter occidere & abire? Nam tota quidem portio, quæ à meridie versùs occaſum eſt, occaſus dicitur, ſicut & horizontis ſemicirculus: quod & Aratus indicat:

Qua pater oceanus rutili reparator Eoi
Occaſus ortuſque ſolo moderante coercet,
Et gemina alternæ miſcet divortia metæ. [93]

Quòd ſi quis rectiùs hoc habere in Cratetis ſcripturâ, dicat, etiam in Ariſtarcheâ eandem is dicet requiri mutationem. Atque hæc adverſus Poſidonium. Multa enim ſingulatim omnibus pertractandis ſub cenſuram revocavimus, quæ quidem ad geographiam pertinerent: quæ autem ad naturæ contemplationem pertinent, ea alibi ſunt excutienda, aut potiùs nihil curanda: multas enim habet is de cauſis diſputationes, in multis Ariſtotelem imitatur, quæ [94] noſtri declinant ob cauſarum obſcuritatem.

---

92 *ibi etiam,* &c.] Vide ſuprà, lib. 1, p. 100 & ſeqq.

93 Hæc Aratus de capite Draconis loquens, in Phænom., verſ. 61 & ſeqq.

94 *noſtri.*] Id eſt Stoici.



ΚΕΦ. Γ.

Πολύβιος δὲ τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν, τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐᾶν φησὶ, τοὺς δ᾽ ἐκείνους ἐλέγχοντας ἐξετάζειν Δικαίαρχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας, καὶ Πυθέαν, ὑφ᾽ οὗ παρακρουσθῆναι πολλούς· [o] ὅλην μέντοι Βρετ]ανικὴν ἐμβατὸν ἐπελθεῖν φάσκοντος, τὴν δὲ περίμετρον [p] πλειόνων ἢ τετ]άρων μυριάδων ἀποδόντος τῆς νήσου· προσιστορήσαντος δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς Θούλης καὶ τῶν τόπων ἐκείνων, ἐν οἷς οὔτε γῆ [q] κατ᾽ αὐτὸν ὑπῆρχεν ἔτι, οὔτε θάλατ]α, οὔτ᾽ ἀὴρ, ἀλλὰ σύγκριμά τι ἐκ τούτων, πλεύμονι θαλατ]ίῳ ἐοικὸς, ἐν ᾧ φησι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατ]αν αἰωρεῖσθαι, καὶ τὰ σύμπαντα, καὶ τοῦτον ὡς ἂν δεσμὸν εἶναι τῶν ὅλων, [r] μήτε πορευτὸν, μήτε πλωτὸν ὑπάρχοντα· τὸ μὲν οὖν τῷ πλεύμονι ἐοικὸς αὐτὸς ἑωρακέναι, τ᾽ ἄλλα δὲ λέγειν ἐξ ἀκοῆς· ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Πυθέου· καὶ διότι ἐπανελθὼν ἐνθένδε, πᾶσαν ἐπέλθοι τὴν παρωκεανῖτιν τῆς Εὐρώπης, ἀπὸ Γαδείρων ἕως Ταναΐδος.

---

[o] ὅλην μέντοι Βρετ]ανικὴν ἐμβατὸν ἐπελθεῖν.] Sic scribimus ex mſ. Regio & veteri interprete. Editi habent ἢ ἐπελθεῖν. Certè vocula ἢ omnino redundat. In mſ. Mediceo legitur οὐκ ἐπελθεῖν, & lectionem hanc Xylander in interpretando secutus est, quasi dixiſſet Pytheas se totam Britanniam permeabilem non peragraſſe. At infrà Strabo ait Pytheam jactaſſe se Europam septentrionalem universam ad fines mundi perluſtraſſe; ne dum se totam Britanniam quà permeabilis est non peragraſſe fateretur. Ergo nullâ Mediceæ lectionis ratione habitâ, locus hic ex Regio codice reſtituendus. Quin & ad id facit, quòd vox ἢ quæ hic abundat, in altero phraſis membro deest; undè conjectandi anſa subest particulam hanc è loco suo temerè motam. Vide notam quæ sequitur proxima.

[p] πλειόνων ἢ τετ]άρων μυριάδων.] Vox ἢ hoc loco prorſus neceſſaria, deest in editis codicibus, qui eam habent omnino superfluam in præcedenti ejuſdem periodi membro, ut mox adnotabamus. Hinc eam è sede suâ motam nemo non judicaverit. Id sanè aſſe-

CAPUT III.

Polybii geographica quædam carptim proferuntur & perpenduntur.

JAM Polybius Europæ regiones deſcribens, veteres ſe ait miſſos facere, in eos autem inquirere velle, abs quibus illi ſunt reprehenſi, ut Dicæarchum & Eratoſthenem qui ultimus geographiam tractarit, & Pytheam, qui multis impoſuerit. Hunc enim perhibere, [95] totam quidem Britanniam, quà permeabilis eſt, ſe peragraſſe, ambitum autem inſulæ majorem eſſe XL millibus: tum de Thule & iſtis locis ita narrare, neque terram ibi porrò eſſe, neque mare, neque aërem, ſed quippiam ex his concretum, [96] pulmonis marini ſimile, in quo terra & mare ſublimia pendeant, atque univerſa, hocque eſſe quaſi vinculum univerſi, neque pedibus acceſſum, neque navibus: ac formam pulmonis ſe ipſum vidiſſe, cætera auditu percepta referre. Hæc Pytheam dicere: idque addere, inde reverſum, quidquid Europæ regionum eſt ad oceanum, peragraſſe, à Gadibus ad Tanain uſque.

---

rit codicis Regii lectio quam ſequimur.

q κατ' αὐτόν.] Ita ut referatur ad Pytheam (*juxta Pytheam*). Mſ. Regius καθ' αὐτὴν, ita ut referatur ad terram, eo ſenſu: *neque terram ibi per ſe ſe ſubſiſtere.* Utraque lectio defendi poteſt. Ea quam editi exhibent, placet magis.

r μήτι.] Sequimur mſ. Regium. Editi μήποτε.

---

95 *totam quidem Britanniam, quà permeabilis eſt, ſe peragraſſe.*] Xylander, *ſe non peragraſſe.* Negationem ſuſtulimus tum ex editis, tum ex mſ. Regio, & interprete veteri, tum ex ipsâ Pytheæ ſententiâ inferiùs declaratâ. Vide not. o.

96 *pulmonis marini.*] Piſcis de quo Plinius, l. x.; Athenæus, l. III; Ariſt. hiſt. anim., lib. v, cap. 15; Plato in Philebo. Ea piſcium ſpecies, quæ juxta Ariſtotelem ſponte provenit, videtur aquarum coagulo quam viventi animali propior.

Φησὶ δ' οὖν ὁ Πολύβιος ἄπιστον καὶ αὐτὸ τοῦτο, πῶς ἰδιώτῃ ἀνθρώπῳ, καὶ πένητι τοσαῦτα διαστήματα πλωτὰ, καὶ πορευτὰ γένοιτο· τὸν δ' Ἐρατοσθένη διαπορήσαντα εἰ χρὴ πιστεύειν τούτοις, ὅμως περί τε τῆς Βρεττανικῆς πεπιστευκέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ· ὁ μέντοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγχαίαν λέγει πλεῦσαι· ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον Εὐρώπην πᾶσαν, ἣν [s] οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι· Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν· καὶ ταῦτα δὲ, μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος. Τὸ μὲν οὖν μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος, γελοῖον· ὥσπερ ἐκείνῳ χρήσασθαι κανόνι προσῆκον, καθ' οὗ τοσούτους ἐλέγχους αὐτὸς προφέρεται. Ἐρατοσθένους δὲ εἴρηται ἡ περὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν καὶ Δικαιάρχῳ συγγνώμη, τοῖς μὴ κατιδοῦσι τοὺς τόπους ἐκείνους. Πολυβίῳ δὲ καὶ Ποσειδωνίῳ τίς ἂν συγγνοίη;

Ἀλλὰ μὴν Πολύβιός γε ἐστὶν ὁ [t] ὅλας δογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις, ἃς ποιεῖται περὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διαστημάτων, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἐν οἷς ἐκείνους ἐλέγχει, καθαρεύων. Τοῦ γοῦν Δικαιάρχου μυρίους μὲν εἰπόντος τοὺς ἐπὶ στήλας ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου σταδίους, πλείους δὲ τού-

---

[s] οὐδ' ἄν.] Sic codices Regius & Mediceus. Vulgò οὐδέ.

[t] ὅλας.] Casaubono suspecta vox. Libens legeret ὅλως. Nihil autem videtur nobis esse cur aliquid eo loco immutetur.

---

97 *Messenio.*] Id est Evhemero, (sic enim scribendum, non Evemero, ut Xylander.) De eo jam suprà Strabo, lib. I, cap. 3, init. Evhemerum alii Agrigentinum dicunt, ut Arnobius, lib. IV; alii Tegeatem, ut Plutarchus; alii Coum, ut Athenæus; alii denique Messenium, inter quos Lactantius & Strabo noster. Hanc opinionem de Evhemeri patriâ prævalere credimus, cum Messenii nomine Strabo eum indigitet. Floruit Evhemerus tertio ante Christum natum sæculo, Cassandro Macedoniæ regi carus, qui ipsum lustrando occidentali oceano delegit. Historiam scripserat ex titulis & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis templis habebantur (Lactant., p. 62). Sæpè laudant eum veteres, neque infimo loco collocant. De ejus vitâ & opere deperdito cui titulus ἱερὰ ἀναγραφή, vide quæ scripserunt viri doctissimi Sevin & Fourmont in comment. Acad. R. Inscript., t. VIII & XV.

98 *in regionem Panchæam.*] De pe-

Polybius

Polybius autem id quoque incredibile ait esse, privatum hominem, eumque pauperem, tantum spatii mari terrâque obivisse. Eratosthenem autem dubitantem hisne esset fides adhibenda, tamen quæ de Britanniâ, Gadibus & Hispaniâ dicuntur, credidisse: multo autem (inquit Polybius) præstabat [97] Messenio credere, quàm Pytheæ. Ille enim tantùm unam [98] in regionem Panchæam se navigasse ait: hic septentrionalem Europam universam usque ad fines mundi perlustrasse dicit: quod ne Mercurio quidem dicenti crederes: interim Eratosthenem, qui Evemerum [99] Bergæum appellet, Pytheæ credere, atque hoc ne [1] Dicæarcho quidem credente. Id quidem ridiculum est, quòd Dicæarchum profert, quasi verò conveniat eum veluti normam sequi, quem ipse Polybius tot reprehensionibus incessit. Dictum est, quàm fuerit Eratosthenes ignarus occiduarum & septentrionalium Europæ partium. Verùm huic quidem & Dicæarcho danda est venia, qui loca ista non inspexerunt. Polybio autem & Posidonio quis ignoscat?

Atqui is est Polybius, qui, quæ de horum locorum distantiis & aliis multis ait, [2] omnia certa pronunciat: cùm ne in his quidem, in quibus illos reprehendit, vitio careat. Cùm enim Dicæarchus à Peloponneso ad columnas stadia numeret ccıɔɔ, his plura usque ad intimum

---

regrinatione Evhemeri in Panchæam, vide Diodorum Siculum, liv. v, & eumdem, l. vi, apud Eusebium Præpar. evang., l. ii. De Panchæâ inter doctos non convenit. Commentitiam alii regionem putant, ut eruditus abbas Sevin in Mem. Acad. Reg. Inscrip. ubi suprà: alii minimè fabulosam eam arbitrati sunt; atque id totis viribus pervincere nititur doctissimus Fourmont, ibid., t. xv, p. 263 & seq.

99 *Bergæum.*] Id est Antiphani Bergæo, fabulatori homini, similem.

1 *Dicæarcho.*] Dicæarchus Messenius, Aristotelis discipulus, ante Christum 350 annis circiter floruit. Plura scripserat geographica. Ejus sententiam de terræ habitabilis dimensione affert Agathemerus, lib. 1, p. 174. Dicæarchum laudant, præter Strabonem, Stephanus Byz., Athenæus, Plutarchus, & alii: insuper, adi Suidam & Vossium de Hist. Græc.

2 *omnia certa pronunciat.*] Xylander interpretabatur: *omnia ab opinione profecta ait;* certè contra Strabonis mentem. Vox Græca δογματικῶς eo loco opinabilibus argumentis & conjecturis manifestè opponitur.

των τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν μέχρι. τοῦ μυχοῦ τοῦ δ' ἐπὶ στήλας τὸ μέχρι τοῦ πορθμοῦ, τρισχιλίους ἀποδόντος, ὡς γίνεσθαι τὸ λοιπὸν ἑπτακισχιλίους τὸ ἀπὸ πορθμοῦ μέχρι στηλῶν· τοὺς μὲν τρισχιλίους ἐᾷν φησιν, εἴτ' εὖ λαμβάνονται, εἴτε μή· τοὺς δ' ἑπτακισχιλίους οὐδετέρως, οὐδὲ τὴν παραλίαν ἐμμετροῦντι, οὔτε τὴν διὰ μέσου τοῦ πελάγους. Τὴν μὲν γὰρ παραλίαν ἐοικέναι μάλιστ' ἀμβλείᾳ γωνίᾳ βεβηκυίᾳ ἐπί τε τοῦ πορθμοῦ καὶ τῶν στηλῶν, κορυφὴν δ' ἐχούσῃ Ναρβῶνα· ὥστε συνίστασθαι τρίγωνον βάσιν ἔχον τὴν διὰ τοῦ πελάγους εὐθεῖαν, πλευρὰς δὲ τὰς τὴν [u] γωνίαν ποιούσας τὴν λεχθεῖσαν· ὧν ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ μέχρι Ναρβῶνος, μυρίων ἐστὶ καὶ πλειόνων ἢ διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις· ἡ δὲ λοιπὴ μικρῷ λοιπὸν ἐλαττόνων ἢ ὀκτακισχιλίων· καὶ τὸ πλεῖστον μὲν διάστημα ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην ὁμολογεῖσθαι κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος σταδίων οὐ πλειόνων ἢ τρισχιλίων· κατὰ τὸ Σαρδώνιον δὲ λαμβάνειν συναγωγήν. Ἀλλ' ἔστω, φησὶ, καὶ ἐκεῖνο τρισχιλίων· προειλήφθω δ' ἐπὶ τούτοις δισχιλίων σταδίων, τὸ τοῦ κόλπου βάθος τὸ κατὰ Ναρβῶνα, ὡς ἂν κάθετος ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ ἀμβλυγωνίου· δῆλον οὖν, φησὶν, [x] ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως, ὅτι ἡ σύμπασα παραλία ἡ ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ στήλας ἔγγιστα ὑπερέχει τῆς διὰ τοῦ πελάγους εὐθείας, πεντακοσίοις σταδίοις· προστεθέντων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἐπὶ τὸν πορθμὸν τρισχιλίων, οἱ σύμπαντες ἔσονται στάδιοι, [y] αὐτοὶ οἱ ἐπ' εὐθείας, πλείους ἢ διπλάσιον ὧν Δικαίαρχος εἶπε· πλείους δὲ τούτων τοὺς ἐπὶ τὸν μυχὸν τὸν Ἀδριατικὸν δεήσει φησὶ τιθέναι κατ' ἐκεῖνον.

---

[u] γωνίαν.] Veteres editi τριγωνίαν. Rectè Casaubonus ex libris antiquis describit γωνίαν, quod asserit Regius codex.

[x] ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως.] In translatione suâ Xylander, quasi otiosam, omittit vocem παιδικῆς, quæ Casaubonum ita torquet, ut legere malit ἐκ τῆς ᾗ τῆς μετρήσεως. At mss. & editi quotquot sunt, παιδικῆς tuentur: quod eo sensu videtur transferendum, *ex ea dimetiendi ratione quæ ipsis pueris nota est*. Ad verbum, *ex puerili (ex elementari) dimensione*.

[y] αὐτοὶ οἱ ἐπ' εὐθείας.] Sic mss. Regius & Mediceus. Vulgò αὐτοὶ ἐπ' εὐθείας.

Adriatici ſinûs receſſum, & [3] IIICIↃ aſſignet intervallo quod porrigitur versùs columnas uſque ad fretum, ut fiant de cætero à freto uſque ad columnas ſtadiorum ſeptem millia: Polybius ait, de tribus millibus ſe non diſputare, veréne an falsò ponantur: ſed ſeptem millia, neque maritimæ oræ menſuræ, neque per medium pelagus ductæ lineæ reſpondere: nam oram maritimam eſſe apprimè ſimilem angulo obtuſo, freto & columnis inſiſtenti, cujus vertex ſit Narbo: ita ut conſtituatur triangulus, cujus baſis ſit recta linea per altum ducta mare, latera, quæ dictum includunt angulum: quorum quod à freto eſt Narbonem uſque, ſtadia habet CCIↃↃ CIↃ CC, & ampliùs: alterum paulo minus eſt octo ſtadiorum millibus: ac longiſſimum quidem ab Europâ ad Africam intervallum ſecundùm mare Tyrrhenum in confeſſo haberi non amplius ter mille ſtadiis, minus fieri autem in Sardoo mari. Verùm eſto (inquit) etiam hoc tantundem, & adjiciantur duo alia millia, profunditas ſinûs apud Narbonem, tanquam perpendicularis à vertice ad baſin obtuſi anguli trianguli: conſtat ergo (inquit) ex dimenſione, quòd totam maritimam oram à freto uſque ad columnas, proximè excedit rectam per pelagus ductam, ſtadiis IↃ: quibus ſi addantur tria millia, quæ ſunt à Peloponneſo ad fretum, erunt in univerſum ſtadia rectæ unius plura quàm duplum, eorum quæ Dicæarchus aſſignavit: & ſecundùm eundem plura his oportebit ponere ea, quæ ſunt ad intimum ſinûs Adriatici.

---

[3] IIICIↃ *aſſignet intervallo quod porrigitur versùs columnas uſque ad fretum.*] Id eſt à Peloponneſo uſque ad fretum Siculum. Hoc autem ex ipsâ numerorum ratione conſtat. Si enim à Peloponneſo ad columnas decem ſtadiorum millia numeres, & ſeptem millia demas, quæ ſunt à columnis ad fretum, tria millia ſupererunt à freto ad Peloponneſum. Ergo malè tranſtulit Xylander: *à columnis ad fretum tria millia:* & certè cùm ſeptem millia interſint à freto ad columnas, quî fieri poſſet ut tria millia tantummodò intereſſent à columnis ad fretum? Quin & paulo infrà Strabo dinumerat 3000 ſtad. à Peloponneſo ad fretum, expreſſis verbis. Προστεθέντων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἐπὶ τὸν πορθμὸν τρισχιλίων, &c.

Ἀλλ' ὦ φίλε Πολύβιε, φαίη τις ἄν, ὥσπερ τούτου τοῦ ψεύσματος ἐναργῆ παρίστησι τὸν ἔλεγχον ἡ πεῖρα ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκας αὐτός· εἰς μὲν Λευκάδα ἐκ Πελοποννήσου ἑπτακοσίους· ἐντεῦθεν δὲ τοὺς ἴσους εἰς Κόρκυραν, καὶ πάλιν ἐντεῦθεν εἰς τὰ Κεραύνια τοὺς ἴσους, καὶ ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Ἰαπυγίαν· ἀπὸ δὲ τῶν Κεραυνίων τὴν Ἰλλυρικὴν παραλίαν σταδίων ἑξακισχιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα· οὕτως κἀκεῖνα ψεύσματά ἐστιν ἀμφότερα, καὶ ὁ Δικαίαρχος εἶπε, τὸ ἀπὸ πορθμοῦ ἐπὶ στήλας εἶναι σταδίων ἑπτακισχιλίων, καὶ ὃ σὺ δοκεῖς ἀποδεῖξαι. Ὁμολογοῦσι γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγοντες τὸ διὰ πελάγους μυρίων εἶναι καὶ δισχιλίων· συμφωνεῖ δὲ τοῦτο καὶ τῇ ἀποφάσει τῇ περὶ τοῦ μήκους τῆς οἰκουμένης· μάλιστα γὰρ εἶναι φασὶ μυριάδων ἑπτά· τούτου δὲ τὸ ἑσπέριον τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας, ἅπερ δυσμικώτερά ἐστι, μικρὸν [1] ἀπολείπειν τῶν τρισμυρίων· συντιθέασι δ' οὕτως· ἀπὸ μὲν τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς Ῥοδίας, πεντακισχιλίους· ἐνθένδ' ἐπὶ Σαλμώνιον τῆς Κρήτης, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον, χιλίους· αὐτῆς δὲ τῆς Κρήτης μῆκος πλείους ἢ δισχιλίους ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Πάχυνον τῆς Σικελίας τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους, καὶ ἀπὸ Παχύνου ἐπὶ πορθμὸν πλείους ἢ χιλίους· εἶτα τὸ δίαρμα τὸ ἐπὶ στήλας ἀπὸ πορθμοῦ μυρίους τρισχιλίους· ἀπὸ στηλῶν δὲ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου τῆς Ἰβηρίας περὶ τρισχιλίους.

Καὶ ἡ κάθετος δὲ [2] οὐ καλῶς εἴληπται· εἴπερ ἡ μὲν Ναρβὼν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου ἵδρυται σχεδόν τι τῷ διὰ Μασσαλίας, αὕτη δὲ τῷ διὰ Βυζαντίου, καθάπερ καὶ Ἵππαρχος πείθεται· ἡ δὲ διὰ τοῦ πελάγους ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶ τῷ διὰ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας· ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοδίας εἰς Βυζάντιον ὡς ἂν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κειμένων ἀμφοῖν, περὶ πεντακισχιλίους, ὡς εἰρήκασι, σταδίους· τοσοῦτοι γὰρ ἂν εἶεν καὶ οἱ τῆς εἰρημένης

---

[1] ἀπολείπειν.] Ita mss. Mediceus & Regius. Vulgo ἀπολείπει.

[2] οὐ καλῶς.] Ms. Regius & editi quidam veteres οὐκ ἄλλως. Xylander emendat οὐ καλῶς, quod amplectitur Casaubonus; sic quoque legebat vetus interpres, quibus & nos suffragamur.

Verum mi Polybi (dixerit aliquis) quemadmodum hoc mendacium evidenter refellit experientia, his ipsis quæ tute tradidisti: à Peloponneso ad Leucadem esse stadia IↃCC, inde totidem ad Corcyram, totidemque rursus hinc ad montes Ceraunios, & in dextrâ ad Japygiam, à Ceraunіis autem oram Illyrici IↃↃ CIↃ CL: ita utrumque falsum est, & quod Dicæarchus à freto ad columnas ponit spatium VII CIↃ stadiorum, & quod tu videris tibi demonstrare. Plurimi enim in hoc consentiunt, per pelagus esse XII millium: atque hoc etiam cum eo concordat, quod de terræ habitatæ longitudine pronunciatum est. Aiunt enim eam potissimùm esse stadiorum septuaginta millium: atque hujus occidua portio, quæ est ab Issico sinu versùs Hispaniæ extrema maximè occidua, paulo minùs est XXX millibus. Sic autem colligunt: à sinu Issico [4] usque ad Rhodum, IↃↃ: inde usque ad Salmonium Cretæ orientale promontorium, CIↃ: ipsius Cretæ longitudo major duobus millibus usque ad Criu metopon: inde ad Pachynum Siciliæ IV CIↃ IↃ: à Pachyno ad fretum CIↃ & ampliùs: à freto usque ad columnas intercapedinem CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ: à columnis ad extrema Sacri promontorii Hispaniæ ad tria millia.

Sed & perpendicularis non rectè sumta est, siquidem Narbo ferè in eodem jacet parallelo, in quo Massilia, atque hæc in eodem cum Byzantio, ut etiam Hipparchus credidit: præterea autem linea per pelagus in eodem est cum eo, qui [5] per fretum transit & Rhodum, & à Rhodo ad Byzantium, cùm sub eodem meridiano collocantur, stadia sunt, ut tradiderunt, circiter IↃↃ: totidem enim de-

4 *usque ad Rhodum.*] Interpretes *usque ad Rhodiam*. Græce μέχρι τῆς Ῥοδίας, id est τῆς Ῥοδίας νήσου. Hic enim de Rhodo insulâ, non de Rhodiâ Lyciæ urbe agitur, si quidem agitur de lineâ rectâ ad columnas à sinu Issico ductâ. Nec semel Strabo Rhodum, Ῥοδίαν vocat; atque ipse Xylander aliàs, Ῥοδίαν, Rhodum interpretatur.

5 *per fretum transit & Rhodum.*] Iterum interpretes vocem Ῥοδίαν vertunt *Rhodiam*, quasi de Rhodiâ urbe, non de Rhodo insulâ ageretur. Vide notam quæ proximè præcedit.

καθέτου. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ μέγιστον δίαρμα τοῦ πελάγους τούτου τὸ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ἐπὶ τὴν Λιβύην πεντακισχιλίων που σταδίων λέγουσιν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ [b] Γαλατικοῦ κόλπου, δοκεῖ μοι πεπλανημένως λέγεσθαι τοῦτο, ἢ πολὺ τῆς Λιβύης κατὰ τοῦτο τὸ μέρος προσνεύειν ἐπὶ τὴν ἄρκτον, καὶ συνάπτειν τῇ διὰ τῶν στηλῶν παραλλήλῳ. Καὶ τοῦτο οὐκ εὖ λέγεται, τὸ, πλησίον τῆς Σαρδόνος τὴν λεχθεῖσαν κάθετον τελευτᾶν· οὐ γὰρ παραπλήσιον, ἀλλὰ πολὺ δυσμικώτερον εἶναι τὸ δίαρμα τοῦτο τῆς Σαρδόνος, ὅλον σχεδόν τι ἀπολαμβάνον ἐν τῷ μεταξὺ πρὸς τῷ Σαρδονίῳ τὸ Λιγυστικὸν πέλαγος· καὶ τῆς παραλίας δὲ τὰ μήκη πεπλεόνασαι· πλὴν οὐκ ἐπὶ τοσοῦτόν γε.

Ἑξῆς δὲ τὰ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐπανορθοῖ, τὰ μὲν εὖ, τὰ δὲ χεῖρον λέγων ἢ ἐκεῖνος. Ἐξ Ἰθάκης μὲν γὰρ εἰς [c] Κόρκυραν τριακοσίους εἰπόντος, πλείους φησὶν εἶναι τῶν ἐννακοσίων· ἐξ Ἐπιδάμνου δὲ εἰς Θεσσαλονίκειαν ἐννακοσίους ἀποδόντος, πλείους τῶν δισχιλίων φησί· ταῦτα μὲν εὖ. Ἀπὸ δὲ Μασσαλίας ἐπὶ στήλας λέγοντος ἑπτακισχιλίους, ἀπὸ δὲ Πυρήνης ἑξακισχιλίους, αὐτὸς λέγει χεῖρον πλείους ἢ ἐννακισχιλίους τοὺς ἀπὸ Μασσαλίας, ἀπὸ δὲ Πυρήνης μικρὸν ἐλάττους ἢ ὀκτακισχιλίους· ἐγγυτέρω γὰρ τῆς ἀληθείας ἐκεῖνος εἴρηκεν. Οἱ γὰρ νῦν ὁμολογοῦσιν εἴ τις τὰς τῶν ὁδῶν ἀνωμαλίας ὑποτέμνοιτο, [d] μὴ μείζω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι τὸ μῆκος τὴν σύμπασαν Ἰβηρίαν, ἀπὸ Πυρήνης ἕως τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς. Ὁ δ' αὐτὸν τὸν Τάγον ποταμὸν, ὀκτακισχιλίων σταδίων τίθησι τὸ μῆκος ἀπὸ τῆς Πη-

[b] Γαλατικοῦ.] Sic Aldi codex, & prior editio Germanica, teste Casaubono; sic & editi veteres plures, sic denique mſ. Regius. Xylander locum depravabat, cum scribebat Ἀδριατικοῦ. Ut enim monuit Casaubonus, apud ipsum Strabonem legitur paulo post: τὸ μέγιστον δίαρμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων: & iterum in descriptione maris mediterranei iisdem ferè verbis. Græcis restitutis, Latina emendavimus.

[c] Κόρκυραν.] Editi Κέρκυραν hîc, & aliàs. Mſ. Reg. Κόρκυραν: rectiùs; sic enim scribendum docent Corcyræorum nummi.

[d] μὴ μείζω τῶν ἑξακισχιλίων.] Vulgò ὀκτακισχιλίων, quod ferri nequit. Rectè legerat vetus interpres ἑξακισχιλίων. Ita enim tres codices antiqui ferunt, teste Casaubono; sic mſ. Regius: atque ita legendum docet ipse Strabo pluribus locis, imprimis initio libri III, ubi ait de Iberiâ, ἔχει γὰρ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος. Quin & sic legere jubet totus hujus argumentationis apparatus.

bent tribui perpendiculari dictæ stadia. Quoniam autem etiam maximum trajectum hujus pelagi ab Europâ ad Africam ꟾↃↃ circiter stadiorum dicunt ab intimo sinûs Gallici recessu: videtur mihi hoc falsò dictum, aut Africam valdè versùs septentrionem inclinare eâ parte, & ad parallelum columnarum se adjungere. Id quoque non benè dicitur, istam perpendicularem prope Sardiniam desinere: non enim vicinior, sed multo occidentalior est [6] iste trajectus quàm sit Sardinia, qui ab ipsâ distat ferè toto mari Ligustico præter Sardoum. Longitudines etiam oræ maritimæ auctæ sunt, quanquam non adeò.

Secundùm hæc Polybius Eratosthenis dicta corrigit, quædam rectè, quædam illo deteriùs dicens. Cùm enim is ab Ithacâ Corcyram usque CCC stadia metiatur, ampliùs ꟾↃCCCC iste ponit: & cùm ab Epidamno Thessalonicam stadia numeret ꟾↃCCCC, corrector plura duobus millibus perhibet: rectè hæc. Sed cùm idem à Massiliâ ad columnas ponat VII CꟾↃ, à Pyrene ꟾↃↃ CꟾↃ, Polybius falsiùs ait à Massiliâ ampliùs esse IX CꟾↃ, à Pyrene paulo-pauciora octo millibus: [7] nam propiora vero Eratosthenes tradit. Qui enim hodie ista tractant, inter eos convenit, si quis itinerum inæqualitates demat, totius Hispaniæ longitudinem à Pyrene usque ad occiduum latus non excedere sex stadiorum millia. Ipse autem Tago fluvio, à fontibus usque ad ostia, octo stadiorum millia assignat: non scilicet

Ut enim rem paucis absolvamus, notat Strabo juxta Eratosthenem sex millia stadiorum interesse à Pyrene ad columnas: juxta Polybium ferè octo millia. Hinc arguit Strabo Polybium à vero magis abesse, cùm ex consensu recentiorum, neglectis itinerum anomaliis, latus occiduum Iberiæ à Pyrene distet vix stad. sex millibus. *Sex millibus* dicimus; & sic scripsisse Strabonem manifestum est, non *octo millibus*, ut ferunt editi. Si enim *octo millibus*, tunc Eratosthenes errasset magis, non Polybius. Optima ergo mss. Regii lectio ἑξακισχιλίων, quam in Græcis pariter ac Latinis restituimus.

[6] *iste trajectus.*] Scilicet, qui juxta perpendicularem porrigitur. Non omnino assecutus erat hujus loci sententiam Xylander.

[7] *nam propiora vero*, &c.] Membrum hoc periodi, quod quidem salvâ sententiâ negligi poterat, Xylander omisit.

γῆς μέχρι τῶν ἐκβολῶν· οὐ δή που τὸ σὺν τοῖς σκολιώμασιν, (οὐ γὰρ γεωγραφικὸν τοῦτο,) ἀλλ' ἐπ' εὐθείας λέγων· καίτοι γε ἀπὸ Πυρήνης αἱ τοῦ Τάγου πηγαὶ πλέον διέχουσιν ἢ χιλίους σταδίους. Πάλιν δὲ τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἀποφαίνεται, ὅτι ἀγνοεῖ τὰ Ἰβηρικὰ ὁ Ἐρατοσθένης, καὶ διότι περὶ αὐτῆς ἔσθ' ὅπου τὰ μαχόμενα ἀποφαίνεται· ὅς γε μέχρι Γαδείρων ὑπὸ Γαλατῶν περιοικεῖσθαι φήσας [c] ἔξωθεν αὐτῆς εἴ γε τὰ πρὸς δύσιν τῆς Εὐρώπης μέχρι Γαδείρων ἔχουσιν ἐκεῖνοι· [f] τούτων ἐκλαθόμενος κατὰ τὴν τῆς Ἰβηρίας περίοδον, τῶν Γαλατῶν οὐδαμοῦ μέμνηται.

Τὸ [g] μῆκος τῆς Εὐρώπης ὅτι ἔλαττόν ἐστι τοῦ συνάμφω τῆς τε Λιβύης καὶ τῆς Ἀσίας ἐκτιθεὶς, οὐκ ὀρθῶς τὴν σύγκρισιν ποιεῖται· τὸ μὲν γὰρ στόμα τὸ κατὰ στήλας φησὶν, ὅτι κατὰ τὴν ἰσημερινὴν δύσιν ἐστὶν, ὁ δὲ Τάναϊς ῥεῖ ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς· ἐλαττοῦται δὴ τοῦ συνάμφω μήκους, τῷ μεταξὺ τῆς θερινῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς ἰσημερινῆς· τοῦτο γὰρ ἡ Ἀσία προλαμβάνει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν τοῦ πρὸς τὰς ἄρκτους ἡμικυκλίου. Χωρὶς γὰρ τοῦ περισκελοῦς ἐν πράγμασιν εὐαποδότοις, καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ, ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς τὸν Τάναϊν ῥεῖν· ἅπαντες γὰρ οἱ ἔμπειροι τῶν τόπων, ἀπὸ τῶν ἄρκτων ῥεῖν φασὶν εἰς τὴν Μαιῶτιν, ὥστε τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὸ τῆς Μαιώτιδος, καὶ αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐφ' ὅσον γνώριμός ἐστιν, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κεῖσθαι.

Οὐκ [h] ἄξιον δὲ λόγου τινὲς εἶπον, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἴστρον τόπων αὐτὸν τὰς ἀρχὰς ἔχειν, καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας· οὐκ ἐνθυμηθέντες ὡς μεταξὺ ὁ Τύρας, καὶ Βορυσθένης καὶ Ὕπανις

[c] ἔξωθεν αὐτῆς.] Locum depravatum judicat Caſaubonus, & legendum cenſet ut in quibuſdam mſſ. τὸ ἔξωθεν αὐτῆς.

[f] τούτων ἐκλαθόμενος.] Veteres editi τούτων οὐκ ἐκλαθόμενος: recentiores τούτων οὖν ἐκλαθόμενος. Caſaubonus ait vel οὖν pro οὐκ legendum eſſe, vel omnino tollendam hanc voculam ut in quibuſdam ſcriptis libris. Nos eam ſuſtulimus, cum deſit in mſ. Regio.

[g] Τὸ μῆκος τῆς Εὐρώπης, &c.] Novæ diſputationis initium, ut monuit Caſaubonus. Hinc conjectat legendum eſſe καὶ τὸ μῆκος δὲ τῆς, &c., quod probamus quidem: ſed libri tum typis excuſi, tum manu exarati, nihil opis ad hanc emendationem ferunt.

[h] ἄξιον.] Mſ. Reg. ἄξιοι. Mſ. à Caſaubono citatus totum locum ſic ſcribit. Οὐκ ἄξιοι δὲ λόγου οἵτινες εἶπον ἀπὸ τῶν, &c. Hanc lectionem Caſaubonus amplectitur.

obliquitatum

obliquitatum habitâ ratione, quod geographicum non est, sed rectam lineam intelligens; atqui fontes Tagi à Pyrene ampliùs CIↃ stadiis absunt. Rursus hoc quoque pronunciat, & quidem verè: Eratosthenem esse rerum Hispanicarum ignarum, [8] atque hinc interdum de hâc regione inter se pugnantia tradere: nimirum qui usque ad Gades in orâ Hispaniam à Gallis incoli dicens (siquidem Galli occidua Europæ usque ad Gades incolunt) horum oblitus, in Hispaniæ describendo circuitu nullam facit Gallorum mentionem.

Idem longitudinem Europæ minorem conjunctim & Africæ & Asiæ longitudine exponens, comparationem non rectè instituit: nam fauces quæ ad columnas sunt, ait esse versùs occasum æquinoctialem, Tanaim autem fluere ab æstivo ortu: utrâque igitur conjunctâ longitudine, minorem esse eo spatio, quod est inter æquinoctialem & æstivum ortum: [9] id enim spatium septentrionalis circuli ad æquinoctialem ortum assumere Asiam. Etenim præterquam quòd in rebus, quæ explicatus habent faciles, se morosum præbet, falsum est Tanaim ab ortu æstivo fluere: quicunque enim locorum periti sunt, eum à septentrione aiunt defluere in Mæotidem: ita ut ostia fluvii, & ostium Mæotidis, [10] ac ipse, quantùm ejus notum est, fluvius, in eodem sint meridiano.

Quidam relatu indigna perhibuerunt, alii cum oriri à locis Istro vicinis, & ab occasu fluere, non animadverso interea loci Tyram, Borysthenem, & Hypanim magna flumina in Pontum defluere, alterum juxta Istrum, alte-

---

[8] *atque hinc interdum*, &c.] Hanc quoque phrasim Xylander in translatione suâ omiserat, unde trunca sententia remanebat.

[9] *id enim spatium*, &c.] Sententiam Polybii eo loco relatam apertè declarare, hîc longioris moræ foret. Id facimus in pleniori commentario ad Strabonem Gallicum.

[10] *ac ipse, quantùm ejus notum est, fluvius*, &c.] Strabo fallitur. Tanais, postquam ad meridiem fluxit, flectitur, 1°. versùs orientem; 2°. iterum versùs meridiem; 3°. revertitur ad occasum, & Mæotim paludem intrat ad partem orientalem.

μεγάλοι ποταμοὶ ῥέουσιν εἰς τὸν Πόντον· ὁ μὲν τῷ Ἴστρῳ παράλληλος, ὁ δὲ τῷ Τανάϊδι· οὔτε δὲ τοῦ Τύρα τῶν πηγῶν κατωπτευμένων, οὐδὲ τοῦ Βορυσθένους, οὐδὲ τοῦ Ὑπάνιος, πολὺ ἂν εἴη ἀγνωστότερα τὰ ἐκείνων ἀρκτικώτερα· ὥσθ' ὁ δι' ἐκείνων ἄγων ἐπὶ τὴν Μαιῶτιν τὸν Τάναϊν, εἶτ' ἐπιστρέφων εἰς αὐτὴν, (αἱ γὰρ ἐκβολαὶ φανερῶς ἐν τοῖς προσαρκτίοις μέρεσι τῆς λίμνης δείκνυνται, καὶ τούτοις ἑωθινωτάτοις) πλαστὸς ἄν τις εἴη καὶ ἀπέραντος λόγος. Ὡς δ' αὕτως ἀπέραντος καὶ ὁ διὰ τοῦ Καυκάσου πρὸς ἄρκτον φήσας ῥεῖν, εἶτ' ἐπιστρέφειν εἰς τὴν Μαιῶτιν· εἴρηται γὰρ καὶ τοῦτο. Ἀπὸ μέντοι τῆς ἀνατολῆς οὐδεὶς εἴρηκε τὴν ῥύσιν· καὶ γὰρ εἰ ἔῤῥει οὕτως, οὐκ ἂν ὑπεναντίως τῷ Νείλῳ, καὶ τρόπον τινὰ κατὰ διάμετρον ῥεῖν αὐτὸν ἀπεφαίνοντο οἱ χαριέστεροι, ὡς ἂν ἐπὶ [i] ταυτοῦ μεσημβρινοῦ παρακειμένης τινὸς τῆς ῥύσεως οὔσης ἑκατέρῳ ποταμῷ.

Ἥ τε τοῦ μήκους τῆς οἰκουμένης μέτρησις, κατὰ παραλλήλου τῷ ἰσημερινῷ ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ ἐπὶ μῆκος οὕτως ἐκτέταται· ὥστε καὶ τῶν ἠπείρων ἑκάστης οὕτω [k] δεῖ λαμβάνειν τὸ μῆκος μεταξὺ μεσημβρινῶν δυοῖν κείμενον. Τά τε μέτρα τῶν μήκων σταδιασμοί εἰσιν, οὓς θηρεύομεν, ἢ δι' αὐτῶν ἐκείνων ἰόντες, ἢ τῶν παραλλήλων ὁδῶν, ἢ πόρων. Ὁ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν τρόπον, καινὸν εἰσάγει τὸ μεταξὺ τῆς τε θερινῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς ἰσημερινῆς, τμήματι τοῦ ἀρκτικοῦ ἡμικυκλίου. Πρὸς δὲ τὰ ἀμετάπτωτα, οὐδεὶς κανόσι καὶ μέτροις χρῆται τοῖς μεταπτώτοις, οὐδὲ τοῖς κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην σχέσιν λεγομένοις πρὸς τὰ καθ' αὑτὰ, καὶ διαφορὰν οὐκ ἔχοντα. Τὸ μὲν οὖν μῆκος ἀμετάπτωτον, καὶ καθ' αὑτὸ λέγεται· ἀνατολὴ δ' ἰσημερινὴ καὶ δύσις, ὡς δ' αὕτως χειμερινή τε καὶ θερινὴ, οὐ καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς· ἡμῶν δ' ἄλλοτ' ἄλλῃ μεταχωρούντων, ἄλλοτ' ἄλλοι τόποι καὶ δύσεων εἰσὶ, καὶ ἀνατολῶν ἰσημερινῶν τε καὶ τροπικῶν· τὸ δὲ μῆ-

[i] ταὐτοῦ.] Vulgò τὰ τοῦ, quod rectè emendat Casaubonus ex veteribus libris.

[k] δεῖ.] Editi omnes δή. Regius codex melius δεῖ.

[11] *quod & ipsum dicitur à nonnullis.*] Inter quos Theophanes Mitylenæus histo-

rum juxta Tanaim, æqualibus ſpatiis meantes. Et cùm neque Tyræ fontes viſi ſint, neque Boryſthenis, neque Hypanis, multo magis ignota erunt quæ ſunt his ſeptentrionaliora: adeò ut quæ per eos Tanaim ad Mæotidem deducit, hunc deinde ad eam flectens (nam oſtia perſpicuè in ſeptentrionalibus paludis partibus monſtrantur, iiſque maximè orientalibus) falſa eſt quædam, & inepta ratio. Non minùs ineptum & hoc eſt [11] quod & ipſum dicitur à nonnullis, Tanaim per Caucaſum labi versùs ſeptentrionem, inde ad Mæotidem reverti. Ab ortu quidem nemo eum fluere dixit: hâc enim ratione non adverſus Nilo iret, & quodam modo è regione ad lineam, quod de eo elegantiores auctores affirmant, ut quaſi in eodem meridiano utriuſque fluminis defluxus intelligeretur.

Præterea longitudinis terræ habitatæ menſura concipitur in lineâ, quæ æquinoctialis eſt parallelus, ipsâ terrâ in longum hoc modo porrectâ: quare etiam ſingularum continentis partium longitudo ſic eſt ſumenda, ſita inter duos meridianos: & menſuræ longitudinum ſunt ſtadiorum certi numeri deſcriptiones, quas venamur, vel ipſas longitudines peragrando, vel parallela earum itinera atque trajectus. At ille hoc omiſſo modo, novum introducit, inter ortum æſtivum & æquinoctialem, adſcito ſemicirculi ſeptentrionalis ſegmento. Atqui ad res immutabiles nemo normas & menſuras adhibuerit mutabiles, neque iis quæ ſubinde aliter aliterque habere poſſunt, utatur in iis tractandis quæ per ſe ſunt, neque varietatem admittunt. Cæterùm longitudo immutabilis eſt, ac per ſe intelligitur: contrà æquinoctialis ortus & interitus, itemque hybernus & æſtivus, non per ſe, ſed noſtri reſpectu: & nobis hinc inde proficiſcentibus, aliàs alio loco ortibus occaſibuſque cùm æquinoctialibus tum tropicis obtingunt, manente eâdem ſemper terræ habi-

ricus, & Dionyſius Periegetes. Vide Strabonem, lib. XI, & ipſum Dion. Perieg., verſu 660, & ſeqq.

χος μὲν ταὐτὸν τῆς ἠπείρου. Τάναϊν μὲν οὖν καὶ Νεῖλον οὐκ ἄτοπον πέρας ποιεῖσθαι, θερινὴν δ' ἀνατολὴν ἢ ἰσημερινὴν καινόν.

Προπεπτωκυίας δὲ τῆς Εὐρώπης ἄκραις πλείοσι, βέλτιον μὲν οὗτος εἴρηκεν Ἐρατοσθένους περὶ αὐτῶν, οὔπω δὲ ἱκανῶς. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τρεῖς ἔφη· τὴν ἐπὶ τὰς στήλας καθήκουσαν, ἐφ' ἧς ἡ Ἰβηρία· καὶ τὴν ἐπὶ τὸν πορθμὸν, ἐφ' ἧς ἡ Ἰταλία· καὶ τρίτην τὴν κατὰ Μαλέας, ἐφ' ἧς τὰ μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου, καὶ τοῦ Εὐξείνου, πάντ' ἔθνη, καὶ τοῦ Ταναΐδος. Οὗτος δὲ τὰς μὲν δύο τὰς πρώτας ὁμοίως ἐκτίθεται· τρίτην δὲ τὴν κατὰ Μαλέαν, καὶ Σούνιον ἐφ' ἧς ἡ Ἑλλὰς πᾶσα καὶ ἡ Ἰλλυρὶς καὶ τῆς Θρᾴκης τινά· τετάρτην δὲ τὴν κατὰ τὴν Θρᾳκίαν χερρόνησον, ἐφ' ἧς τὰ κατὰ τὴν Σηστὸν καὶ Ἄβυδον στενά· ἔχουσι δ' αὐτὴν Θρᾷκες· πέμπτην δὲ τὴν κατὰ τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον καὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος.

Τὰς μὲν οὖν δύο τὰς πρώτας δοτέον (ἁπλοῖς γάρ τισι [l] περιλαμβάνονται κόλποις) ἡ μὲν τῷ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου [m] ἐν ᾧ τὰ Γάδειρα· καὶ τῷ μεταξὺ στηλῶν, καὶ τῆς Σικελίας πελάγει· ἡ δὲ τούτῳ τε καὶ τῷ Ἀδρίᾳ· καίτοι ἥ γε τῶν Ἰαπύγων ἄκρα παρεμπίπτουσα, καὶ τὴν Ἰταλίαν δικόρυφον ποιοῦσα ἔχει τινὰ ἀντέμφασιν· αἱ λοιπαὶ δ' ἔτι ἐναργέστερον ποικίλαι καὶ πολυμερεῖς οὖσαι, ζητοῦσιν ἄλλην διαίρεσιν. Ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ ἡ εἰς ἓξ διαίρεσις τὴν ὁμοίαν ἔνστασιν ἀκολούθως ταῖς ἄκραις διειλημμένη. Ποιησόμεθα δ' ἡμεῖς ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τὴν προσήκουσαν ἐπανόρθωσιν καὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἔν τε τῇ Εὐρώπῃ διημάρτηται, καὶ ἐν τῇ τῆς Λιβύης περιοδίᾳ. Νῦν δ' ἀρκέσει ταῦτα λεχθέντα πρὸς τοὺς πρὸ ἡμῶν, ὅσους ᾠήθημεν ἱκανοὺς εἶναι παρατεθέντας ἐκμαρτυρεῖν ἡμῖν, ὅτι δικαίως προειλόμεθα καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔργον, τοσαύτης ἐπανορθώσεως καὶ προσθήκης δεόμενον.

---

[l] περιλαμβάνονται.] Ms. Regius διαλαμβάνονται.

[m] ἐν ᾧ τὰ Γάδειρα.] Legitur in vet. editis & in ms. Regio, ἐν ᾗ τὰ Γάδειρα: quod non probamus. Gades enim, ut pote insula, in sinu jacent, non in promontorio.

tatæ longitudine. Quare Tanain & Nilum pro terminis ponere absurdum non est, æstivum autem vel æquinoctialem ortum, insolens.

At enim cùm Europa pluribus procurrat promontoriis, Polybius de his rectiùs quàm Eratosthenes, non tamen quantum sufficeret, dixit. Eratosthenes enim tria retulit, unum quod ad columnas pertinet, in quo sita est Hispania : secundum ad fretum, in quo Italia : tertium ad Maleam, in quo omnes gentes incolant quæ sunt inter Adriam, Euxinum mare, & Tanaim. Polybius autem duo quidem priora eodem modo refert : tertium autem, [12] ad Maleam & Sunium, in quo Græcia universa, Illyricum, & quædam Thraciæ partes : quartum peninsulam Thraciæ contiguam ad quam sunt fauces inter Sestum & Abydum : obtinetur autem à Thracibus : quintum ad Cimmerium Bosporum & os Mæotidis.

Horum duo quidem prima concedenda sunt (simplicibus enim quibusdam includuntur sinubus) primum eo qui est inter Calpen & Sacrum promontorium, in quo sinu Gades sunt, tum pelago, quod est inter columnas & Siciliam : secundum hoc ipso, & [13] Adriâ, quamvis Iapygium promontorium intercidens, & Italiæ verticem in duos secans quasi mucrones, nonnihil videtur refragari : reliqua cùm manifestò varia sint, multisque partibus divulsa, aliam requirunt distinctionem. Eodem modo habet & divisio in sex portiones, eidem cui promontoria reprehensioni, ut consectarium est, obnoxia. Nos autem singula persequentes, suis locis & hæc corrigemus, & quæ alia ab illo sunt in Europæ Africæque descriptione errata. In præsentiâ nobis sufficiet hæc dixisse adversùm eos qui ante nos fuerunt, quibus productis arbitrati sumus contentos nos posse esse ad testificandum, rectè nos quoque opus hoc suscepisse, tantâ correctione & additione indigens.

---

12 *ad Maleam & Sunium.*] Verba hæc omissa fuerant à Xylandro.
13 *Adriâ.*] Id est Adriatico sinu.

ΚΕΦ. Δ.

Ἐπὶ τέλει ἔκθεσις σύντομος, καὶ τρόπον τινὰ σύνοψις τῆς ὅλης πραγματείας, τουτέστι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς πρὸς ἐκείνους λόγοις συνεχής ἐστιν ἡ ἐγχείρησις τῆς ἡμετέρας ὑποσχέσεως, λαβόντες ἀρχὴν ἑτέραν λέγομεν, ὅτι δεῖ τὸν χωρογραφεῖν ἐπιχειροῦντα, πολλὰ τῶν φυσικῶς τε καὶ μαθηματικῶς λεγομένων ὑποθέσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιάν τε καὶ πίστιν τὰ ἑξῆς πραγματεύεσθαι. Εἴρηται γὰρ ὅτι οὐδ' οἰκοδόμος, οὐδ' ἀρχιτέκτων οἰκίαν ἢ πόλιν ἱδρύσαι καλῶς οἷός τε γένοιτ' ἄν, ἀπρονοήτως ἔχων κλιμάτων τε τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ σχημάτων τε καὶ μεγεθῶν καὶ θάλπους καὶ ψύχους, καὶ ἄλλων τοιούτων· μή τι γε τὴν ὅλην οἰκουμένην τοποθετῶν. Αὐτὸ γὰρ τὸ εἰς ἐπίπεδον γράφειν ἐπιφάνειαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, τά τε Ἰβηρικὰ, καὶ τὰ Ἰνδικὰ, καὶ τὰ μέσα τούτων, καὶ μηδὲν ἧττον δύσεις καὶ ἀνατολὰς ἀφορίζειν, καὶ μεσουρανήσεις, ὡς ἂν κοινὰς πᾶσι· τῷ μὲν προεπινοήσαντι τὴν τοῦ οὐρανοῦ διάθεσίν τε καὶ κίνησιν, καὶ λαβόντι ὅτι σφαιρικὴ μέν ἐστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν τῆς γῆς ἐπιφάνεια, πλάττεται δὲ νῦν ἐπίπεδος πρὸς τὴν ὄψιν, γεωγραφικὴν ἔχει τὴν παράδοσιν· τῷ δ' ἄλλως, οὐ γεωγραφικήν. Οὐ γὰρ ὥσπερ διὰ πεδίων ἰοῦσι μεγάλων, οἷον τῶν Βαβυλωνίων, ἢ διὰ πελάγους, παρίσταται τὰ πρόσω πάντα, καὶ τὰ κατόπιν καὶ ἐκ πλαγίων ἐπίπεδα, καὶ οὐδεμίαν ἀντέμφασιν παρέχει πρὸς τὰ οὐράνια, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου κινήσεις καὶ σχέσεις πρὸς ἡμᾶς καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων· οὕτω καὶ γεωγραφοῦσιν ἀεὶ δεῖ παρίστασθαι τὰ ὅμοια. Ὁ μὲν γὰρ πελαγίζων, καὶ ὁδεύων διὰ χώρας πεδιάδος, κοι-

---

[14] *Dictum est enim.*] Vide suprà, l. 1, p. 27.

[15] *id quidem ab eo, &c.*] Totum hunc locum præter auctoris mentem interpretatum esse Xylandrum Casaubonus monet, cum Xylander accepe-

CAPUT IV.

Brevis demum expoſitio, & quodammodo ſynopſis totius operis, hoc eſt geógraphicæ cognitionis. *De principiis geographiæ. De terræ habitabilis diviſione, dimenſione, ac variâ ejus deſcribendæ ratione.*

QUONIAM verò iis, quæ contra illos diſputavimus, continuò apponenda eſt noſtri promiſſi aggreſſio : alio ſumpto exordio dicimus, eum qui regiones deſcribere animum induxerit, eorum quæ phyſicè & mathematicè dicuntur, multa pro veris ſumere atque ponere debere, & ad eorum ſententiam atque fidem reliqua tractando accommodare. [14] Dictum eſt enim, neque ædificatorem neque architectum poſſe urbem domumve rectè conſtituere, qui non priùs de cœleſtibus inclinationibus, figuris, magnitudinibus, frigore, caloreque & aliis id genus rebus rationes ſubduxerit : nedum res abſque horum prænotione ſucceſſura ſit ei, qui totius terræ habitatæ locorum deſcriptionem inſtituit. Hoc ipſum enim in unam eandemque ſuperficiem deſcribere Hiſpaniam, Indiam, atque in medio horum quæ jacent, nihiloque tamen minùs definire ortus, occaſus, & appulſus ad medium cœlum, utpote omnibus communes : [15] id quidem ab eo, qui cœli conſtitutionem ac motum animo anticipavit, intelligitque re ipsâ ſuperficiem terræ eſſe globoſam, nunc autem viſûs gratiâ planam fingi, præſtari poteſt geographicè : non item ab eo, qui aliâ viâ rem tentet. Non enim quemadmodum per magnos ambulantibus campos, quales ſunt Babylonii, aut altum navigantibus, omnia quæ ante ac poſt eos ſunt vel ex obliquo ſita, plana videntur, nullamque offerunt diverſitatem apparitionis rerum cœleſtium, motuumque ſolis & reſpectuum ad nos

rit de eo qui docet geographiam, quæ ad ejus auditorem potiùs pertinere videntur.

νῆς τισὶ φαντασίαις ἄγεται, καθ' ἃς καὶ ὁ ἀπαίδευτος καὶ ὁ πολιτικὸς ἐνεργεῖ ταῦτα, ἄπειρος ὢν τῶν οὐρανίων, καὶ τὰς πρὸς ταύτας ἀντεμφάσεις ἀγνοῶν· ἀνατέλλοντα μὲν γὰρ ὁρᾷ τὸν ἥλιον καὶ δύνοντα καὶ μεσουρανοῦντα· τίνα δὲ τρόπον, οὐκ ἐπισκοπεῖ· οὐδὲ γὰρ χρήσιμον αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ παράλληλον ἑστάναι τῷ παρεστῶτι ἢ μή· τάχα δ' [n] ἐπισκοποῖ μὲν ἄν τις, δόξει δ' ἐν τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις, καθάπερ οἱ ἐπιχώριοι· ἔχει γὰρ ὁ τόπος τοιαῦτα παραπτώματα. Ὁ δὲ γεωγραφικὸς οὐκ ἐπιχωρίῳ γεωγραφεῖ, οὐδὲ πολιτικῷ τοιούτῳ, ὅστις μηδὲν ἐφρόντισε τῶν λεγομένων ἰδίως μαθημάτων· οὐδὲ γὰρ θεριστῇ καὶ σκαπανεῖ, ἀλλὰ τῷ πεισθῆναι δυναμένῳ τὴν γῆν ἔχειν οὕτω τὴν ὅλην, ὡς οἱ μαθηματικοί φασι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην· κελεύει τε τοῖς προσιοῦσιν, ἐκεῖνα προενθυμηθεῖσι τὰ ἑξῆς ἐφορᾶν· ἐκείνοις γὰρ τὰ ἀκόλουθα ἐρεῖν, ὥστε μᾶλλον ποιήσασθαι τῶν παραδιδομένων ἀσφαλῆ τὴν χρῆσιν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἂν ἀκούσωσι μαθηματικῶς· τοῖς δ' ἄλλως ἔχουσιν, οὔ φησι γεωγραφεῖν.

Τὸν δὲ μὴν γεωγραφοῦντα [o] πιστεῦσαι δὴ περὶ τῶν ἐχόντων αὐτῷ τάξιν ἀρχῆς, τοῖς ἀναμετρήσασι τὴν ὅλην γῆν γεωμέτραις, τούτους δὲ τοῖς ἀστρονομικοῖς, ἐκείνους δὲ τοῖς φυσικοῖς. Ἡ δὲ φυσικὴ ἀρετή τις· τὰς δ' ἀρετὰς ἀνυποθέτους φασὶν ἐξ αὐτῶν ἠρτημένας, καὶ ἐν αὐταῖς ἐχούσας τάς τε ἀρχάς, καὶ τὰς περὶ πάντων πίστεις. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν φυσικῶν δεικνύμενα τοιαῦτά ἐστι· σφαιροειδὴς μὲν ὁ κόσμος, καὶ ὁ οὐρανός· ἡ ῥοπὴ δ' ἐπὶ τὸ μέσον τῶν βαρέων· περὶ τοῦτο τε συνεστῶσα ἡ γῆ σφαιροειδῶς, ὁμόκεντρος μὲν τῷ οὐρανῷ μένει, καὶ αὐτὴ

[n] ἐπισκοποῖ.] Sic mſ. Regius. Vulgò ἐπισκοπεῖ μὲν ἄν τι.

[o] πιστεῦσαι δή.] Ita reſtituimus ex mſ. Regio. Vulgò πιστεῦσαι δεῖ.

16 *non, inquam, ſemper eodem modo hæc apparere debent.*] Minùs accuratè interpretatur Xylander, *non, inquam, eodem modo geographus ſemper debet uti.*

vel

vel reliqua ſidera: [16] non (inquam) ſemper eodem modo hæc apparere debent geographis. Qui enim per altum vehitur, aut per campeſtria iter facit, is communibus quibuſdam utitur viſis, quæ ſecuti & ineruditus & civilis homo eodem modo agunt, ignarus uterque rerum cœleſtium, & quæ his viſis repugnant apparentiæ inſcius: cernit enim ſolem oriri, ad medium cœli evehi, & occidere: quo modo ea fiant, non conſiderat, cùm id ei ad propoſitum nihil conducat ſuum, ſicut ne hoc quidem utrùm cum adſtante parallelus ſit necne: atque ut fortaſſis aliquid conſideret, tamen de rebus mathematicis eam ſequetur ſententiam, quæ eſt ejus loci incolarum: [17] talia enim habet locus incidentia. Geographus verò ſuas deſcriptiones non incolæ loci accommodat, aut tali civili viro, qui nihil curet ea, quæ propriè dicuntur mathemata. Non enim foſſori ſcribit, aut meſſori, ſed ei cui poſſit perſuaderi totius terræ eam eſſe, qualem tradunt mathematici, conditionem, & reliqua ad propoſitum hoc pertinentia: jubetque eos, qui accedunt ad ſe, iſtis hypotheſibus conſideratis, reliqua animadvertere, quæ iſtis conſequentia ſit dicturus: ut auditores eo tutiùs iis quæ traduntur, uti poſſint, ſi mathematicè audiunt: aliter affectis ſe geographiam tradere negat.

Enimvero terræ deſcriptionem moliens, de iis, quæ principii locum obtinent, geometris credat neceſſe eſt, totam dimenſis terram: geometræ aſtronomis fidem habeant oportet, hique phyſicis. Porrò autem phyſica, virtus quædam eſt, ſive perfectio: quod genus cognitionis aiunt hypotheſibus aliunde pendentibus carere, aptum ex ſe, & in ſeipſo habens principia, & ea quibus fidem ſuis propoſitis conciliet. At phyſico demonſtrata ferè hæc ſumit geographus: mundum eſſe globi formâ, iti-

---

[17] *talia enim habet*, &c.] Hoc periodi comma prætermiſſum à Xylandro è verbo ad verbum expreſſimus; hæc autem omnia nonnihil habent obſcuri, quibus, ſicut operæ pretium foret, elucidandis, impares nos fatemur.

καὶ ὁ δι' αὐτῆς ἄξων καὶ τοῦ οὐρανοῦ μέσου τεταμένος· ὁ δ' οὐρανὸς περιφέρεται περί τε αὐτὴν, καὶ περὶ τὸν ἄξονα ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν· σὺν αὐτῷ δὲ οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες ὁμοταχεῖς [p] τῷ ὅλῳ· οἱ μὲν οὖν ἀπλανεῖς ἀστέρες κατὰ παραλλήλων φέρονται κύκλων· παράλληλοι δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι ὅ, τε ἰσημερινὸς καὶ οἱ τροπικοὶ δύο, καὶ οἱ ἀρκτικοί· οἱ δὲ πλάνητες ἀστέρες, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, κατὰ λοξῶν τινῶν τῶν τεταμένων ἐν τῷ ζῳδιακῷ. Τούτοις δὲ πιστεύσαντες ἢ πᾶσιν ἢ τισὶν, οἱ ἀστρονομικοὶ τὰ ἑξῆς πραγματεύονται, κινήσεις, καὶ περιόδους, καὶ ἐκλείψεις, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστάσεις, καὶ ἄλλα μυρία· ὡς δ' αὔτως οἱ τὴν γῆν ὅλην ἀναμετροῦντες γεωμέτραι [q] προστίθενται ταῖς τῶν φυσικῶν καὶ τῶν ἀστρονομικῶν δόξαις, ταῖς δὲ τῶν γεωμετρῶν πάλιν οἱ γεωγράφοι.

Πενταζώνον μὲν γὰρ ὑποθέσθαι δεῖ τὸν οὐρανὸν, πενταζώνον δὲ τὴν γῆν, ὁμωνύμους δὲ καὶ τὰς ζώνας τὰς κάτω ταῖς ἄνω· τὰς δ' αἰτίας εἰρήκαμεν τῆς εἰς τὰς ζώνας διαιρέσεως. Διορίζοιντο δ' ἂν αἱ ζῶναι κύκλοις παραλλήλοις τῷ ἰσημερινῷ γραφομένοις ἑκατέρωθεν αὐτοῦ· δυσὶ μὲν τοῖς ἀπολαμβάνουσι τὴν διακεκαυμένην· δυσὶ δὲ τοῖς μετὰ τούτους, οἳ πρὸς μὲν τῇ διακεκαυμένῃ τὰς εὐκράτους δύο ποιοῦσι, πρὸς δὲ ταῖς εὐκράτοις τὰς κατεψυγμένας. Ὑποπίπτει δ' ἑκάστῳ τῶν οὐρανίων κύκλων, ὁ ἐπὶ γῆς ὁμώνυμος αὐτῷ, καὶ ἡ ζώνη δὲ ὡσαύτως τῇ ζώνῃ. Εὐκράτους μὲν οὖν φασὶ, τὰς οἰκεῖσθαι δυναμένας· ἀοικήτους δὲ, τὰς ἄλλας, τὴν μὲν διὰ καῦμα, τὰς δὲ διὰ ψῦχος· τὸ δ'

---

p τῷ ὅλῳ.] Editi omnes, & scripti plurimi, ferunt τῷ πόλῳ. Rectiùs scripti quidam, Casaubono teste, τῷ ὅλῳ.

q προστίθενται ταῖς, &c.] Editi omnes προστίθενται τὰς τῶν ἀστρονομικῶν καὶ τῶν φυσικῶν δόξας, τὰς δὲ, &c. Locum scripsimus ut eum exhibet Regius codex. De levi transpositione vocum φυσικῶν & ἀστρονομικῶν, quæstionem non movebimus. Id verò notabimus: verbum προστίθενται eo sensu quo hìc usurpatur, maximè construi cum dativo: quod lectionem mſ. Regii tuetur. Exempla suppeditabunt lexicographi, quæ hìc congerere animus non est.

---

18 *pari celeritate ac cælum ipsum totum.*] Id sanè sermonis series postulat, & sensum hunc exhibet lectio quam restituimus. Xylander interpretabatur, *iisdem semper à polo intervallis*, deceptus pravâ lectione τῷ πόλῳ, pro τῷ ὅλῳ. Vide suprà not. p.

19 *& de arcticis, in iis regionibus quæ*

demque cœlum : gravia ad medium ferri : circa hoc terram conſtitutam eſſe globi in morem, idemque cum cœlo habere centrum, ſicut & axem per ipſam mediam ac cœlum medium productum : cœlum circa terram & axem circumagi ab ortu ad occaſum, cumque eo etiam fixas ſtellas, [18] pari celeritate ac cœlum ipſum totum : atque has inerrantes ſtellas, parallelos ſuâ converſione deſcribere circulos : quorum notiſſimi ſunt æquinoctialis, duo tropici, & arctici : errantes autem ſeu vagas ſtellas, ſolemque, & lunam obliquis ferri circuitibus, qui in zodiaco deſcribantur. His fidem adhibentes, aut omnibus, aut parti eorum, aſtronomi reliqua pertractant de motibus, revolutionibus, defectibus, magnitudine, intervallis, aliiſque ſexcentis. Similiter geometræ totam dimetientes terram aſſumunt aſtronomorum & phyſicorum decreta : rurſumque geometrarum, geographi.

Ponendum eſt enim cœlum quinque zonis eſſe diſtinctum, itemque terram : & ſuperiores zonas inferiorum eſſe cognomines : cauſas hujus diſtinctionis demonſtravimus. Diſtingui autem poſſint zonæ circulis æquinoctiali parallelis, & ab utrâque ejus parte deſcriptis, quorum duo torridam includant zonam : duobus aliis & his ipſis temperatæ, & ponè eas frigidæ. Subjacet autem cuivis cœleſti circulo, terreſtris cùm circulus circulo, tum zonæ zona. Temperatas vocant eas quæ habitari poſſunt, reliquas inhabitatas, unam ob æſtum, duas propter frigus : eodem modo etiam de tropicis conſtituunt, [19] & de arcticis, in iis regionibus quæ circulos admittunt arcticos, circulos hoſ-

---

circulos admittunt arcticos.] Notamus ad Græca (infrà not. [1].) verborum trajectionem quæ locum hunc omnino turbaverat, & quâ ſublatâ, nihil obſcuri remanet. Nam juxta veterum de arcticis doctrinam, arctici erant ii circuli qui limitem ſignabant ortûs & occaſûs aſtrorum. Variabant ergo circuli ejus modi, eo ampliores quo major erat locorum latitudo : in ſphærâ autem rectâ prorſus nulli. Rectè igitur Strabo, cum de arcticis ait circulis, addit ſe id intelligere de regionibus iis quæ circulos arcticos admittunt. De his autem circulis ſuprà diximus, ad init. libri 1, p. 11, not. 4.

αὐτὸν τρόπον καὶ [r] περὶ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν, παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ, διορίζουσιν, ὁμωνύμους τοῖς ἄνω τοὺς ἐπὶ γῆς ποιοῦντες, καὶ τοὺς ἑκάστοις ὑποπίπτοντας· τοῦ δ' ἰσημερινοῦ δίχα τέμνοντος τὸν ὅλον οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, ἀνάγκη διαιρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἰσημερινοῦ· καλεῖται δὲ τῶν ἡμισφαιρίων ἑκάτερον [s] τῶν τε οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον· οὕτως δὲ καὶ τῆς διακεκαυμένης, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κύκλου δίχα διαιρουμένης, τὸ μὲν ἐστι βόρειον αὐτῆς μέρος, τὸ δὲ νότιον· δῆλον δ' ὅτι καὶ τῶν εὐκράτων ζωνῶν ἡ μὲν ἐστι βόρειος, ἡ δὲ νότιος ὁμωνύμως τῷ ἡμισφαιρίῳ ἐν ᾧ ἐστι· καλεῖται δὲ βόρειον μὲν ἡμισφαίριον, τὸ τὴν εὔκρατον ἐκείνην περιέχον, ἐν ᾗ ἐπὶ τὴν δύσιν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς βλέποντι, ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ὁ πόλος, ἐν ἀριστερᾷ δ' ὁ ἰσημερινὸς· ἢ ἐν ᾧ πρὸς μεσημβρίαν βλέπουσιν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἐστι δύσις, ἐν ἀριστερᾷ ἀνατολή· νότιον δὲ τὸ ἐναντίως ἔχον· ὥστε δῆλον ὅτι ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν θατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων· [t] καὶ τῷ βορείῳ γε· ἐν ἀμφοτέροις δ' οὐχ οἷόν τε· μέσον γὰρ [u] μεγάλοι ποταμοὶ ὠκεανὸς μὲν πρῶτα, ἔπειτα ἡ διακεκαυμένη· οὔτε δὲ ὠκεανὸς ἐν μέσῳ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐστὶ τέμνων ὅλην· οὔτ' οὖν διακεκαυμένον χωρίον· οὐδὲ δὴ μέρος αὐτῆς εὑρίσκεται τοῖς κλίμασιν ὑπεναντίως ἔχον τοῖς λεχθεῖσιν ἐν τῇ βορείῳ εὐκράτῳ.

Λαβὼν οὖν ταῦθ' ὁ γεωμέτρης, προσχρησάμενος τοῖς γνωμονικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπὸ τοῦ ἀστρονομικοῦ δεικνυμένοις, ἐν οἷς οἵ τε παράλληλοι τῷ ἰσημερινῷ εὑρίσκονται οἱ καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν, καὶ οἱ πρὸς ὀρθὰς τέμνοντες τούτους, γραφόμενοι δὲ διὰ τῶν πόλων, καταμετρεῖ τὴν μὲν οἰκήσιμον ἐμβατεύων, τὴν δ' ἄλλην ἐκ τοῦ λόγου τῶν ἀποστάσεων· οὕτω δ' ἂν εὑρίσκοι

---

[r] περὶ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν.] Trajectio in his verbis ita locum obscuraverat ut ab ejus sententiâ Xylander procul aberraverit. Legebat scilicet περὶ τῶν ἀρκτικῶν καὶ τῶν τροπικῶν. Translata verba Casaubonus ad ordinem vocaverat ex veteribus libris, quibus vetus interpres suffragatur. Lectionem Casauboni recepimus in contextu, cùm & eam vindicet codex Regius, & sententia ipsa sic legere imperet. Vide suprà, not. 19, ad Lat.

te ejusdem nominis facientes atque eos qui in cœlis sunt, iisque singulis suppositos. Cùm autem æquator cœlum in duas æquales partes dividat, necesse est terram quoque à suo æquatore eundem in modum dividi: vocatur autem hemisphæriorum & cœlestium & terrestrium alterum septentrionale, alterum meridionale: itemque torridæ ab eodem circulo in duas divisæ partes altera septentrionalis dicitur, altera meridionalis, & in promptu est, temperatarum zonarum utramque ab hemisphærio suo denominari, alteram septentrionalem, meridionalem alteram. Septentrionale porrò hemisphærium id vocatur, quod zonam temperatam eam continet, in quâ si ab ortu ad occasum spectes, ad dextram polus est, ad sinistram æquator: aut in quo versùs meridiem intuenti ad dextram occasus est, ad sinistram ortus: meridionale contraria omnia habet. Liquet ergo, nos in altero hemisphæriorum esse, videlicet septentrionali: non enim possumus in utroque esse. In medio enim magni fluvii sunt, & oceanus, deinde zona torrida. Neque verò oceanus in medio est nostræ habitatæ terræ, totam eam abscindens, neque regio adusta, neque pars ejus invenitur contrario modo sese habens climatibus iis quæ in boreali dicuntur temperatâ.

Hæc sumens geometra, & adhibens gnomonica, aliaque ab astronomo demonstrata, quibus in unâ quâvis regione reperiuntur paralleli æquinoctiali, & hos ad angulos rectos qui secant per polos ducti, dimetitur habitatam terram peragrans, & non habitatam ratione intervallorum: atque hoc modo indagare potest quantum spatii sit ab æquinoctiali ad polum, quod est quadrans maximi eorum qui in terrâ describuntur, circuli: quo cognito,

---

[s] τῶν τι ὑρανίων.] Sic legimus ex mss. Mediceo & Regio: vulgò τῶν ὑρανίων.

[t] καὶ τῷ βορείῳ γε.] Ita Regius codex. Editi καὶ βορείῳ γε.

[u] μεγάλοι ποταμοί.] Lectio hæc nobis valdè displicet. Neque enim hîc agitur de fluviis, sed de satis magnâ totius terræ parte, quam juxta Strabonem zona torrida occupat, & oceanus. Quid si legeretur μεγάλοι τινὲς τόμοι; *magna intervalla?* Id quidem nobis arridet quam maximè, atque ita libentes emendaremus; sed prurientem manum cohibet editorum & mss. consensus in vocem ποταμοὶ, quam ideò in contextu retinuimus.

πόσον ἂν εἴη τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι πόλου, ὅπερ ἐστὶ τεταρτημόριον τοῦ μεγίστου κύκλου τῆς γῆς· ἔχων δὲ τοῦτο, ἔχει καὶ τὸ τετραπλάσιον αὐτοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ περίμετρος τῆς γῆς. Ὥσπερ οὖν ὁ μὲν τὴν γῆν ἀναμετρῶν, παρὰ τοῦ ἀστρονομοῦντος ἔλαβε τὰς ἀρχὰς, ὁ δὲ ἀστρονόμος παρὰ τοῦ φυσικοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ τὸν γεωγράφον παρὰ τοῦ ἀναμεμετρηκότος ὅλην τὴν γῆν ὁρμηθέντα, πιστεύσαντα τούτῳ, καὶ οἷς ἐπίστευσεν οὗτος, πρῶτον μὲν ἐκθέσθαι τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην πόση τις, καὶ ποία τὸ σχῆμα, καὶ τὴν φύσιν οἵα ἐστὶ, καὶ πῶς ἔχουσα πρὸς τὴν ὅλην γῆν· ἴδιον γὰρ τοῦτο τοῦ γεωγράφου· ἔπειτα περὶ τῶν καθ' ἕκαστα, τῶν τε κατὰ γῆν καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ποιήσασθαι τὸν προσήκοντα λόγον· παρασημαινόμενον ˣ ὅσα μὴ ἱκανῶς εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν, τοῖς μάλιστα πεπιστευμένοις ἀρίστοις γεγονέναι περὶ ταῦτα.

Ὑποκείσθω δὴ σφαιροειδὴς ἡ γῆ, σὺν τῇ θαλάττῃ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἴσχουσα τοῖς πελάγεσι· συγκρύπτοιτο γὰρ ἂν τὸ ἐξέχον τῆς γῆς ἐν τῷ τοσούτῳ μεγέθει μικρὸν ὂν καὶ λανθάνειν δυνάμενον· ὥστε τὸ σφαιροειδὲς ἐπὶ τούτων, οὐχ ὡς ἂν ἐκ τόρνου φαμὲν, οὐδ' ὡς ὁ γεωμέτρης, πρὸς λόγον· ἀλλὰ πρὸς αἴσθησιν, καὶ ταύτην παχυτέραν. Νοείσθω δὴ πεντάζωνος, καὶ ὁ ἰσημερινὸς ʸ τεταγμένος ἐν αὐτῇ κύκλος, καὶ ἄλλος τούτῳ παράλληλος, ὁρίζων τὴν κατεψυγμένην ἐν τῷ βορείῳ ἡμισφαιρίῳ, καὶ διὰ τῶν πόλων τις τέμνων τούτους πρὸς ὀρθάς. Τοῦ δὴ βορείου ἡμισφαιρίου δύο περιέχοντος τεταρτημόρια τῆς γῆς, ἃ ποιεῖ ὁ ἰσημερινὸς πρὸς τὸν διὰ τῶν πόλων, ἐν ἑκατέρῳ τούτων ἀπολαμβάνεται τετράπλευρον χωρίον· οὗ ἡ μὲν βόρειος πλευρὰ, ἥμισυ τοῦ πρὸς τῷ πόλῳ παραλλήλου ἐστίν· ἡ δὲ νότιος τοῦ ἰσημερινοῦ ἥμισυ· αἱ δὲ λοιπαὶ πλευραὶ τμήματά εἰσι τοῦ διὰ τῶν πόλων, ἀντικείμενα ἀλλήλοις, ἴσα τὸ μῆκος· ἐν θατέρῳ δὴ τῶν τετραπλεύρων τούτων (ὁποτέρῳ δ' οὐδὲν ἂν διαφέρειν δόξειεν,) ἱδρῦσθαι φαμὲν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην, περίκλυστον θαλάττῃ,

ˣ ὅσα μὴ ἱκανῶς.] Veteres editi ὅσα μὲν ἱκανῶς. Xylander jam ex conjecturis locum emendaverat: lectionem ejus asserit codex Regius.

ʸ τεταγμένος.] Vulgò τεταμένος. Mediceum codicem sequimur & Regium. Utravis lectio eòdem recidit.

quadruplum ejus, videlicet terrestris globi ambitum, non ignorabit. Quemadmodum ergo is qui terram dimetitur ab astronomo principia mutuatur, & à physico astronomus: ita par est geographum pro certis acceptis iis quæ terræ universæ mensor tradit, ac pro certo habuit, primùm exponere nostra habitata terra quanta sit, quâ figurâ, quâ naturâ, quam rationem ad totam terræ molem obtineat: hoc enim proprium est geographi, deinde singulatim de omnibus terrâ marique se offerentibus pro re differere: simulque indicare ubi non satis explicata ea sunt ab iis qui nobis ætate priores in hoc genere scribendi primas laudis partes tulerunt.

Hoc ergo pro certo positum sit, terram globum esse cum mari, eandemque obtinere cum altis maribus superficiem. Nam quæ partes terræ eminent, eæ in tantâ mole occultantur, neque observantur: itaque globi forma hoc loco non ad tornum exigi, aut qualis in geometriâ definitur, intelligi debet: sed qualis sensu, neque eo accuratissimo percipitur. Intelligatur etiam quinque zonis distincta, & descriptus in eâ æquinoctialis circulus, aliusque huic parallelus, frigidam in hemisphærio septentrionali zonam definiens, tum alius à polis ductus, hos ad angulos rectos secans. Cùm ergo septentrionale hemisphærium duos terræ quadrantes complectatur, circulo per polos acto & æquinoctiali terminatos, in utroque horum figura quatuor contenta lateribus concipitur, cujus septentrionale latus dimidium est paralleli versùs polum, meridionale semissis æquinoctialis, reliqua sunt segmenta circuli per polos acti opposita invicem & æqualia. In altero igitur horum quadrangulorum (nihil refert utrorum) sitam dicimus terram quam incolimus, mari ambitam, insulæque similem. [20] Dictum est

[20] *Dictum est enim quòd & sensu & ratiocinatione, &c.*] Nimirum id dictum est libro primo, p. 19, ubi de his Strabo fusè differuit. Xylandri interpretationem emendavimus, cujus negligentiam excusare difficile fuerit. Vertit scilicet, omnino præter Strabonis mentem: *dictum est enim quòd sensu, non subtili ratione, hæc æstimentur.*

καὶ ἐοικυῖαν νήσῳ· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ τῇ αἰσθήσει, καὶ τῷ λόγῳ δείκνυται τοῦτο· εἰ δ' ἀπιστεῖ τις τῷ λόγῳ τούτῳ, διαφέροι ἂν πρὸς τὴν γεωγραφίαν οὐδὲν, νῆσον ποιεῖν, [z] ἤ, ὅπερ ἐκ τῆς πείρας ἐλάβομεν, τούτῳ συγχωρεῖν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ἑκατέρωθεν περίπλους ἐστὶ, καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, πλὴν ὀλίγων τῶν μέσων χωρίων· ταῦτα δ' οὐ διαφέρει θαλάττῃ περατοῦται, ἢ γῇ ἀοικήτῳ· ὁ γὰρ γεωγραφῶν ζητεῖ τὰ γνώριμα μέρη τῆς οἰκουμένης εἰπεῖν, τὰ δ' ἄγνωστα ἐᾶν, καθάπερ καὶ τὰ ἔξω αὐτῆς. Ἀρκέσει δ' ἐπιζεύξασιν εὐθεῖαν γραμμὴν ἐπὶ τὰ ὕστατα σημεῖα τοῦ ἑκατέρωθεν παράπλου, τὸ πᾶν ἐκπληρῶσαι σχῆμα τῆς λεγομένης νήσου.

Προκείσθω δὲ ἡ μὲν νῆσος ἐν τῷ λεχθέντι τετραπλεύρῳ. Δεῖ δὲ λαβεῖν τὸ μέγεθος αὐτῆς τὸ φαινόμενον, ἀφελόντας ἀπὸ μὲν τοῦ ὅλου μεγέθους τῆς γῆς τὸ ἡμισφαίριον τὸ καθ' ἡμᾶς· ἀπὸ δὲ τούτου τὸ ἥμισυ, ἀπὸ δ' αὖ τούτου πάλιν τὸ τετράπλευρον, ἐν ᾧ δὴ κεῖσθαι τὴν οἰκουμένην φαμέν· ἀνάλογον δὲ καὶ περὶ τοῦ σχήματος ὑπολαβεῖν δεῖ τὸ φαινόμενον τοῖς ὑποκειμένοις ἐφαρμόττοντα. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ μεταξὺ τοῦ ἰσημερινοῦ, [a] καὶ τοῦ ληφθέντος παραλλήλου τούτῳ πρὸς τῷ πόλῳ τμήματος τοῦ βορείου ἡμισφαιρίου, [b] σπόνδυλός ἐστι τὸ σχῆμα· ὁ δὲ διὰ τοῦ πόλου δίχα τέμνων τὸ ἡμισφαίριον, δίχα τέμνει καὶ τὸν σπόνδυλον, καὶ ποιεῖ τὸ τετράπλευρον· ἔσται δηλονότι σπονδύλου ἐπιφανείας μέρος τὸ τετράπλευρον, ᾧ ἐπίκειται τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος· ἡ δ' οἰκουμένη χλαμυδοειδὴς ἐν τούτῳ νῆσος, [c] ἔλαττον ἢ ἥμισυ τοῦ τετραπλεύρου μέρους οὖσα. Φανερὸν δὲ τοῦτο ἔκ τε γεωμε-

---

[z] ἤ, ὅπερ ἐκ τῆς πείρας ἐλάβομεν, τούτῳ συγχωρεῖν, &c.] Huic loco duplicem emendationem adhibemus. 1°. In editis recentioribus deest vocula ἤ, quam prorsus necessariam, ex ms. Regio & veteribus editis huc reduximus. 2°. Ex veteribus libris à Casaubono laudatis reposuimus συγχωρεῖν pro συγχωρῶν: atque id ipsa syntaxis postulat. Lectionem nostram secutus est Xylander, qui tamen de eâ non monuit, nec ipse Casaubonus.

[a] καὶ τοῦ ληφθέντος.] Sic mss. Regius & Mediceus, & ita legendum Casaubonus ex conjecturis docuerat. Editi καὶ ληφθέντος.

[b] σπόνδυλος.] Hanc vocem retinent editi omnes. Regius codex habet hic & aliàs σπόνδιλος. Parùm est quin judicemus legendum esse σπονδύλην, vas

enim

enim quòd & ſenſu & ratiocinatione id demonſtratur: quòd ſi quis huic ratiocinationi fidem derogat, nihil intereſt geographiæ ſive inſulam facias, ſive, quod experientiâ conſtat, dicas, & ab ortu eam utrinque eſſe circumnavigabilem & ab occaſu, niſi quòd in medio ſunt pauca quædam loca. Nihil autem intereſt, mari ne an terrâ non habitabili definias: vult enim geographus partes terræ notas exponere, ignotis omiſſis, ut & iis quæ extra eam ſunt. Sufficiet autem ductâ rectâ lineâ quæ circumnavigationis utrinque factæ extrema puncta conjungat, totam dictæ inſulæ figuram abſolviſſe.

Ponatur ergo inſula hæc in dicto quadrangulo. Oportet autem magnitudinem ejus apparentem ſumere, ſubtracto de totâ terræ magnitudine hemiſphærio noſtro, ab hoc ſemiſſe, rurſumque hinc quadrangulo, in quo ſitam noſtram habitationem dicimus. Oportet autem de figurâ etiam eâdem proportione judicare, iis quæ apparent propoſitæ rei accommodandis. Cæterùm quoniam ſegmentum ſeptentrionalis hemiſphærii interceptum æquinoctiali & huic parallelo, versùs polos formam habet vertebræ, quæ ipſa in duas partes ſcinditur à ducto per polum & hemiſphærium dividente circulo, qui figuram quadrilateram conficit: erit nimirum vertebræ ſuperficie minor figura quadrilatera, cui incumbit Atlanticum mare: terra autem chlamydis formam gerens in illo eſt inſula, minor ſemiſſe pars quadrilateri. Id manifeſtum eſt cùm ex geometriâ, tum ex circumfuſi maris magnitudine, occultan-

quoddam libatorium, de quo Athenæus, p. 488; codicis Regii lectionem aliquatenus quidem corruptam judicantes, ſed veræ lectionis propiorem. Sectio enim ſphærica de quâ agitur, meliùs calici quàm vertebræ aſſimilari poſſe nobis videtur. Cùm autem mera hæc conjectura ſit, nihil affirmare audemus.

[c] ἔλαττον ἢ ἥμισυ τοῦ τετραπλεύρου μέρους ἴσον.] Certè hîc aliquid vitii latet. Caſaubonus legendum cenſet ἐλάττων. Vetus interpres & Xylander ipſe ita vertunt, ut legiſſe videantur μέρος pro μέρους: & hæc emendatio nobis plus arridet. Cùm autem & Xylander & Caſaubonus de his diſſentiant, haud ſanè noſtrum eſt inter hos litem componere.

τρίας, καὶ τοῦ πλήθους τῆς [d] περικεχυμένης θαλάττης, καλυπτούσης τὰ ἄκρα τῶν ἠπείρων ἑκατέρωθεν, καὶ συναγούσης εἰς [e] μύουρον σχῆμα, καὶ τρίτου τοῦ μήκους, καὶ πλάτους τοῦ μεγίστου· ὧν τὸ μὲν ἑπτὰ μυριάδων σταδίων ἐστὶν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ περατούμενον θαλάττῃ, μηκέτι πλεῖσθαι δυναμένῃ, διὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἐρημίαν· τὸ δὲ ἔλαττον τριῶν μυριάδων ὁριζόμενον τῷ ἀοικήτῳ, διὰ θάλπος ἢ ψύχος· αὐτὸ γὰρ τὸ διὰ θάλπος ἀοίκητον τοῦ τετραπλεύρου, πλάτος μὲν ἔχον ὀκτακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων, μῆκος δὲ τὸ μέγιστον μυριάδων δώδεκα καὶ ἑξακισχιλίων, ὅσον ἐστὶν ἥμισυ τοῦ ἰσημερινοῦ, [f] πλέον ἂν εἴη τὸ λοιπόν.

Τούτοις δὲ συνῳδά πως ἐστὶ, καὶ τὰ ὑπὸ Ἱππάρχου λεγόμενα· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑποθέμενος τὸ μέγεθος τῆς γῆς ὅπερ εἶπεν Ἐρατοσθένης, [g] ἐντεῦθεν δὴ ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφαίρεσιν· οὐ γὰρ πολὺ διοίσειν πρὸς τὰ φαινόμενα τῶν οὐρανίων καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν, [h] οὕτως ἔχειν τὴν ἀναμέτρησιν, ἢ ὡς οἱ ὕστερον ἀποδεδώκασι. Ὄντος δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων, τὸ τεταρτημόριον εἴη ἂν ἓξ μυριάδες καὶ τρισχίλιοι· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν πόλον, [i] πεντεκαίδεκα ἑξηκοστὰ σταδίων, οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς ἑξήκοντα· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν θερινὸν τροπικὸν, τεττάρων· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ διὰ Συήνης

[d] περικεχυμένης.] MS. Regius παρακεχυμένης.

[e] μύουρον.] Codices Regius & Mediceus μείουρον. Utramque vocem synonymam esse observat Stephanus in Thes. L. Gr.

[f] πλέον ἂν εἴη τὸ λοιπόν.] Putabat Casaubonus legendum esse πλέον ἂν εἴη ἢ τὸ λοιπὸν: nec tamen id ipsi faciebat satis, ita ut fateretur locum hunc graviùs laborare quàm ut facilè sanari posset sine auxilio meliorum librorum. Porrò nihil opis ferunt quos novimus manuscripti codices. Nullâ tamen emendatione adhibitâ phrasis sensum exhibet non despiciendum. Vide infrà ad Latina not. 21.

[g] ἐντεῦθεν δή.] Sic editi & scripti quos vidimus. Casaubonus quosdam laudat mss. quorum alii pro δὴ habent δεῖ, alii δεῖν: atque hoc probat magis.

[h] οὕτως ἔχειν.] Ex editis posterioribus excidit vox ἔχειν, quam reposuimus ex veteribus editis & ms. Regio.

[i] πεντεκαίδεκα ἑξηκοστὰ σταδίων.] Sententia non ambigua, & ipsam assecuti sunt interpretes. Vitiosa tamen lectio ἑξηκοστὰ σταδίων. Unicam vocem in duas discerptam ab imperitis librariis manifestum est. Scribendum fuit ἑξηκοστά-

tis extrema continentium terrarum utrinque, & contrahentis ad figuram mutilam, & tertiæ longitudinis, & latitudinis maximæ: quorum illa quidem continet ſtadiorum millia LXX, majori ex parte finita mari, quod navigari porrò ob vaſtitatem & ſolitudinem nequit: hæc minor XXX millibus, definita inhabitabili ob æſtum aut frigus: nam quæ ob æſtum habitari non poteſt quadrilateri portio, lata eſt IIX CIↃ IↃ CCC ſtadia: longitudo maxima CXXVI millia, quantum eſt dimidium æquinoctialis: [21] amplius ſit reliquum.

His quodammodo conſentiunt quæ Hipparchus tradit. Ait enim is, ponens eam quam Eratoſthenes docuit terræ quantitatem, hîc utique ſe habitatæ terræ ſecretionem facere: non enim magni relaturum ad ea quæ in cœlo apparent in ſingulis habitationibus, ſive hoc modo dimenſio inſtituatur, ſive ut poſteriores tradiderunt. Cùm ergo ſit ſecundùm Eratoſthenem æquinoctialis circulus ſtadiorum CCLII CIↃ, quadrans erit LXIII CIↃ: atque hoc eſt ab æquatore ad polum [22] XV ſexageſimæ ſtadiorum, quarum LX continet æquinoctialis. Ab æquinoctiali autem quatuor ſunt ad tropicum æſtivum: qui eſt parallelus per Syenem ductus. Singula porrò intervalla

---

δων, juxta Salmaſium Exercit. Plin., t. 1, p. 467: vel juxta Caſaubonum, ἑξηκοντάδων. At ἑξηκοντὰς (ait Salmaſius) non pars eſt ſexageſima, ſed numerus ſexaginta partium; ut δεκὰς non decima portio, ſed decuria: ἑξηκοστὰς autem ſexageſimam partem deſignat. Verùm id favet Caſaubono quòd apud ipſum Strabonem legatur paulo poſt ἑξηκοντάδων pro partibus ſexageſimis. Vide infrà not. [n]. Penès lectorem judicium eſto. Nos verò nihil mutamus, cùm vitioſam lectionem retineant quotquot novimus calamo & typis exarati codices; nec de ipsâ reſtituendâ viri inter doctos primarii conſentiant.

---

21 *amplius ſit reliquum.*] Ambiguæ quidem voces, ſed ex quibus mentem Strabonis elicere poſſis. Concludit Strabo: ergo ex ſuprà dictis ſequitur, reliquum ſuperficiei de quâ agitur ſpatium, (demptâ ſcilicet terrâ habitabili) amplius eſſe eâ ſuperficiei parte quam terra habitabilis occupat; quod erat demonſtrandum.

22 XV *ſexageſimæ ſtadiorum.*] Vox ea *ſtadiorum* prorſus redundat. Ea autem irrepſit ex oſcitantiâ librariorum. Vide ſuprà, not. [l], ad Græca.

γραφόμενος παράλληλος· συλλογίζεται δὴ τὰ καθ' ἕκαστα διαστήματα, ἐκ τῶν φαινομένων μέτρων· [k] τὸν μὲν γὰρ τροπικὸν κατὰ Συήνην κεῖσθαι συμβαίνει· διότι ἐνταῦθα κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, ἄσκιός ἐστιν ὁ γνώμων μέσης ἡμέρας. Ὁ δὲ διὰ τῆς Συήνης μεσημβρινὸς, γράφεται μάλιστα διὰ τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως ὡς ἀπὸ Μερόης, ἕως Ἀλεξανδρείας· στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι περὶ μυρίους· κατὰ μέσον δὲ τὸ διάστημα, τὴν Συήνην ἱδρύσθαι συμβαίνει· ὥστ' ἐντεῦθεν ἐπὶ Μερόην πεντακισχίλιοι. Προϊόντι δ' ἐπ' εὐθείας [l] ὡσεὶ τρισχιλίους σταδίους ἐπὶ μεσημβρίαν, οὐκέτι οἰκήσιμα τ' ἄλλα ἐστὶ διὰ καῦμα· ὥστε τὸν διὰ τούτων τῶν τόπων παράλληλον τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου, πέρας καὶ ἀρχὴν δεῖ τίθεσθαι τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πρὸς μεσημβρίαν. Ἐπεὶ οὖν πεντακισχίλιοι μέν εἰσιν οἱ ἀπὸ Συήνης εἰς Μερόην, ἄλλοι δὲ προσγεγόνασι τρισχίλιοι, εἶεν ἂν οἱ πάντες ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς οἰκουμένης, ὀκτακισχίλιοι· ἐπὶ δέ γε τὸν ἰσημερινὸν ἀπὸ Συήνης, μύριοι ἑξακισχίλιοι ὀκτακόσιοι· ([m] τοσοῦτοι γάρ εἰσι οἱ τῶν τεττάρων [n] ἑξηκοντάδων, τεθείσης ἑκάστης τετρακισχιλίων καὶ διακοσίων) ὥστε λοιπὸν εἶεν ἂν ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὸν ἰσημερινὸν, ὀκτακισχίλιοι ὀκτακόσιοι, ἀπὸ δὲ Ἀλεξανδρείας δισμύριοι χίλιοι ὀκτακόσιοι.

Πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπ' εὐθείας τῇ ῥύσει τοῦ Νείλου, πάντες ὁμολογοῦσι τὸν ἐπὶ Ῥόδον πλοῦν· κἀντεῦθεν δὲ τὸν τῆς Καρίας παράπλουν καὶ Ἰωνίας, μέχρι τῆς Τρωάδος καὶ Βυζαντίου καὶ Βορυσθένους. Λαβόντες οὖν τὰ διαστήματα γνώριμα καὶ πλεόμενα, σκοποῦσι [o] τὰ ὑπὸ τοῦ Βορυσθένους ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ μέχρι τίνος οἰκήσιμά ἐστι, καὶ περατοῖ τὰ προσάρκτια μέρη τῆς οἰκουμένης. Οἰκοῦσι δ' ὑπὲρ τοῦ Βορυσθένους ὕστατοι τῶν γνωρίμων Σκυθῶν, Ῥωξολάνοι, νοτιώτεροι ὄντες τῶν

---

[k] τὸν μὲν γάρ.] Deest in editis vocula μὲν, quam ex codd. Regio & Mediceo reposuimus.

[l] ὡσεί.] Vulgò ὅσον. Utrumque dici potest. Mſ. Regium ſequimur ex instituto nostro.

[m] τοσοῦτοι.] Editi τοσοῦτον. Manifestè ſcribendum eſt τοσοῦτοι, ut jam, ipsâ phraſi monente, Caſaubonus docuerat. Id codex Regius aſſerit & Mediceus.

[n] ἑξηκοντάδων.] Juxta Salmaſium emendandum foret ἑξηκοστάδων. Vide

ex mensuris apparentibus colliguntur. Evenit enim ut tropicus Syenæ incumbat, quia ibi solstitio æstivo meridie gnomo umbram nullam projicit. Meridianus autem Syenes maximè describitur Nili defluxu à Meroë ad Alexandriam, qui est stadiorum circiter CCIƆƆ : medio autem spatio Syene sita est : inde ergo ad Meroën stadia sunt IƆƆ. Rectà autem versùs meridiem progressus ad tria millia stadiorum, loca inveniet quæ habitari præ æstu non possunt: eorum ergo locorum parallelus, qui idem est cum Cinnamomiferæ regionis parallelo, terminus & principium poni debet terræ nostræ versùs meridiem habitatæ. Cùm ergo à Syenâ ad Meroën sint IƆƆ stadia, accedantque alia tria CIƆ, erunt universi ad finem usque terræ habitatæ IƆƆ CIƆ CIƆ CIƆ. Jam à Syenâ ad æquinoctialem stadia sunt CCIƆƆ IƆƆ CIƆ IƆCCC : (tantum enim in quatuor sexagesimas competit, cùm una quævis sit IV CIƆCC stadiorum) ergo à fine habitatæ terræ ad æquinoctialem erunt IIX CIƆ IƆCCC stadia, ad eundem ab Alexandriâ CCIƆƆ CCIƆƆ CIƆ IƆCCC.

Rursum ab Alexandriâ in rectâ lineâ cum Nili defluxu omnes consentiunt esse navigationem ad Rhodum, indeque præter Cariam & Ioniam usque ad Troadem, Byzantium, & Borysthenem. Sumentes igitur intervalla navigationibus comperta, considerant [23] à Borysthene in eâdem rectâ lineâ quousque habitetur terra, & ubi partes terræ habitatæ versùs septentrionem finiantur. Habitant autem ultra Borysthenem ultimi notorum Scytharum Roxolani, magis versùs meridiem siti quàm extrema ultra Britanniam cognita. Ulteriora jam frigus ha-

---

suprà not. [l]. Verum nihil mutamus, cùm editi & mss. lectionem vulgatam exhibeant.

[o] τὰ ὑπὸ τῦ Βορυσθένυς.] Sic restituimus ex veteribus editis & ms. Regio. Editi posteriores τὰ ὑπὲρ τῦ Βορυσθένυς.

---

[23] *à Borysthene.*] Xylander, *ultra Borysthenem;* legebat enim ὑπὲρ, quod emendavimus. Vide suprà not. [o].

ὑπὲρ [p] τῆς Βρεττανικῆς ἐσχάτων γνωριζομένων· ἤδη δὲ τὰ ἐπέκεινα διὰ ψῦχος ἀοίκητά ἐστι· νοτιώτεροι δὲ τούτων καὶ ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος, Σαυρομάται καὶ Σκύθαι, μέχρι τῶν ἑώων Σκυθῶν. Ὁ μὲν οὖν Μασσαλιώτης Πυθέας, τὰ περὶ Θούλην τὴν βορειοτάτην τῶν Βρεττανικῶν ὕστατα λέγει· παρ' οἷς ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἀρκτικῷ, ὁ θερινὸς τροπικὸς κύκλος· παρὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν [q] ἱστορῶν, οὔθ' ὅτι Θούλη νῆσός ἐστί τις, οὔτ' εἰ τὰ μέχρι δεῦρο οἰκήσιμά ἐστιν, ὅπου ὁ θερινὸς τροπικὸς ἀρκτικὸς γίνεται. Νομίζω δὲ πολὺ εἶναι νοτιώτερον τοῦτο τὸ τῆς οἰκουμένης πέρας τὸ προσάρκτιον· οἱ γὰρ νῦν ἱστοροῦντες, περαιτέρω τῆς Ἰέρνης οὐδὲν ἔχουσι λέγειν· ἣ πρὸς ἄρκτον πρόκειται τῆς Βρεττανικῆς πλησίον, ἀγρίων τελέως ἀνθρώπων, [r] καὶ κακῶς οἰκούντων διὰ ψῦχος· ὥστ' ἐνταῦθα νομίζω τὸ πέρας εἶναι θετέον.

Τοῦ δὲ παραλλήλου τοῦ διὰ Βυζαντίου, καὶ διὰ Μασσαλίας πως ἰόντος, ὥς φησιν Ἵππαρχος πιστεύσας Πυθέᾳ, (φησὶ γὰρ ἐν Βυζαντίῳ τὸν αὐτὸν εἶναι λόγον τοῦ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, ὃν εἶπεν ὁ Πυθέας ἐν Μασσαλίᾳ) τοῦ δὲ διὰ Βορυσθένους ἀπὸ τούτου διέχοντος περὶ τρισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἴη ἂν ἐκ τοῦ διαστήματος, [s] τοῦ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὴν Βρεττανικήν, ἐνταῦθά που πίπτων ὁ διὰ τοῦ Βορυσθένους κύκλος πανταχοῦ. Πολλαχοῦ δὲ παρακρουόμενος τοὺς ἀνθρώπους ὁ Πυθέας, κἀνταῦθά που διέψευσται. Τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀπὸ στηλῶν γραμμὴν ἐπὶ τοὺς [t] παρὰ τὸν πορθμὸν καὶ Ἀθήνας καὶ Ῥόδον τόπους ἐπὶ τοῦ

---

p τῆς Βρεττανικῆς.] Notat Casaubonus vocem hanc aliquoties efferri per Π, ut & apud Steph. Byz. Πρεττανική. Sic quoque passim scribit ms. Regius. Nemo nescit facilè confundi litteras *ejusdem organi*, ut grammaticorum verbis utamur.

q ἱστορῶν.] Codex Mediceus ἱστορῶ.

r καὶ κακῶς οἰκούντων.] Vocem καὶ reposuimus ex ms. Regio & veteribus editis, quæ in recentioribus exciderat.

s τοῦ ἀπὸ Μασσαλίας.] Sana lectio, quam exibet ms. Regius. Vulgò τὸ ἀπὸ Μασσαλίας. Ipsa verborum grammaticalis constructio errorem arguebat, de quo tamen huc usque monuit nemo.

t παρὰ τὸν πορθμόν.] Sic codex Regius. Vulgo περὶ τὸν πορθμόν.

---

24 *Pytheas.*] Is Massiliensis fuit, & floruit quarto ferè ineunte ante Ch. natum sæculo, in physicis atque astronomicis versatissimus. Multa geo-

bitari non finit. Ab his versùs meridiem fupra Mæotidem funt Sauromatæ & Scythæ, ufque ad orientales Scythas. [24] Pytheas ergo Maffilienfis [25] circa Thulen Britannicarum regionum feptentrionaliffimam ultima ait effe, ubi tropicus æftivus arctici circuli vicem gerit: de reliquis nihil narrat, neque quòd infula fit Thule, neque utrùm eò ufque habitationes pertingant, ubi tropicus pro arctico eft. Ego autem illum feptentrionalem finem multo propiùs meridiem versùs exiftimo: qui enim hodiè terras perluftrant, ultra Hiberniam nihil poffunt referre, quæ non longè versùs feptentrionem ante Britanniam jacet, planè ferorum hominum domicilium, & propter frigus malè incolentium: ibi ergo finem conftituendum cenfeo.

Jam cùm Byzantii idem fit qui Maffiliæ parallelus, quod Hipparchus tradit, Pytheæ fidem fecutus (ait enim Byzantii eandem umbræ ad ftylum effe rationem, quam effe Maffiliæ tradidit Pytheas) & ab hoc parallelus per Borysthenem diftet ftadiis III CIƆ DCCC circiter, [26] fequitur ex intervallo à Maffiliâ ad Britanniam, circulum qui per Borysthenem tranfit, per totam quoque Britanniam tranfire. Cæterùm Pytheas, qui multis in locis homines decepit, hîc quoque nonnihil erravit. Multi enim uno ore affirmant, lineam à columnis ad fretum, Athenas Rhodumque ductam, in eodem effe parallelo. In

graphica fcripferat, cùm longinquas fufcepiffet navigationes. Ipfum mendacii frequenter arguunt & Strabo & Polybius; at recentiores fæpe illum à falfis criminationibus liberaverunt. De Pythea qui plura fcire voluerit, adeat Hiftor. litter. Gall., t. I, & Comment. Regiæ humaniorum litterarum academiæ, t. XIX, p. 146 & feqq. Ejus fcripta interiere.

[25] *circa Thulen, Britannicarum regionum feptentrionaliffimam.*] Interpretatur Xylander *infularum* non *regionum*: quod nomen in tranflatione fupplevit quafi in Græco contextu fubauditum. Porrò vox *infularum* hoc loco non convenit, fi quidem mox fubdit Strabo Pytheam non definire an infula Thule fit nec ne. Ergo huic voci, vocem *regionum* fubrogavimus, cujus poteftas latior eft.

[26] *fequitur ex intervallo, &c.*] Miffâ Xylandri tranflatione, accuratiùs locum hunc interpretati fumus: neque hîc videmus aliquid deeffe, ut opinatus eft Cafaubonus.

αὐτοῦ παράλληλου κεῖσθαι, ὡμολόγηται παρὰ πολλῶν· ὁμολογεῖται δὲ ὅτι καὶ διὰ μέσου πως τοῦ πελάγους ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν στηλῶν ἐπὶ τὸν πορθμόν· οἵ τε πλέοντες, τὸ μέγιστον δίαρμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων· τοῦτο δ' εἶναι καὶ τὸ μέγιστον πλάτος τοῦ πελάγους· ὥστ' εἴη ἂν τὸ ἀπὸ τῆς λεχθείσης γραμμῆς ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου, σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ Μασσαλίαν ἐλαττόνων· νοτιωτέρα γάρ ἐστιν ἡ Μασσαλία τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου. Τὸ δέ γε ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐστι τετρακισχιλίων που καὶ ἐννακοσίων σταδίων· ὥστε πολὺ ἀρκτικώτερος ἂν εἴη ὁ διὰ Βυζαντίου τοῦ διὰ Μασσαλίας.

Τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Βρεττανικὴν δύναται συμφωνεῖν τῷ [u] ἀπὸ Βυζαντίου ἐπὶ Βορυσθένη· τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἰέρνην, οὐκέτι γνώριμον πόσον ἄν τις θείη, οὐδ' εἰ περαιτέρω ἔτι οἰκήσιμά ἐστιν, οὐδὲν δεῖ φροντίζειν τοῖς ἐπάνω λεχθεῖσι. Πρός τε γὰρ ἐπιστήμην, ἀρκεῖ τὸ λαβεῖν καθάπερ ἐπὶ τῶν νοτίων μερῶν, ὅτι ὑπὲρ Μερόης μέχρι τρισχιλίων σταδίων προελθόντι τῆς οἰκησίμου τίθεσθαι προσῆκεν· οὐχ ὡς ἂν τούτου ἀκριβεστάτου πέρατος ὄντος, ἀλλ' ἐγγύς γε τοῦ ἀκριβοῦς· οὕτω κἀκεῖ τοὺς ὑπὲρ τῆς Βρεττανικῆς οὐ πλείους τούτων θετέον, ἢ μικρῷ πλείους, οἷον τετρακισχιλίους. Πρός τε τὰς ἡγεμονικὰς χρείας, οὐδὲν ἂν εἴη πλεονέκτημα τὰς τοιαύτας γνωρίζειν χώρας, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας· καὶ μάλιστα εἰ νήσους οἰκεῖεν τοιαύτας, αἳ μήτε λυπεῖν, μήτ' ὠφελεῖν ἡμᾶς δύνανται μηδὲν, διὰ τὸ ἀνεπίπλεκτον. Καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ὅτι οὔτε φόβος ἐξ αὐτῶν οὐδεὶς ἐστιν, (οὐ γὰρ ἰσχύουσι τοσοῦτον, ὥστ' ἐπιδιαβαίνειν ἡμῖν,) οὔτ' ὠφέλεια τοσαύτη τις, εἰ κατάσχοιεν· πλέον γὰρ ἂν ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης, τὸ φρου-

[u] ἀπὸ Βυζαντίου.] Scripti tres, teste Casaubono, διὰ Βυζαντίου: malè.

27 *inde autem ad Hyberniam*, &c.] Suspectus Casaubono locus, quem re-

confesso

confeſſo etiam eſt lineam à columnis ad fretum ductam, per medium ferè pelagus duci: & qui navigant, maximum à Galliâ in Africam trajectum aiunt eſſe à ſinu Gallico, ſtadiorum ıↄↄ., eamque maximam alti maris eſſe latitudinem: ergo à dictâ lineâ ad intimum ſinûs receſſum erunt ſtadia bis mille ıↄ, ad Maſſiliam pauciora: eſt enim Maſſilia quàm is receſſus meridiei propior. Atqui à Rhodo ad Byzantium ſunt IV CIↃ IↃCCCC: quo concluditur, Byzantium parallelum multo eſſe Maſſilienſi ſeptentrionaliorem.

Quod inde eſt ad Britanniam, convenire poteſt ſpatio quod à Byzantio eſt ad Boryſthenem: [27] inde autem ad Hiberniam ignotum quantum ſit, itemque an ultrà ſint loca habitata, nihil attinet hoc ad ea quæ ſuprà diximus. Nam ad ſcientiam ſatis eſt, ſicut in auſtrinis partibus poſuimus, ultra Meroën ad tria millia ſtadiorum finem eſſe terræ habitatæ, non quòd præcisè ita res habeat, ſed quòd propè ad veritatem acceditur: ita hìc quoque ſupra Britanniam totidem licet ponere ſtadia, aut non multo plura, ut IV CIↃ. Nam & ad principis officium non multum emolumenti conferet hujuſmodi regionum & incolarum notitia: maximè ſi tales incolant inſulas, quæ neque damnum afferre nobis neque utilitatem poſſint, quia nulla nobis cum iis intercedant commercia. Et verò [28] Britanniam occupare cùm poſſent Romani, ſpreverunt, cùm viderent neque ullum ab iis metum eſſe (non enim tantum iis eſt virium, ut in noſtras ditiones impreſſionem faciant) neque tantum utilitatis ſi occuparent: videtur enim nunc plus percipi ex vectigalibus, quàm tributum pendere poſſet, detracto, in militem præſidio inſulæ futurum & ſtipendium exacturum, ſumtu: multumque videbatur in-

men omnino ſanum arbitramur, imò & planum. Sententiam non aſſecutus erat Xylander, quem emendamus.

[28] *Britanniam occupare cùm poſſent Romani*, &c.] Vide Strab., lib. IV, ubi de Britanniâ.

ῥῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον· πολὺ δ' ἂν ἐπιγένοιτο τὸ ἄχρηστον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ ταύτην νήσων.

Εἰ δὲ προστεθείη τῷ ἀπὸ τῆς Ῥοδίας μέχρι Βορυσθένους διαστήματι, τὸ ἀπὸ Βορυσθένους ἐπὶ τὰς ἄρκτους τῶν τετρακισχιλίων σταδίων διάστημα, γίνεται τὸ πᾶν μύριοι δισχίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ νότιον πέρας ἐστὶ τῆς οἰκουμένης, μύριοι ἑξακισχίλιοι ἑξακόσιοι· ὥστε τὸ σύμπαν πλάτος τῆς οἰκουμένης, εἴη ἂν ἔλαττον τῶν τρισμυρίων, ἀπὸ νότου πρὸς ἄρκτον. Τό δέ γε μῆκος, περὶ ἑπτὰ μυριάδας λέγεται· τοῦτο δ' ἐστὶν ἀπὸ δύσεως ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς, τὸ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς· τὸ μὲν ὁδοῖς, τὸ δὲ ταῖς ναυτιλίαις ἀναμεμετρημένον. Ὅτι δ' ἐντὸς τοῦ λεχθέντος τετραπλεύρου τὸ μῆκός ἐστι τοῦτο, ἐκ τοῦ λόγου τῶν παραλλήλων τῶν πρὸς τὸν ἰσημερινὸν δῆλον· ὥστε πλέον ἢ διπλάσιόν ἐστι τοῦ πλάτους τὸ μῆκος. Λέγεται δὲ καὶ χλαμυδοειδές πως τὸ σχῆμα· πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους πρὸς τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἑσπερίοις, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντων ἡμῶν.

Νῦν μὲν οὖν ἐπιγεγράφαμεν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας τὸ χωρίον, ἐν ᾧ φαμὲν ἱδρῦσθαι τὴν οἰκουμένην· καὶ δεῖ τὸν ἐγγύτατα [x] διὰ τῶν χειροκμήτων οἰκημάτων μιμούμενον τὴν ἀλήθειαν, ποιήσαντα σφαῖραν τὴν γῆν, καθάπερ τὴν Κρατήτειον, ἐπὶ ταύτης ἀπολαβόντα τὸ τετράπλευρον, ἐντὸς τούτου τιθέναι τὸν πίνακα τῆς γεωγραφίας· ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλης δεῖ σφαίρας, ὥστε πολλοστημόριον αὐτῆς ὑπάρχον τὸ λεχθὲν τμῆμα, ἱκανὸν γενέσθαι δέξασθαι σαφῶς τὰ προσήκοντα μέρη τῆς οἰκουμένης, καὶ τὴν οἰκείαν παρέχειν ὄψιν τοῖς ἐπιβλέπουσι, τῷ μὲν δυναμένῳ κατασκευάσασθαι τηλικαύτην, οὕτω ποιεῖν βέλτιον· ἔστω δὲ [y] μὴ μείζονα δέκα ποδῶν ἔχουσα τὴν διάμετρον· τῷ δὲ μὴ δυναμένῳ,

---

[x] *διὰ τῶν χειροκμήτων οἰκημάτων.*] Veteres libri ferunt *χειροτμήτων* pro *χειροκμήτων*, juxta Casaubonum, cui placet magis vulgata lectio. Hanc exhibet mſ. Regius. Caſaubono ſuſpecta eſt vox *οἰκημάτων*, quam habet quoque Regius codex.

[y] *μὴ μείζονα.*] Sic codex Mediceus.

commodi ab aliis insulam circumjacentibus oblatum iri.

Quòd si intervallo, quod à Rhodo est ad Borysthenem, adjiciantur versùs septentrionem quatuor millia stadiorum, erunt in summâ CCIƆƆ CIƆ CIƆ IƆCC, & Rhodo ad finem habitatæ terræ meridionalem CCIƆƆ IƆƆ CIƆ IƆC: ergo universa terræ habitatæ latitudo ab austro ad septentrionem est minor triginta millibus stadiorum. Longitudo autem ad LXX millia esse fertur, quæ intelligitur ab occasu ad ortum ab extremis Hispaniæ ad Indiæ extrema, partim itineribus terrestribus, partim navigationibus percepta mensura. Hanc autem longitudinem esse intra dictum quadrilaterum, constat ex proportione parallelorum ad diametrum: ita ut majorem duplâ rationem longitudo ad latitudinem obtineat. Dicitur autem hæc figura chlamydis similis: nam in extremis latitudinem valdè contrahi animadversum est, præcipuè occiduis, singula nobis perlustrantibus.

Nunc autem descripsimus locum superficiei sphæricæ, in quo terram habitatam sitam dicimus. Oportet verò eum, qui manu fabricatis operibus veritatem imitatur quàm fieri potest proximè, globo qui terram referat, formato, qualis est Cratetis, in eo quadrilaterum illud designare, inque eo tabulam geographicam collocare. Sed quoniam magno opus est globo, cujus exigua pars illud sit quadrilaterum, quod sufficiat ad perspicuè inscribendas terræ habitatæ partes, easque adspectui propriè exhibeat: sanè fecerit egregiè, qui talem conficere poterit: diametrum globus talis requirit decem pedibus majorem. Qui verò tantum, aut non multo minorem globum parare

& hanc scripturam tuetur Strabonis epitome. Sic quoque legerat vetus interpres. Vulgò μείζω, negatione omissâ, quam tamen & ipse agnoscit codex Regius, etsi hoc loco aliquid vitii habeat; fert enim μὴ μείζων: quod emendantes ex ms. Mediceo, negationem validissimis assertam suffragiis revocare non dubitavimus.

τηλικαύτην ἢ μὴ πολλῷ ταύτης ἐνδεεστέραν, ἐν ἐπιπέδῳ καταγραπτέον πίνακι τοὐλάχιστον ἑπτὰ ποδῶν. Διοίσει γὰρ μικρὸν, ἂν, ἀντὶ τῶν κύκλων, τῶν τε παραλλήλων, καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν, καὶ τὰς ἄλλας διαφορὰς, καὶ τὰς σχέσεις τῶν τῆς γῆς μερῶν, πρὸς ἄλληλά τε καὶ τὰ οὐράνια, εὐθείας γράφωμεν· τῶν μὲν παραλλήλων παραλλήλους, τῶν δὲ ὀρθῶν πρὸς ἐκείνους ὀρθάς· τῆς διανοίας ῥᾳδίως μεταφέρειν δυναμένης τὸ ὑπὸ τῆς ὄψεως ἐν ἐπιπέδῳ θεωρούμενον ἐπιφανείᾳ σχῆμα καὶ μέγεθος, ἐπὶ τὴν περιφερῆ τε καὶ σφαιρικήν· ἀνάλογον δὲ, καὶ περὶ τῶν λοξῶν κύκλων καὶ εὐθειῶν φαμέν. Εἰ δὲ οἱ μεσημβρινοὶ οἱ παρ' ἑκάστοις διὰ τοῦ πόλου γραφόμενοι πάντες συννεύουσιν ἐν τῇ σφαίρᾳ πρὸς ἓν σημεῖον, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιπέδῳ γε οὐ διοίσει πίνακι τὰς εὐθείας μικρὸν συννευούσας ποιεῖν [z] κῶνον τὰς μεσημβρινάς· οὐδὲ γὰρ πολλαχοῦ τοῦτ' ἀναγκαῖον, οὐδ' ἐμφανής ἐστιν ὥσπερ ἡ περιφέρεια, οὕτω καὶ ἡ σύννευσις, μεταφερομένων τῶν γραμμάτων εἰς τὸν πίνακα τὸν ἐπίπεδον, καὶ γραφομένων εὐθειῶν.

Καὶ δὴ καὶ τὸν ἑξῆς λόγον ὡς ἐν ἐπιπέδῳ πίνακι τῆς γραφῆς γινομένης ἐκθήσομεν. Ἐροῦμεν δὴ τὴν μὲν ἐπελθόντες αὐτοὶ τῆς γῆς καὶ θαλάττης· περὶ ἧς δὲ πιστεύσαντες τοῖς εἰποῦσιν, ἢ γράψασιν. Ἐπήλθομεν δὲ ἐπὶ δύσιν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῶν κατὰ Σαρδῶνα τόπων τῆς Τυρρηνίας· ἐπὶ μεσημβρίαν δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὅρων. Οὐδὲ τῶν ἄλλων δὲ οὐδὲ εἷς ἂν εὑρεθείη τῶν γεωγραφησάντων πολύ τι ἡμῶν μᾶλλον ἐπεληλυθὼς τῶν λεχθέντων διαστημάτων· ἀλλ' οἱ πλεονάσαντες περὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς οὐ τοσοῦτον ἥψαντο· οἱ δὲ περὶ τἀναντία, τῶν ἑσπερίων ὑστέρησαν· ὁμοίως

---

[z] κῶνον.] Ms. Regius μόνον; quod probamus vehementer: 1°. quia lineæ rectæ in plano numquam conum efficere possunt, sed coni elementum, triangulum; ergo minimè convenit huic loco vox κῶνον: 2°. quòd è contrario, maximè conveniat vox μόνον: ex eâ enim is sensus emergit: *tametsi in sphærâ, meridiani ad unum punctum concurrant, nihil refert si in planâ tabulâ iidem meridiani per lineas rectas repræsententur paulatim tantum modò coeuntes.* Cum tamen κῶνον habeant alii mss. & editi omnes; imò & interpretes co-

nequit, is in planâ describat tabulâ, septem minimùm pedum. Parum enim intererit, si loco circulorum parallelorum ac meridianorum, quibus climata & ventos indicamus, reliquasque differentias & comparationes partium terræ inter se & cum cœlo, rectis lineis utamur parallelis & in eos ad angulos rectos incidentibus: cùm magnitudinem & figuram visu in planâ spectatam superficie intellectus facilè transferre possit ad rotundam & sphæricam: eadem ratio est obliquorum rectorumque circulorum. Ac tametsi per polos ducti meridiani circuli in sphærâ omnes ad unum punctum concurrunt: nihil tamen refert si in planâ tabulâ paulatim coeuntes conum seu metam efficiant: non enim sæpe hoc necessitas exiget, [29] neque, ut in orbem curvatura, ita etiam coitio evidens est, translatis in tabulam delineationibus, & descriptis rectis lineis.

Et quidem deinceps reliqua ita exponemus, ut descriptione in tabulâ planâ propositâ. Exponemus enim tum quæ ipsi obivimus terrâ marique, tum de quibus aliorum sermonibus aut scriptis nobis fides est facta. Ipsi obivimus versùs occasum ab Armeniâ usque ad Etruriæ loca Sardiniæ opposita: versùs meridiem ab Euxino ponto usque ad fines Æthiopiæ. Neque verò reliquorum qui situm terræ descripserunt, quenquam invenies, qui dicta intervalla obeundo, multo plura atque nos præstiterit: nam qui in occiduâ plagâ plura viderunt, orientalium non tantum quàm nos attigerunt, contrà alii pauciora in occasu: quod idem de septentrione & meridie

num admiserint, receptam lectionem è contextu eliminare, aliqua nobis religio fuit.

29 *neque, ut in orbem curvatura, ita etiam*, &c.] Sententia videtur esse: cùm in superficie planâ, lineis rectis repræsentantur lineæ circulares in sphærâ descriptæ: linearum rectarum in plano coitio non ita sub sensum cadit, ac curvatura linearum circularium in sphærâ.

δ' ἔχει καὶ περὶ τῶν πρὸς νότον καὶ τὰς ἄρκτους. Τὸ μέντοι πλέον κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἀκοῇ παραλαβόντες συντίθεμεν· καὶ τό, τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην φύσιν, ὁποία καὶ ὁπόση· τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά. Σχῆμα γὰρ καὶ χρόαν καὶ μέγεθος μήλου, καὶ ὀσμὴν καὶ ἁφὴν καὶ χυμὸν ἀπαγγέλλουσιν αἱ αἰσθήσεις· ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μεγάλων σχημάτων, τὰ μέρη μὲν αἴσθησις ὁρᾷ, τὸ δ' ὅλον ἐκ τῶν ὁραθέντων ἡ διάνοια τίθησιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ φιλομαθεῖς ἄνδρες, ὥσπερ αἰσθητηρίοις πιστεύσαντες τοῖς ἰδοῦσι καὶ πλανηθεῖσιν οὓς ἔτυχε τόπους, ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τῆς γῆς, συντιθέασιν εἰς ἓν διάγραμμα τὴν τῆς ὅλης οἰκουμένης ὄψιν. Ἐπεὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ πάντα μὲν αὐτοὶ πράττουσιν, οὐ πανταχοῦ δὲ πάρεισιν· ἀλλὰ πλεῖστα κατορθοῦσι δι' ἑτέρων, ἀγγέλοις πιστεύοντες, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διαπέμποντες οἰκείως τὰ προστάγματα. Ὁ δ' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας, ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον· ἥ τις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρεῖττόν ἐστι.

Μάλιστα δ' οἱ νῦν ἔχοιεν ἄμεινον ἄν τι λέγειν περὶ τῶν κατὰ Βρεττανοὺς καὶ Γερμανοὺς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον, τούς τε ἐντὸς καὶ τοὺς ἐκτὸς, Γέτας τε, καὶ [a] Τυριγέτας, καὶ Βαστάρνας· ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Καύκασον, οἷον [b] Ἀλβανοὺς καὶ Ἴβηρας. [c] Ἀπήγγελται δ' ἡμῖν καὶ ὑπὸ τῶν τὰ Παρθικὰ συγγραψάντων τῶν περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν [d] Ἀρτεμείτην, ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανήν. Τῶν τε Ῥωμαίων καὶ εἰς τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν [e] ἐμβαλλόντων μέ-

---

[a] Τυριγέτας.] Variant de hoc nomine scripti codices. Mſ. Regius aliquando ſcribit Τυῤῥεγίτας, aliquando Τυρεγγέτας, & Τυρέτας: ſæpius Τυρίγετας, & ita mſ. Mediceus. Editi ſibi ipſis non conſtant, & habent modo Τυριγέτας, modo Τυρηγέτας aut Τυῤῥηγέτας. Hi populi Tyræ fluvii oſtia incolebant, unde nomen iis inditum eſt. De his Strabo non ſemel.

[b] Ἀλβανούς,] Mſ. Reg. Ἀρβανοὺς: at idem codex aliàs Ἀλβανοὺς, quod nomen cæteri geographi agnoſcunt. De hâc gente Strabo, lib. XI.

[c] Ἀπήγγελται δ' ἡμῖν, &c.] Caſaubonus malè tractatum ab interpretibus locum cenſet, quem ſic intelligit: *expoſita ſunt à nobis ea quæ de Hyrcaniâ & Bactrianâ accuratiùs quàm alii conſcripſit Apollodorus.* Interpretationem hanc tuetur, quod Strabo de his regionibus ex Apollodoro refert, lib. XI.

affirmo. Pleraque tamen ut illi, ita nos quoque auditu percepta compoſuimus : itáque figuram, magnitudinem, omnemque naturam & conditiones terræ collegimus : quo modo intellectus ex iis quæ ſenſus ſuppeditat, notiones in animo effingit. Figuram enim, colorem, magnitudinemque pomi, tum odorem, tactum, & ſaporem ſenſus indicant : ex his intellectus pomi notionem componit. Ipſarumque etiam magnarum figurarum partes ſenſus cernit, totum intellectus ex viſis concipit. Ita & cognitionis avidi fidem adhibentes veluti ſenſibus, alias atque alias terræ partes pervagatis ac contemplatis, totius habitatæ terræ unam quandam compoſitam deſcriptionem ob oculos ponunt. Sic & imperatores, ipſi quidem omnia agunt, non ubique tamen adſunt, ſed multa aliorum operâ perficiunt, nunciis credentes, & pro rebus auditis mandantes. Qui verò contendit eos ſolos ſcire, qui viderint, is auditûs in judicando officium tollit, ad ſcientiam parandam longè viſu utilius.

Præſertim verò noſtræ ætatis homines certius aliquid dicere poſſunt de Britannis, Germanis, Iſtri accolis, interioribus & exterioribus, Getis, Tyrigetis, Baſtarnis, & ad Caucaſum habitantibus, ut Albanis & Iberis. [30] Apollodorus quoque Artemita, Parthici belli ſcriptor, multa nobis accuratiùs cognita tradidit de Hyrcaniâ & Bactrianâ. Quin & in Arabiam felicem Romani jam cum exercitu profecti ſunt, [31] ductore Ælio Gallo, amico ac

d Ἀρτεμιτηνὸν.] Ita ſcripti & editi omnes. Stephanus tamen Byzantinus, verbo Ἀρτέμιτα, ex ipſo Apollodoro docet, nomen gentile Artemitæ efferendum eſſe per α, Ἀρταμιτηνός.

e ἐμβαλλόντων.] Mallet Caſaubonus ἐμβαλόντων, & ſic habet codex Mediceus. Regius, ἐκβαλόντων.

30 *Apollodorus.*] Scriptor Straboni coætaneus, ſæpius à geographo noſtro adductus, apud Athenæum quoque laudatur. Vide Deipnoſoph., lib. X, p. 682, ubi quartus citatur Parthicorum Apollodori liber.

31 *ductore Ælio Gallo.*] De hâc expeditione fusè Strabo, lib. XVI & XVII.

τὰ στρατιᾶς νεωστὶ, ἧς ἡγεῖτο ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος· τῶν τε ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων στόλος ἤδη πλεόντων διὰ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, ἃ πολὺ μᾶλλον καὶ ταῦτα ἔγνωσται τοῖς νῦν ἢ τοῖς πρὸ ἡμῶν. Ὅτε γοῦν Γάλλος ὑπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης, καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων, ἱστοροῦμεν ὅτι καὶ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι νῆες πλέοιεν ἐκ Μυὸς ὅρμου πρὸς τὴν Ἰνδικήν· πρότερον [f] ἐπὶ τῶν Πτολεμαϊκῶν βασιλέων, ὀλίγων παντάπασι θαρρούντων πλεῖν, καὶ τὸν Ἰνδικὸν ἐμπορεύεσθαι φόρτον.

Τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ κυριώτατα καὶ πρὸς ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικὰς ταύτας, σχῆμα καὶ μέγεθος, ὡς εἰπεῖν, ἁπλούστατα ἐγχειρεῖν, τὸ πίπτον εἰς τὸν γεωγραφικὸν πίνακα, συμπαραδηλοῦντα καὶ τὸ ποῖόν τι καὶ τὸ πόσον μέρος τῆς ὅλης γῆς ἐστί. Τοῦτο μὲν γὰρ οἰκεῖον τῷ γεωγράφῳ. Τὸ δὲ περὶ ὅλης ἀκριβολογεῖσθαι τῆς γῆς, καὶ περὶ σπονδύλου παντὸς τῆς λεγομένης ζώνης, ἄλλης τινὸς ἐπιστήμης ἐστίν· οἷον εἰ περιοικεῖται καὶ κατὰ θάτερον τεταρτημόριον ὁ σπόνδυλος· καὶ γὰρ εἰ οὕτως ἔχει, οὐχ ὑπὸ τούτων γε οἰκεῖται τῶν παρ᾽ ἡμῖν· ἀλλ᾽ ἐκείνην ἄλλην οἰκουμένην θετέον· ὅπερ ἐστὶ πιθανόν. Ἡμῖν δὲ τὰ ἐν αὐτῇ ταῦτα λεκτέον.

Ἔστι δή τι χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης· οὗ τὸ μὲν πλάτος ὑπογράφει τὸ μέγιστον ἡ διὰ τοῦ Νείλου γραμμὴ, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου, καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων τῶν φυγάδων νήσου, μέχρι τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης παραλλήλου· τὸ δὲ μῆκος, ἡ ταύτης πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῆς ἑσπερίας διὰ στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ, μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, παρὰ τὸν Ταῦρον ἰοῦσα, τὸν διεζωκότα τὴν Ἀσίαν, καὶ καταστρέφουσα ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν, μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς Βακτριανῆς Σκυθῶν. Δεῖ δὴ νοῆσαι παραλληλόγραμμόν τι, ἐν ᾧ τὸ χλαμυδοειδὲς σχῆμα ἐγγέγραπ-

[f] ἐπὶ τῶν, &c.] Editi, ἐκ τῶν, &c. Nos pro ἐκ reposuimus ἐπὶ, ex mſ. Regio

ſodali

sodali nostro: & Alexandrinorum mercatorum classis per Nilum jam navigans & Arabicum sinum usque ad Indiam, multo ista nobis, quàm olim fuerant, notiora reddidit. Quo tempore Gallus Ægypto præfuit, ad ipsum veni, unáque usque ad Syenem & fines Æthiopiæ adscendi, ibique comperi CXX naves à Muris portu Indiam versùs navigare: cùm sub Ptolemæis regibus perpauci auderent navigare, & merces Indicas advehere.

Primum proinde ac potissimum est ad scientiam & usus civiles, figuram & magnitudinem quàm simplicissimè in tabulam geographicam aptare, simulque quæ & quanta totius terræ sit portio, indicare. Hoc enim proprium est geographi. Subtiliter autem de totâ disputare terrâ, & de uniuscujusque zonæ vertebrâ, alterius est scientiæ: ut utrum in alterâ etiam parte vertebræ quadrans inhabitetur: nam si ita res habet, certè non à nostris habitatur hominibus, sed aliam illam terram appellari debere probabile est. Nobis de nostrâ dicendum est.

Est ergo hujus figura chlamydis formâ similis. Maximam ejus latitudinem linea per Nilum ducta describit, incipiens à Cinnamomiferæ regionis parallelo, & [32] Ægyptiorum exulum insulâ, desinens in parallelum Hiberniæ: longitudinem alia, in hanc ad angulos æquales incidens ab occidente ducta per columnas & fretum Siculum, usque ad Rhodum & sinum Issicum, inde præter Taurum, qui Asiam dirimit, & in orientale desinens mare inter Indos & supra Bactrianam sitos Scythas. Intelligendum est verò parallelogrammum quoddam, in quo chlamydiformis hæc figura ita inscripta sit, ut longitudini longitudo

& Mediceo. Sic non in libris tantùm, sed & in ære & marmore. Ἐπὶ τοῦ Ἄρχοντος, ἐπὶ τοῦ Πρυτάνεως, ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ, &c.

ου πόσον.] Scripti duo, teste Casaubono, πισῶν.

32 *Ægyptiorum exulum insulâ.*] De quâ Strabonem vide, lib. XVII initio.

λαι οὕτως, ὥστε τὸ μῆκος τῷ μήκει ὁμολογεῖν, [h] καὶ ἴσον εἶναι τὸ μέγιστον, καὶ τὸ πλάτος τῷ πλάτει. Τὸ μὲν δὴ χλαμυδοειδὲς σχῆμα, οἰκουμένη ἐστί. Τὸ δὲ πλάτος ὁρίζεσθαι ἔφαμεν αὐτῆς, ταῖς ἐσχάταις παραλλήλοις πλευραῖς, ταῖς διοριζούσαις τὸ οἰκήσιμον αὐτῆς, καὶ τὸ ἀοίκητον ἐφ' ἑκάτερα· αὗται δ' ἦσαν, πρὸς ἄρκτους μὲν, ἡ διὰ τῆς Ἰέρνης· πρὸς δὲ τῇ διακεκαυμένῃ, ἡ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου· αὗται δὴ προσεκβαλλόμεναι ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς, καὶ ἐπὶ τὰς δύσεις μέχρι τῶν ἀνταιρόντων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ποιήσουσί τι παραλληλόγραμμον πρὸς τὰς ἐπιζευγνυούσας διὰ τῶν ἄρκτων αὐτάς.

Ὅτι μὲν οὖν ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ οἰκουμένη, φανερὸν, ἐκ τοῦ μήτε τὸ πλάτος αὐτῆς τὸ μέγιστον ἔξω πίπτειν αὐτοῦ, μήτε τὰ μῆκος. Ὅτι δ' αὐτῆς χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμά ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ ἄκρα μυουρίζειν τὰ τοῦ μήκους ἑκατέρωθεν· κλυζόμενα δ' ἀπὸ τῆς θαλάττης, καὶ ἀφαιρεῖν τοῦ πλάτους· [i] τοῦτο δὲ ἦ δῆλον ἐκ τῶν περιπλευσάντων τά τε ἑῷα μέρη, καὶ τὰ δυσμικὰ ἑκατέρωθεν· τῆς τε γὰρ Ἰνδικῆς νοτιωτέραν πολὺ τὴν Ταπροβάνην καλουμένην νῆσον ἀποφαίνουσιν, οἰκουμένην ἔτι καὶ ἀνταίρουσαν τῇ τῶν Αἰγυπτίων νήσῳ, καὶ τῇ τὸ Κιννάμωμον φερούσῃ γῇ· τὴν μὲν γὰρ κρᾶσιν τῶν ἀέρων παραπλησίαν εἶναι· τῆς τε μετὰ τοὺς Ἰνδοὺς Σκυθίας τῆς ὑστάτης, ἀρκτικώτερά ἐστι τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ κατὰ τὴν Ἰέρνην· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἔξω στηλῶν λέγεται. Δυσμικώτατον μὲν γὰρ σημεῖον τῆς οἰκουμένης, τὸ τῶν Ἰβήρων ἀκρωτήριον, ὃ καλοῦσιν Ἱερόν· κεῖται δὲ κατὰ γραμμήν πως πρὸς τὴν διὰ Γαδείρων τε καὶ στηλῶν, καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας· συμφωνεῖν γὰρ καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τοὺς ἀνέμους φασὶ τοὺς ἑκατέρωσε φοροὺς, καὶ τὰ μήκη τῶν μεγίστων ἡμερῶν τε καὶ νυκ-

---

[h] καὶ ἴσον εἶναι.] Ferunt editi omnes καὶ ὅσον εἶναι. At manifestum est Strabonem scripsisse ἴσον, non ὅσον. Casaubonus jam monuit ex veteribus libris scribendum esse ἴσον: sic legebat vetus interpres. & sic habet codex Regius.

[i] τοῦτο δὲ ἦ δῆλον.] Vocula ἦ videtur hic abundare. Eam non agnoscunt quinque veteres scripti à Casaubono citati.

respondeat, [33] sitque maximæ æqualis, & latitudo latitudini. Hæc chlamydiformis ergo figura, terra est habitata. Latitudinem ejus docuimus definiri extremis parallelis lineis, quæ habitatas ejus partes ab habitationi ineptis dirimunt: eæ sunt, versùs septentrionem per Hiberniam transiens; ad zonam verò torridam, per Cinnamomiferam: quæ lineæ versùs ortum occasumque protractæ usque in oppositas terræ habitatæ partes, cum lineis per septentrionem ductis, & has conjungentibus, parallelogrammum includent.

In hoc autem esse terram habitatam ex eo patet, quòd neque latitudo ejus maxima extrà cadit, neque longitudo. Esse autem eam chlamydi formâ similem, quia extrema longitudinis utrinque in acutum coarctantur, mari alluente, & de latitudine aliquid detrahente: id sciri certò potest ex iis qui utrinque & ortivas & occiduas partes navibus sunt circumvecti. Pronunciant enim ii, Taprobanam insulam multo longiùs versùs meridiem quàm sit India, sitam, cultam, & oppositam Ægyptiorum insulæ, & Cinnamomiferæ regioni: cum quibus eandem habet aëris temperiem: & quæ sita sunt [34] ad os maris Hyrcani, atque adhuc magis Hibernia, magis versùs septentrionem inclinant quàm extrema Scythia quæ est post Indos. Similiter de eo quod est extra columnas, dicitur. [35] Terræ enim habitatæ punctum maximè occiduum est promontorium Hispaniæ, quod Sacrum dicitur, situm ferè in eâ lineâ, quæ per Gades, columnas, fretum Siculum & Rhodum transit: nam & horologia aiunt convenire, & eosdem utrinque ventos fer-

[33] *sitque maximæ æqualis.*] Ita interpretamur, Græcis restitutis. Vide not. h.

[34] *ad os maris Hyrcani.*] Juxta Strabonem os erat quo oceanus septentrionalis in mare Hyrcanum seu Caspium, tanquam in sinum quemdam, infundebatur. Plura dicemus aliàs de hâc falsâ veterum geographorum opinione. Interim vide infrà, not. 38.

[35] *Terræ enim habitatæ punctum maximè occiduum est*, &c.] Nedum totius terræ habitatæ, ne Europæ quidem est maximè occiduum punctum, promontorium id quod Sacrum vocant: nobis, *le cap de S. Vincent.* Vide lib. III initio, not. 7.

τῶν· ἔστι γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ὡρῶν ἰσημερινῶν [k] ἡ μεγίστη ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν. [l] Ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἴβηρας ποτὲ ὁρᾶσθαι, Ποσειδώνιος δ᾽ ἔκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους φησὶν ἰδεῖν, ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτόν· ἔκ τούτου τε μικρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτόν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ· τὴν γὰρ Εὐδόξου σκοπὴν, οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι· λέγεσθαι δ᾽ ὅτι ἐκεῖνος ἐντεῦθεν ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα· εἶναι δ᾽ ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν Κνίδον, ἐφ᾽ οὗ καὶ τὰ Γάδειρα, καὶ ἡ ταύτῃ παραλία.

Ἐντεῦθεν δὲ πρὸς μὲν τὰ νότια μέρη πλέουσιν, ἡ Λιβύη κεῖται· ταύτης δὲ τὰ δυσμικώτατα, [m] μικρὰ τῶν Γαδείρων πρόκειται μᾶλλον· εἶτ᾽ ἄκραν ποιήσαντα στενὴν ἀναχωρεῖ πρὸς ἕω καὶ νότον, καὶ πλατύνεται κατ᾽ ὀλίγον, ἕως ἂν τοῖς [n] Αἰθερίοις Αἰθίοψι συνάψῃ· οὗτοι δ᾽ ὑπόκεινται τῶν περὶ Καρχηδόνα τόπων ὕστατοι, συνάπτοντες τῇ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου γραμμῇ. Εἰς δὲ τἀναντία πλέουσιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῶν Ἀρτάβρων καλουμένων, ὁ πλοῦς ἐστι πρὸς ἄρκτον, ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν Λυσιτανίαν· εἶτ᾽ ὁ λοιπὸς πρὸς ἕω πᾶς ἀμβλεῖαν γωνίαν ποιῶν,

---

[k] *ἡ μεγίστη ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν.*] Verba hæc *ἡ μεγίστη ἡμερῶν* in editis omissa, reposuimus ex mſ. Mediceo. Lectionem hanc ipſa ſententia tuetur ſatis. Cùm autem eo in loco verba eadem ſæpius repetantur, in eo exſcribendo ſummâ diligentiâ opus fuit, ne quid miſceretur aut conturbaretur; unde minimè mirum negligentes librarios in pluribus mſſ. codicibus plures omiſiſſe voces quas ex accuratioribus libris ſupplevimus. Græcis reſtitutis Latina accommodavimus.

[l] *Ἔν τε τῇ παραλίᾳ*, &c.] Quædam hic perperam tranſpoſita, è margine in contextum temerè irrepſiſſe judicat Abr. Gronovius, (animadv. in Strab., p. 163.) Sic autem ex fragmento mſ. bibliothecæ Mediceæ totum hunc locum legendum cenſet. Statim à verbis *καὶ νυκτῶν*, ita pergit: *Ποσειδώνιος δ᾽ ἐκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῆς παραλίας τῆς κατὰ Γάδειρα καὶ Ἴβηρας ὅσον τετρακοσίους σταδίους, φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα*, &c. Sed vulgatam lectionem retinuimus, cùm ea ſenſum optimum exhibeat, ſolâ interpunctione reſtitutâ.

[m] *μικρά.*] Caſaubonus mallet *μικρῷ.* Abrah. Gronovius, in fragmento mſ. biblioth. Mediceæ, legit *μικρὸν*, quod quidem, eodem Gronovio judice, rejiculum non eſt.

[n] *Αἰθερίοις Αἰθίοψι.*] Hanc eamdem lectionem exhibent tum typis tum calamo exarati codices. Plinius, lib. IV, cap. 30, initio, ait gentem univerſam

ri, & eandem esse utrobique longissimæ diei vel noctis quantitatem: est enim maxima dierum & noctium, XIV horarum æquinoctialium: & in orâ maritimâ Gaditanâ atque Hispanicâ aliquando observatam fuisse, quin & Posidonius refert se de excelsâ quâdam domo in urbe ab iis locis ad CCC stadia distante, vidisse stellam, quam existimaverit esse Canopum: & qui inde versùs meridiem ex Hispaniâ paululum progressi sint, fateri se eum cernere: 96 quod etiam testantur observationes quæ in Cnido. Est enim in Cnido Eudoxi specula, non multo domibus sublimior, ex quâ is fertur Canopum spectasse: esse autem Cnidum in Rhodiaco climate, in quo & Gades, oraque maritima ejus.

Inde versùs meridiem navigantibus Africa occurrit, cujus partes occidentalissimæ paululum ultra Gades procurrunt: inde arcto promontorio facto versùs orientem & meridiem reflectitur, paulatimque in latum porrigitur, donec Æthiopas Ætherios attingat: hi sunt ultimi infra Carthaginem, attingentes Cinnamomiferæ parallelum. Qui verò in contrariam partem navigant, ab Sacro promontorio ad Artabros, eorum cursus versùs septentrionem dirigitur, ad dextram manum habentium Lusitaniam: deinceps reliquus versùs orientem ad angulum obtusum, usque ad extrema Pyrenes, quæ in oceanum de-

---

Æthiopum, Ætheriam appellatam esse. Hìc autem Ætherios Strabo appellat, Æthiopes ad meridiem Carthaginis sitos, id est Æthiopes occiduos. Orientales enim Æthiopes erant ad meridiem Ægypti. Porrò nuspiam aliàs Strabo Æthiopes occiduos dicit, *Ætherios*, sed *Hesperios*. Strabonis epitome Æthiopiam quam hìc Ætheriam Strabo vocat, *occidentalem* appellat *Mauritaniæ oram*. Unde parùm est quin pronunciemus legendum esse Ἑσπερίους pro *Αἰθερίους*. Sed cohibet nos editorum & scriptorum consensus unanimis.

---

96 *quod etiam testantur observationes quæ in Cnido.*] Græcè *ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ*. Hanc esse eo loco potestatem vocis *ἱστορίας* nemo, quod credimus, negaverit. Id enim liquidò constat ex iis quæ sequuntur. Ergo malè Xylander hæc interpretatus est de *Cnidiâ historiâ*.

μέχρι τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων τῶν τελευτώντων εἰς τὸν ὠκεανόν· τούτοις δὲ τὰ ἑσπέρια τῆς Βρεττανικῆς ἀντίκειται πρὸς ἄρκτον· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Ἀρτάβροις ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον, αἱ Καττιτερίδες καλούμεναι νῆσοι, πελάγιαι κατὰ τὸ Βρεττανικόν πως κλίμα ἱδρυμέναι. Ὥστε δῆλον ἐφ᾽ ὅσον συνάγεται τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης κατὰ μῆκος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου πελάγους εἰς στενόν.

Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ καθόλου σχήματος, χρήσιμον φαίνεται δύο λαβεῖν εὐθείας· αἳ τέμνουσαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλας, ἡ μὲν διὰ τοῦ μήκους ἥξει τοῦ μεγίστου παντός· ἡ δὲ διὰ τοῦ πλάτους· καὶ ἡ μὲν τῶν παραλλήλων ἔσται μία· ἡ δὲ τῶν μεσημβρινῶν· ἔπειτα ταύταις παραλλήλους ἐπινοοῦντας ἐφ᾽ ἑκάτερα, διαιρεῖν κατὰ ταύτην τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν ᾗ χρώμενοι τυγχάνομεν· καὶ γὰρ τὸ σχῆμα μᾶλλον ἂν καταφανὲς γένοιτο ὁποῖον εἰρήκαμεν, καὶ τὸ μέγεθος τῶν γραμμῶν, ἄλλα καὶ ἄλλα μέτρα ἐχουσῶν, τῶν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους· καὶ τὰ κλίματα [p] ἀποδηλωθήσεται βέλτιον, τά τε ἑωθινὰ μᾶλλον καὶ τὰ ἑσπέρια, ὡς δ᾽ αὔτως τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. Ἐπεὶ δὲ διὰ γνωρίμων τόπων λαμβάνεσθαι δεῖ τὰς εὐθείας ταύτας, αἱ μὲν ἐλήφθησαν ἤδη· λέγω δὲ τὰς μέσας δύο, τήν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους τὰς λεχθείσας πρότερον· αἱ δ᾽ ἄλλαι ῥᾳδίως γνωρίζοιντ᾽ ἂν διὰ τούτων· τρόπον γάρ τινα στοιχείοις χρώμενοι τούτοις τὰ παράλληλα μέρη συνεχόμεθα, καὶ τὰς ἄλλας σχέσεις τῶν οἰκήσεων, τάς τ᾽ ἐπὶ γῆς καὶ πρὸς τὰ οὐράνια.

Πλεῖστον δ᾽ ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς· ὁμοίως δὲ ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας· προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη· διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἤπειροί τε, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν, καὶ τἄλλα ποικίλματα ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. Ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν νήσων πλῆθός ἐστι κατεσπαρμένον, ἔν τε τοῖς πελάγεσι καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν· ἄλλων ἄλλας ἀρετάς τε καὶ κακίας, καὶ τὰς ἀπ᾽ αὐτῶν

[p] ἀποδηλωθήσεται.] Sic editi; at mſ. Mediceus & fragmentum mſ. biblioth.

ſinunt. His occiduæ Britanniæ partes oppoſitæ ſunt versùs ſeptentrionem. Itemque Artabris versùs ſeptentrionem opponuntur inſulæ Caſſiterides, in pelago, & Britannico propemodum ſitæ climate. Itaque ergo liquet in quantum contrahantur extrema habitatæ terræ ſecundùm longitudinem à circumfuſo mari.

Proinde cùm hæc ſit univerſi figura, è re videtur fore, ut duæ ſumantur rectæ lineæ, quæ ſe invicem ad angulos rectos partitæ, altera longitudinem maximam, altera eodem modo latitudinem contineat: atque harum altera erit una de parallelis, altera de meridianis; deinde ut imaginemur utrique parallelum, itáque dividamus terram & mare quo utimur. Sic enim magis apparebit figura, qualem tradidimus, & linearum magnitudo identidem mutata, tam earum quæ latitudinem, quàm earum quæ longitudinem explicant: meliùs etiam demonſtrabuntur inclinationes locorum versùs quatuor mundi plagas. Quandoquidem verò iſtas lineas duci neceſſe eſt per loca nota: mediæ quidem duæ, longitudinem latitudinemque complectentes, jam antè ductæ ſunt & explicatæ: reliquæ hâc ratione facilè percipientur: quodammodo enim his tanquam principiis uſi, æqualiter diſtantes partes & reliquas habitationum rationes complexi ſumus, quas vel ad terram habent, vel ad cœleſtia.

Plurimùm autem mare terram deſcribit, & in formam redigit, ſinus efficiens, & alta maria, & freta, nec non iſthmos, peninſulas, atque promontoria: eique operam in hoc navant & amnes & montes: horum enim ope continentes, nationes, urbiumque commodi ſitus excogitati ſunt, aliæque varietates, quarum plena eſt tabula ſingulis regionibus deſcribendis aptata. In his & inſularum multitudo eſt diſperſa cùm in alto mari, tum in orâ continentis paſſim, quarum aliæ aliis, adſunt vel virtutes

---

Mediceæ ἀποδοθήσεται: lectio non incommoda, quæ eòdem recidit, & quam mſ. Regius exhibebat: ſed eam recentior manus ad lectionem vulgatam revocavit.

χρείας ἐπιδεικνυμένων ἢ δυσχρηστίας, τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ ἐκ κατασκευῆς. [p] Τὰς φύσει, δεῖ λέγειν· διαμένουσι γάρ· αἱ δ' ἐπίθετοι δέχονται μεταβολάς· καὶ τούτων δὲ τὰς πλείω [q] χρόνον συμμένειν δυναμένας, ἐμφανιστέον· μὴ πολὺν μὲν, ἄλλως δ' ἐπιφάνειαν μὲν ἐχούσας τινὰ καὶ δόξαν, ἣ πρὸς τὸν ὕστερον χρόνον παραμένουσα, τρόπον τινὰ συμφυῆ τοῖς τόποις ποιεῖ καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν· ὥστε δῆλον, ὅτι δεῖ καὶ τούτων μεμνῆσθαι. Περὶ πολλῶν γάρ ἐστι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν, ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν, ὥστ' εἰ μηδὲ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα. Ἀλλ' ὅμως καὶ [r] εἰς τούτους τοὺς τόπους, καὶ εἰς ἄλλους ἀφικνοῦνται ἄσμενοι, [s] τά τ' ἴχνη ποθοῦντες ἰδεῖν τῶν οὕτω διωνομασμένων ἔργων, καθάπερ καὶ τοὺς τάφους τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν. Οὕτω δὲ καὶ νομίμων καὶ πολιτειῶν μεμνήμεθα τῶν μηκέτι οὐσῶν· ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφελείας [t] προσκαλουμένης τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων· ἢ γὰρ ζήλου χάριν, ἢ ἀποτροπῆς τῶν τοιούτων.

Λέγομεν [u] δ' ἀναλαβόντες ἀπὸ τῆς πρώτης ὑποτυπώσεως, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη γῆ περίρρυτος οὖσα, δέχεται κόλπους εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κατὰ τὸν ὠκεανὸν πολλοὺς, μεγίστους δὲ τέσσαρας· ὧν ὁ μὲν βόρειος, Κασπία καλεῖται θάλαττα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν· ὁ δὲ Περσικὸς καὶ Ἀράβιος, ἀπὸ τῆς νοτίας ἀναχέονται θαλάττης, ὁ μὲν τῆς Κασπίας καταντικρὺ μάλιστα, ὁ δὲ τῆς Ποντικῆς. Τὸν δὲ τέταρτον ὅσπερ πολὺ τούτους ὑπερβέβληται κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα ἀπεργάζεται, τὴν μὲν

---

p Τὰς φύσει, &c.] Locus hic vitiosâ interpunctione maximè laborabat, quam emendavimus juxta Casauboni conjecturas, & Xylandri translationem. Scripsimus quoque τὰς pro ἃς, eodem Casaubono auspice; & certè id postulat phrasis ipsa, cujus mentem assecutus Xylander, & optimè interpretatus est.

q χρόνον.] Mſ. Regius χρόνῳ, quod non probamus.

r εἰς τούτους τοὺς τόπους.] Sic editi veteres & mſ. Regius: rectè. Posteriores editi οἱ pro εἰς exhibent, sanè ex typographorum oscitantiâ.

s τά τ' ἴχνη.] Vulgo τὰ ἴχνη: Casaubonus legebat cum veteribus τά γε ἴχνη: nos τά τ' ἴχνη cum mſ. Regio.

t προσκαλουμένης.] Veteres editi & mſ. Regius προκαλουμένης.

u Λέγομεν.] Mſ. Regius Λέγωμεν.

vel

vel vitia, aliæ utilitates aliis, alia incommoda partim naturâ loci, partim opere humano. Et naturales quidem oportet referre locorum conditiones, cùm permaneant, mutationi obnoxiis iis quæ sunt adscititiæ: [37] quanquam harum quoque pleræque non sunt prætereundæ, quæ aliquanto saltem tempore permansuræ sunt, ac quibus aliquid famæ & nobilitatis adhæret: hæc enim etiam ad posteritatem locis illis inhærens, efficit ut quasi adnata videantur ea quæ jam pridem desierunt esse accidentia: ut facilè appareat, horum quoque faciendam mentionem. Hoc enim de multis urbibus licet pronunciare, quod de Olyntho & vicinis dixit Demosthenes: quas ita ait deletas esse, ut si quis nunc ad ea loca perveniat, is dubitare possit unquamne ibi fuerit habitatum. Veruntamen in hujusmodi loca libenter homines proficiscuntur, ipsa vestigia tam nobilium operum cupientes videre, sicut & sepulcra inclytorum virorum. Eâdem ratione legum quoque & formarum reipublicæ recordamur jam ibi abolitarum, utilitate ad hanc cognitionem non secus quàm ad actionum notitiam invitante: aut enim ut imitemur ea, aut ut devitemus, cognita nobis esse cupimus.

Nos autem repetitâ primâ designatione hoc nunc addimus, terram nostram habitatam mari circumdatam in se ab externo mari sive oceano multos admittere sinus: maximos autem quatuor: de quibus [38] is qui ad septentrionem spectat, Caspium vocatur mare, sive Hyrcanum. Persicus autem sinus, & sinus Arabicus à meridionali infunduntur mari, alter maximè è regione Caspii maris, alter ex oppositâ Ponto Euxino parte. Quartus, qui magnitudine dictos multùm superat, internum & nostrum

---

[37] *quanquam harum quoque*, &c.] Sensus est: eas non esse prætereundas quæ diutiùs permanere valent; imò nec eas quæ non diù quidem permansuræ sunt, sed aliquid habent nobilitatis & famæ. Id non planè assecutus est Xylander. Felicior fuit hâc vice vetus interpres.

[38] *is* (*sinus*) *qui ad septentrionem spectat, Caspium vocatur mare.*] Fallitur Strabo. Caspium enim mare, non sinus oceani, sed mare per se. De his fusiùs ad lib. XI. Vide quoque suprà not. 34.

ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λαμβάνουσα, καὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμοῦ· μηκυνομένη δ᾽ εἰς τὸ πρὸς ἕω μέρος, x ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει· μετὰ δὲ ταῦτα σχιζομένη καὶ τελευτῶσα εἰς δύο κόλπους πελαγίους, τὸν μὲν ἐν ἀριστερᾷ, ὅνπερ Εὔξεινον πόντον προσαγορεύομεν· τὸν δ᾽ ἕτερον τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους, καὶ τοῦ Παμφυλίου, καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ. Ἅπαντες δὲ οἱ λεχθέντες ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κόλποι, στενὸν ἔχουσι τὸν εἴσπλουν· y μᾶλλον μὲν ὅ, τε Ἀράβιος καὶ ὁ κατὰ στήλας, ἧττον δ᾽ οἱ λοιποί. Ἡ δὲ περικλείουσα αὐτοὺς γῆ τριχῇ νενέμηται, καθάπερ εἴρηται. Ἡ μὲν οὖν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη πασῶν ἐστιν· ἡ δὲ Λιβύη τἀναντία πέπονθεν· ἡ δὲ Ἀσία μέσην πως ἀμφοῖν ἔχει τὴν διάθεσιν· ἅπασαι δ᾽ ἐκ τῆς ἐντὸς παραλίας, ἔχουσι τὴν αἰτίαν τοῦ τε πολυσχήμονος καὶ τοῦ μή· ἡ δ᾽ ἐκτὸς πλὴν τῶν λεχθέντων κόλπων ἁπλῆ καὶ χλαμυδοειδής ἐστιν, ὡς εἶπον· τὰς δ᾽ ἄλλας ἐν μικρῷ διαφορὰς ἐατέον· οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖς μεγάλοις τὸ μικρόν.

Ἔτι δὲ ἐπεὶ κατὰ τὴν γεωγραφικὴν ἱστορίαν οὐ σχήματα μόνον ζητοῦμεν καὶ μεγέθη τόπων, ἀλλὰ καὶ σχέσεις πρὸς ἄλληλα αὐτῶν, ὥσπερ ἔφαμεν, καὶ ἐνταῦθα τὸ ποικίλον ἡ ἐντὸς παραλία παρέχεται μᾶλλον, ἢ ἡ ἐκτός· πολὺ δ᾽ ἐστὶ z καὶ τὸ γνώριμον, καὶ τὸ εὔκρατον, καὶ τὸ πόλεσι καὶ ἔθνεσιν εὐνομουμένοις μᾶλλον συνοικούμενον ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖ. Ποθοῦμέν τε εἰδέναι ταῦτα, ἐν οἷς πλείους παραδίδονται πράξεις καὶ πολιτεῖαι καὶ τέχναι, καὶ τἆλλα ὅσα εἰς φρόνησιν συνεργεῖ, a αἵ τε χρεῖαι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα, ὧν ἐν ἐφικτῷ αἱ ἐπιπλοκαὶ καὶ κοινω-

---

x ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει.] Sic emendabat Casaubonus, cui adstipulatur fragmentum ms. bibliothecæ Mediceæ. Editi ἐν ἄλλῳ πλάτει.

y μᾶλλον μὲν.] Vulgò μᾶλλον δέ. Emendamus ex ms. Mediceo μᾶλλον μὲν, quod meliùs convenit juxta solitam oppositionem particularum μὲν & δέ: μᾶλλον μὲν ὅ τε Ἀράβιος..... ἧττον δ᾽ οἱ λοιποί.

z καὶ τὸ γνώριμον.] Verba hæc desunt in posterioribus editis & in translatione Xylandrinâ. Nos supplevimus ex veteribus editis, ex fragmento ms. biblioth. Mediceæ & ex ms. Regio. Ea quoque expressimus in interpretatione Latinâ.

a αἵ τε χρεῖαι.] Sic codex Regius, sic legebat vetus interpres; & ipsa phrasis ita legi postulat. Vulgò αἱ χρεῖαι.

(ut nominant) mare efficit, incipiens ab occaſu, & freto quod eſt ad columnas Herculis, ac deinde diverſâ latitudinis ratione versùs ortum protentum, donec in duos tandem marinos finditur ſinus : quorum alter ad ſiniſtram ſitus, Euxinum mare dicitur, alter Ægyptio, Pamphylio, & Iſſico mari conſtat. Hi omnes ab externo mari effecti ſinus, anguſtos habent introitus, magis tamen Arabicus & mare mediterraneum, quàm reliqui. Terra autem eos includens, in tres eſt, ut docuimus, diviſa partes. Atque Europa quidem omnium maximè variam habet figuram : omnium ſimpliciſſimam Africa : medium tenet Aſia : cauſa hujus vel diverſitatis vel æqualitatis figuræ pendet ab interiore orâ maritimâ : ora exterior, [39] ſimplex, formam refert chlamydis, ut dixi, ſinubus quos retuli demptis, omiſſiſque exiguis quibuſdam differentiis: nam in magnâ quantitate exiguæ nullus eſt locus.

Enimvero ſiquidem in hiſtoriâ geographicâ non figuras modò quærimus & quantitates locorum, ſed & mutuam (ut monui) eorum collationem : hâc in parte interni maris ora majorem quàm externi præbet varietatem : [40] nam & illa magis nota eſt, & ejus major eſt temperamenti æqualitas : pluresque in ipsâ quàm in alterâ urbes ſunt ac gentes bonis utentes legibus. Nos autem ea ſcire cupimus, in quibus plura negotia, plures reipublicæ adminiſtrationes, artes plures aliaque ad prudentiam conducentia: tum noſtræ neceſſitates ad ea nos ducunt, quorum commercia & ſocietas nobis parari poſſunt : hæc autem ſunt ea loca quæ incoluntur : [41] &

---

39 *ſimplex.*] Græcè ἁπλῆ, quam vocem omiſerat Xylander, minimè otioſam. Deſignat enim oram non ſerratam aut conciſam, ſed rectis litoribus æquabiliter excurrentem.

40 *nam & illa magis nota eſt.*] Hæc verba omiſſa reſtituimus in Græcis & in Latinis. Vide not. [z].

41 *& magis.*] Græcè καὶ μᾶλλον. Interpretabatur Xylander, *aut potiùs*; non ſatis accuratè. Mens Strabonis eſt, ad commercia & ſocietates pertinere regiones eas quæ habitantur; & eas maximè quæ incolis abundant; atque artibus, legibus, moribus ornantur. Id enim omne videtur præ ſe ferre, locutio καλῶς οἰκεῖν.

νίαι· ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσα οἰκεῖται· μᾶλλον δ' οἰκεῖται καλῶς. Πρὸς ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔφην, ἡ παρ' ἡμῖν θάλαττα πλεονέκτημα ἔχει μέγα· καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως.

Εἴρηται δὲ ὅτι ἀρχὴ τοῦδε τοῦ κόλπου ἐστὶν ὁ κατὰ τὰς στήλας πορθμός· τὸ δὲ στενώτατον τούτου περὶ ἑβδομήκοντα σταδίους λέγεται· περιπλεύσαντι δὲ τὸν στενωπὸν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ὄντα, διάστασιν λαμβάνουσιν αἱ ἠϊόνες ἀθρόαν, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ μᾶλλον· [b] εἶτ' ὄψις μεγάλου φαίνεται πελάγους· ὁρίζεται δ' ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ μέχρι Καρχηδόνος, ἐκ δὲ θατέρου τῇ τε Ἰβηρικῇ, καὶ τῇ Κελτικῇ κατὰ Νάρβωνα καὶ Μασσαλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Λιγυστικῇ, τελευταίᾳ δὲ τῇ Ἰταλικῇ, μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. Τὸ δ' ἑῷον τοῦ πελάγους πλευρὸν ἡ Σικελία ἐστὶ, καὶ οἱ ἑκατέρωθεν αὐτῆς πορθμοί· ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ἑπτὰ σταδίοις, ὁ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. Ἡ δ' ἀπὸ τῶν στηλῶν ἐπὶ τὸ ἑπτασταδίον γραμμὴ, μέρος μέν ἐστι τῆς ἐπὶ Ῥόδον καὶ τὸν Ταῦρον, μέσον δέ πως τέμνει τὸ λεχθὲν πέλαγος. Λέγεται δὲ σταδίων μυρίων καὶ δισχιλίων· τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τοῦ πελάγους· πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Νάρβωνος ἐπὶ τὴν καταντικρὺ Λιβύην.

Καλοῦσι δὲ τὸ πρὸς τῇ Λιβύῃ πᾶν μέρος τῆς θαλάττης ταύτης, Λιβυκὸν πέλαγος· τὸ δὲ πρὸς τῇ καταντικρὺ γῇ, τὸ μὲν Ἰβηρικὸν, τὸ δὲ Λιγυστικὸν, τὸ δὲ [c] Σαρδώνιον, τελευταῖον δὲ μέχρι τῆς Σικελίας τὸ Τυῤῥηνικόν. Νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναί· μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη. Πολὺ δὲ τούτων λειπόμεναι, πελάγιαι μὲν, Πανδαταρία τε καὶ Πον-

---

[b] εἶτ' ὄψις.] Fragmentum mſ. bibliothecæ Mediceæ ἦτι ὄψις, cui ſuffragatur vetus interpres.

[c] Σαρδώνιον.] Sic editi, & mſſ. Regius & Mediceus: fragmentum manuſcripti biblioth. Mediceæ, & Strabonis

magis quæ benè incoluntur. In his omnibus magnam, ut diximus, prærogativam habet mare internum : ab eo igitur sumemus nostræ descriptionis exordium.

Hujus sinûs initium esse fretum ad columnas, jam antè docuimus: cujus summa angustia fertur esse LXX circiter stadiorum. Ubi illud arctum circumnavigaris, quod est CXX stadiorum, litora jam majorem in modum diducuntur, magisque adeò id quod ad lævam est. Deinde magni maris alicujus apparet species. Id includitur dextro latere orâ Africæ maritimâ usque ad Carthaginem: altero Hispanicâ orâ, & Gallicâ ad Narbonem ac Massiliam, tum Ligusticâ, & tandem Italicâ usque ad fretum Siculum. Ortivum pelagi hujus latus est Sicilia, & freta ab utrâque ejus parte : unum ad Italiam, VII stadiorum; alterum ad Carthaginem, stadiorum CIↃ IↃ. Cæterùm linea quæ à Columnis ad fretum minus ducitur, pars est lineæ ad Rhodum ac Taurum inde pertinentis, pelagusque dictum secat medium, ac traditur longa esse, stadia CCIↃↃ CIↃ CIↃ. Latitudo ejus maxima ad IↃↃ stadiorum à sinu Galatico qui est inter Narbonem ac Massiliam ad oppositam Africam.

Quidquid hujus maris est ad Africam, Africum mare dicitur : quæ ad oppositam terram pertinent partes, mare Hispanicum, Ligusticum, Sardoum, ac denique Tyrrhenum usque ad Siciliam dicuntur. Insulæ ejus sunt in orâ quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque, crebræ; inter quas Sardinia & [42] Cyrnus, maximæ post Siciliam: hæc enim reliquarum nostrarum omnium & maxima est & optima. Multò his minores, in alto Pandantaria & Pontia, ponè continentem Æthalia, Planasia, [43] Ilua,

epitome, Σαρδῶοι. Utrumque dici potest, teste Stephano Byzantino in Σαρδώ.

[42] *Cyrnus.*] Id est Corsica. De eâ & aliis insulis hic memoratis, suo loco Strabo disserit.

[43] *Ilua.*] Nomen hoc quasi spurium & in contextu temerè insertum judicamus. Vide pag. seq. not. d.

τία· πρόσγειοι δὲ, Αἰθαλία τε καὶ Πλανασία, [d] καὶ Ἰλοῦα, καὶ Πιθήκουσαι, καὶ Προχύτη, καὶ Καπρέαι, καὶ [e] Λευκωσία, καὶ ἄλλαι τοιαῦται· ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς Λιγυστικῆς, αἱ πρὸς τῆς λοιπῆς ἠϊόνος μέχρι στηλῶν οὐ πολλαὶ, ὧν εἰσὶν ἥ τε Γυμνησία καὶ [f] Ἔβυσος· οὐ πολλαὶ δὲ οὐδὲ πρὸ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Σικελίας· ὧν εἰσι Κόσουρά τε καὶ Αἰγίμουρος, καὶ αἱ Λιπαραίων νῆσοι, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι.

Μετὰ δὲ τὴν Σικελίαν καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν πορθμοὺς, ἄλλα πελάγη συνάπτει· τό, τε πρὸ τῶν Σύρτεων, καὶ τῆς Κυρηναίας, καὶ αὐταὶ αἱ Σύρτεις, καὶ τὸ [g] Αὐσόνιον μὲν πάλαι, νῦν δὲ καλούμενον Σικελικὸν, σύῤῥουν ἐκείνῳ καὶ συνεχές. Τὸ μὲν οὖν πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καλεῖται Λιβυκὸν· τελευτᾷ δ᾽ εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. Τῶν δὲ Σύρτεων ἡ μὲν ἐλάττων ἐστὶν ὅσον χιλίων καὶ ἑξακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον [h] ἔχουσα· πρόκεινται δ᾽ ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ στόματος νῆσοι, Μῆνιγξ τε καὶ Κέρκινα· τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεως φησὶν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων· τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων, ἀφ᾽ Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα, καὶ τὸ τῆς Κυρηναίας μεθόριον πρὸς τὴν ἄλλην γῆν τὴν ταύτῃ Λιβύην· ἄλλοι δὲ τὸν περίπλουν τετρακισχιλίων σταδίων εἶπον· τὸ δὲ βάθος, χιλίων καὶ πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος.

---

[d] καὶ Ἰλοῦα.] Verba hæc desunt in quatuor mss. codicibus, teste Casaubono, qui ea censet insititia. Et certè Æthalia Græcis est quæ Latinis Ilua, ut ait Plinius, l. III, cap. 6: & malè Ptolemæus ex unâ eâdemque insulâ duas fecit, duplici deceptus nomine; unde aliquis Iluam insulam in numerum aliarum à Strabone memoratarum proprio motu intrusit. Quænam autem fuerit interpolandi ansa, exhibet adhuc ms. Regius. Nam loco verborum καὶ Ἰλοῦα, habet καὶ ἄλλαι: porrò cum verba hæc καὶ ἄλλαι abundare hoc loco viderentur, utpote lineâ sequenti repetita, ea aliquis judicavit in nomen insulæ transformanda; & cùm Ptolemæus ipsi nomen Ἰλοῦα ministraret, hoc sufficere, in locum vocis ἄλλαι, censuit. Conjecturæ nostræ pondus addit quòd aliàs nusquam Ilua apud Strabonem reperiatur.

[e] Λευκωσία.] Nec sibi nec inter se constant editi & mss. Legendum esse, ut scribimus, evincit Salmasius, Exercit. Plin., t. I, p. 49. Veteres editi Λευκασία, posteriores Λουκασία, & sic hoc loco ms. Regius, qui tamen aliquando Λευκοσία scribit, & Λευκασία, lib. VI. Λευκωσία Græcum est, à λευκῶσαι, albare: Λευκασία vel Λουκασία, non

Pithecusæ, Prochyta, Capreæ, Leucosia, & aliæ similes. In alterâ autem parte Ligustici maris ante reliquum litus usque ad Columnas non multæ, inque his Gymnesia & Ebusus. Non multæ etiam ante Siciliam & Africam jacent, è quibus est Cosura, Ægimurus, & Liparæorum insulæ, quas nonnulli Æoli cognomento dicunt.

Post Siciliam & utrumque ad eam fretum, alia jam alta maria continenter sequuntur: id quod ante Syrtes est & Cyrenaicam, ipsæque Syrtes, & quod olim Ausonium, nunc Siculum vocatur mare, continuum cum illo & confluens. Quod ante Syrtes & Cyrenaicam est mare, id Libycum vocatur, & in Ægyptium pelagus desinit. Syrtium minor, ambitum habet CIƆ IƆC stadiorum: ante fauces utrinque sunt insulæ Meninx & Cercina. Majoris Syrtis circulum Eratosthenes ait esse stadiorum IƆƆ, [44] profunditatem CIƆ IƆCCC, [45] ab Hesperidibus, ad Automala & Cyrenaicæ limites ad reliquam Libyam. Alii circuitum tradiderunt stadiorum IVCIƆ, altitudinem CIƆ IƆ, quanta etiam latitudo faucium est.

---

item. De Leucosiâ plura commentabimur ad VI Strabonis librum.

[f] Ἔβουσος.] Sic veteres editi. Dionysius poeta Βῦσος, versu 457; atque ita Eustathius in Dionysium. Eo Strabonis loco de quo agimus, mſ. Regius habet Βύσος: at libro tertio, ubi Strabo eamdem insulam memorat, Regius codex scribit aliquando Ἔβοσος, aliquando Ἔβυσος. Latino idiomate *Ebusos* appellatur apud Melam, lib. II, cap. 7: apud Silium Italicum, liv. III, verſ. 362, *Ebusus*. Quoquo modo efferendum sit nomen hoc, illi insulæ olim inditum fuerat quæ hodiè vocatur *Ivica*.

[g] Αὐσόνιον.] Sic mſſ. Regius & Mediceus. Editi Αὐσόνειον, quod quidem à Lycophrone usurpatur (Alex. verſ. 1047.) Sed poëticum est, ut notat Abrah. Gronovius. Utrumque tamen dici posse testatur Steph. Byz. in Αὔσων, nullo adhibito sermonis poëtici discrimine.

[h] ἔχουσι.] Vox ea abest ab utroque mſ. Mediceo & à mſ. Regio.

---

44 *profunditatem.*] Id est, spatium in quo effunditur Syrtis.

45 *ab Hesperidibus.*] Transferebat Xylander, *ab Hesperidum insulis*: confidentiùs certè. Tutiùs vetus interpres, *ab Hesperidum agro.* Hesperides de quibus hic agitur, urbis olim nomen in Cyrenaicâ ditione, teste Ptolemæo, lib. IV, cap. 4; & Scylace, p. 45. Ea urbs *Hesperis*, Plinio, lib. V, cap. 5; Melæ, liv. I, cap. 8; & Stephano Geographo: postea Berenice dicta est, ut Plinius, Stephanus & Ptolemæus docent, ubi suprà. Hodie *Bernic* in regno Tunetano, juxta Dapperum, in Africæ descriptione.

Τὸ δὲ Σικελικὸν πέλαγος, πρὸ τῆς Σικελίας ἐστὶ καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὸ πρὸς ἕω μέρος, καὶ ἔτι τοῦ μεταξὺ πόρου τοῦ τε Ῥηγίνης, μέχρι Λοκρῶν, καὶ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Συρακουσῶν, καὶ Παχύνου. Αὔξεται δ' ἐπὶ μὲν τὸ πρὸς ἕω μέρος μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης· καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ περικλύζει τὴν πλείστην, καὶ πληροῖ τὸν Κορινθιακὸν καλούμενον κόλπον. Πρὸς ἄρκτους δ' ἐπί τε ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ τὸ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ τῆς Ἠπείρου τὰ νότια μέρη, μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, καὶ τῆς συνεχοῦς παραλίας τῆς ποιούσης τὸν Κορινθιακὸν κόλπον πρὸς τὴν Πελοπόννησον. Ὁ δ' Ἰόνιος κόλπος μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου λεγομένου· τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ· τὴν δ' εὐώνυμον ἡ Ἰταλία, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὴν Ἀκυληΐαν· ἔστι δὲ πρὸς ἄρκτον ἅμα καὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἀνέχων, στενὸς καὶ μακρός· μῆκος μὲν ὅσον ἑξακισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ, τὸ μὲν μέγιστον διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. Νῆσοι δὲ εἰσὶν ἐνταῦθα συχναὶ μὲν αἱ πρὸ τῆς Ἰλλυρίδος, αἵ τε Ἀψύρτιδες, καὶ Κηρυκτικὴ καὶ Λιβυρνίδες· ἔτι δ' Ἴσσα καὶ Τραγούριον, καὶ ἡ μέλαινα Κόρκυρα, καὶ Φάρος· πρὸ τῆς Ἰταλίας δὲ αἱ Διομήδειοι. Τοῦ Σικελικοῦ δὲ τὸ ἐπὶ Κρήτην ἀπὸ Παχύνου, τετρακισχιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων φασί· τοσοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς. Τὸ δὲ ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, τῶν μὲν τρισχιλίων ἐστὶν ἔλαττον· τὸ δ' ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας εἰς τὴν Λιβύην πλεόντων, τετρακισχιλίων ἐστί· νῆσοι δ' εἰσὶν ἐνταῦθα, ἥ τε Κόρκυρα καὶ Σύβοτα, πρὸ τῆς Ἠπειρώτιδος, καὶ ἐφεξῆς πρὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου Κεφαλληνία, καὶ Ἰθάκη, καὶ Ζάκυνθος, καὶ Ἐχινάδες.

Τῷ δὲ Σικελικῷ συνάπτει τὸ Κρητικὸν πέλαγος, [i] καὶ τὸ Σαρωνικὸν, καὶ τὸ Μυρτῷον, ὃ μεταξὺ τῆς Κρήτης ἐστὶ καὶ τῆς

[i] καὶ τὸ Σαρωνικόν.] Sic emendamus nostro periculo. Fatemur editos & mss. habere καὶ τὸ Σαρδωνικὸν, (*Sardoum*) lapsu quidem facili, sed errore gravissimo. De maribus enim contiguis hic agit Strabo, quæ sunt Siciliam inter, & Cretam, atque Atticam. Hic autem nullus Sardoo mari locus. Saronicus verò sinus, in his ipsis

Siculum

Siculum pelagus versùs ortum eſt ante Siciliam & Italiam, anteque trajectum Rhegii uſque ad Locros, & Meſſeniæ Syracuſas uſque & ad Pachynum. Augetur autem versùs ortum uſque ad Cretæ extrema: majorem quoque Peloponneſi partem alluit, & ſinum Corinthiacum implet. Versùs ſeptentrionem autem, Iapygium promontorium, & fauces Ionii ſinûs tangit, & partes Epiri meridiem ſpectantes uſque ad ſinum Ambracium & continentem oram, quæ cum Peloponneſo ſinum Corinthiacum includit. Ionius autem ſinus pars eſt maris quod nunc Adria dicitur: hujus dextrum latus Illyricum, ſiniſtrum Italia facit, uſque ad receſſus juxta Aquileiam: protenditur versùs ſeptentrionem & occaſum anguſtus, & longus ad VI millia ſtadiorum; latitudine, ubi ea ſumma eſt, CIↃ CC. Inſulæ autem in eo ſunt crebræ ante Illyricum, [46] Apſyrtides, Cerystica & Liburnides: item Iſſa, Tragurium, nigra Corcyra, Pharus; & ante Italiam Diomedeæ. Maris Siculi à Pachyno ad Cretam longitudo ſtadiorum perhibetur IV CIↃ IↃ: tantundemque ad Tænarum Laconicæ. A promontorio autem Iapygio ad intimum ſinûs Corinthiaci, minus eſt tribus millibus: ab Iapygio autem in Africam navigatio eſt IV CIↃ. Inſulæ ibi ſunt Corcyra & Sybota ante Epirum, ac deinde ante ſinum Corinthiacum Cephallenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades.

Siculum mare contingunt Creticum, [47] Saronicum, Myrtoum: hoc inter Cretam eſt & Argiam & Atticam,

---

oris Creticum inter & Myrtoum mare jacet; atque ipſo Strabone teſte, (lib. VIII, ſub. init.) ſinus ille aliquando Saronicum mare vocatur: τινὲς καὶ Σαρωνικὸν πόρον, πέλαγος ὀνομάζουσιν. Ergo mare de quo hic agitur, mare Saronicum intelligendum eſt; Sardonicum nequaquam.

---

[46] *Apſyrtides, Cerystica, &c.*] De his & aliis, deinceps ſuis locis.

[47] *Saronicum.*] Vulgò *Sardoum*, quod reſtitutis Græcis emendavimus. Vide ſuprà not. [i].

Ἀργείας καὶ τῆς Ἀττικῆς, πλάτος ἔχον τὸ μέγιστον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων σταδίων· μῆκος δὲ ἔλαττον ἢ διπλάσιον. Ἐν τούτῳ δὲ νῆσοι Κύθηρά τε καὶ Καλαυρία, καὶ αἱ περὶ Αἴγιναν καὶ Σαλαμῖνα, καὶ τῶν Κυκλάδων τινές. Τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖόν ἐστιν ἤδη σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ, καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ· καὶ τὸ Ἰκάριον καὶ Καρπάθιον μέχρι Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ Κύπρου καὶ τῶν πρώτων μερῶν τῆς Ἀσίας· αἵ τε Κυκλάδες νῆσοι εἰσὶ, καὶ αἱ Σποράδες, καὶ αἱ προκείμεναι τῆς Καρίας, καὶ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος, μέχρι τῆς Τρωάδος· λέγω δὲ Κῶ, καὶ Σάμον, καὶ Χίον, καὶ Λέσβον, καὶ Τένεδον· [k] ὡς δ᾽ αὔτως αἱ προκείμεναι τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς ὁμόρου Θράκης, Εὔβοιά τε καὶ Σκύρος, καὶ Πεπάρηθος, καὶ Λῆμνος, καὶ Θάσος, καὶ Ἴμβρος, καὶ Σαμοθράκη, καὶ ἄλλαι πλείους· περὶ ὧν ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα δηλώσομεν. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς θαλάττης ταύτης, περὶ τετρακισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους, τὸ δὲ πλάτος περὶ δισχιλίους· περιέχεται δὲ ὑπὸ τῶν λεχθέντων μερῶν τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θερμαίου κόλπου πρὸς ἄρκτον ἐχούσης τὸν πλοῦν παραλίας, καὶ τῶν Μακεδονικῶν κόλπων μέχρι τῆς Θρακίας Χερρονήσου. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ ἑπτασταδίον τὸ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον, δι᾽ οὗ τὸ Αἰγαῖον καὶ ὁ Ἑλλήσποντος [l] ἐκδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα· κἀκεῖνο εἰς ἄλλο, [m] τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον.

Ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ οὗτος· κατὰ μέσον γάρ πως ἄκραι δύο [n] προσπίπτουσιν, ἡ μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν βορείων μερῶν, ἡ δ᾽ ἐκ τῆς Ἀσίας ἐναντία ταύτῃ, [o] συναγοῦση τὸν μεταξὺ πόρον, καὶ ποιοῦση δύο μεγάλα πελάγη. Τὸ μὲν οὖν τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον, καλεῖται Κριοῦ μέτωπον· τὸ δὲ τῆς

---

[k] ὡς δ᾽ αὔτως αἱ, &c.] Editi ὡσαύτως δ᾽ αἱ, &c. Lectionem nostram quæ Strabonem magis redolet, hausimus ex duobus codicibus Mediceis, & ex mſ. Regio.

[l] ἐκδίδωσι.] Fragmentum mſ. bibliothecæ Mediceæ εἰσδίδωσι. Porrò quæ sequuntur trunca & confusa sunt in mſ. quem adducimus. Sic enim ſe habet tota phrasis, quam mutilam &

latiſſimum ab Atticâ ad ſtadia CIↃ CC, longitudine paulo minus quàm duplâ. Inſulæ in eo Cythera, Calauria, Ægina, Salamis, & vicinæ his, ac Cycladum nonnullæ. Inſequitur continuò Ægæum mare cum Melane ſinu & Helleſponto. Tum Icarium mare, & Carpathium uſque ad Rhodum, Cretam, Cyprum, & primas Aſiæ partes. Ibi ſunt Cyclades inſulæ, & Sporades, & quæ ſitæ ſunt ante Cariam, Ioniam, Æolidem, uſque ad Troadem: Cos inquam, Samus, Chius, Leſbus, Tenedus: item quæ ante Græciam ſitæ ſunt uſque ad Macedoniam & confinem Thraciam, Eubœa, Scyrus, Peparethus, Lemnus, Thaſus, Imbrus, Samothrace, aliæque plures, de quibus in ſingulorum enarratione dicemus. Hujus maris longitudo eſt ſtadiorum IV CIↃ aut paulo ampliùs, latitudo circiter CIↃ CIↃ: includitur à dictis Aſiæ partibus, & orâ maritimâ quæ à Sunio eſt uſque ad Thermæum ſinum versùs ſeptentrionem, & ſinubus Macedoniæ uſque ad Thraciæ Cherroneſum. Ad hanc fretum eſt ſeptem ſtadia latum, inter Seſtum & Abydum, per quod fretum, mare Ægæum & Helleſpontus versùs ſeptentrionem effluunt in aliud mare, quod appellatur Propontis: hocque rurſum in aliud, cui Euxino Ponto nomen eſt.

Eſt autem pontus hic quodammodo bimaris: nam ad medium ferè ejus procurrunt duo promontoria, alterum ab Europâ & ſeptentrionalibus locis, alterum huic oppoſitum ab Aſiâ, quæ in arctum contrahunt mare in medio ſitum, inque duo magna maria totum dividunt. Pro-

---

adulteratam nemo non perſpexerit: Εἰσδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πολλῷ τούτου μεῖζον τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον.

[m] τὸν Εὔξεινον.] Sic mſſ. duo Medicei & mſ. Regius. Vulgò τὸ Εὔξεινον.

[n] προσπίπτουσιν.] Fragmentum Mediceum προσπίπτουσι, & ſic reponi jubet Caſaubonus, adſtipulante veteri interprete.

[o] συναγούση.... καὶ ποιούσῃ.] Ita vulgò. Fragmentum Mediceum habet συνάγουσαι... καὶ ποιοῦσι. Legendum cenſet Abr. Gronovius συνάγουσαι... καὶ ποιοῦσαι, quod quidem arridet nobis vehementer.

Ἀσίας, Κάραμβις· διέχοντα ἀλλήλων περὶ δισχιλίους σταδίους, καὶ πεντακοσίους. Τὸ μὲν οὖν πρὸς ἑσπέραν πέλαγος, μῆκός ἐστιν ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Βορυσθένους, σταδίων τρισχιλίων ὀκτακοσίων, πλάτος δὲ δισχιλίων· ἐν τούτῳ δ' ἡ Λευκὴ νῆσός ἐστι· τὸ δ' ἑῷον ἐστι παράμηκες, εἰς στενὸν τελευτῶν μυχὸν, τὸν κατὰ Διοσκουριάδα, ἐπὶ πεντακισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους σταδίους· τὸ δὲ πλάτος περὶ τρισχιλίους· ἡ δὲ περίμετρος τοῦ σύμπαντος πελάγους ἐστὶ δισμυρίων που καὶ πεντακισχιλίων σταδίων· εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ταύτης ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ· τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου· ταῦτα δ' ἐστὶν ὁ παράπλους ὁ ἀπὸ τοῦ στόματος, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα· πλὴν γὰρ τῆς Καράμβιος, ἥ γε πᾶσα ἄλλη ἠιὼν μικρὰς ἔχει ἐσοχάς τε καὶ ἐξοχὰς· ὡς εὐθεία ἐοικέναι· τὴν δὲ λοιπὴν τῷ κέρατι τοῦ τόξου διττὴν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφὴν, τὴν μὲν ἄνω περιφερεστέραν, τὴν δὲ κάτω εὐθυτέραν· οὕτω δὴ κἀκείνην ἀπεργάζεσθαι δύο κόλπους, ὧν ὁ ἑσπέριος πολὺ θατέρου περιφερέστερός ἐστιν.

Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἑωθινοῦ κόλπου πρὸς ἄρκτον, ἡ Μαιῶτις λίμνη, τὴν περίμετρον ἔχουσα ἐννακισχιλίων σταδίων, ἢ καὶ μικρῷ πλεόνων· ἐκδίδωσι δ' αὕτη μὲν εἰς Πόντον κατὰ τὸν Κιμμερικὸν καλούμενον Βόσπορον· οὗτος δὲ κατὰ τὸ Θράκιον εἰς τὴν Προποντίδα (τὸ γὰρ Βυζαντιακὸν στόμα οὕτω καλοῦσι Θράκιον Βόσπορον) ὃ τετραστάδιόν ἐστιν. Ἡ δὲ Προποντὶς χιλίων καὶ πεντακοσίων λέγεται τὸ μῆκος σταδίων τὸ ἀπὸ τῆς Τρωάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον· πάρισον δέ πως ἐστὶ καὶ τὸ πλάτος. Ἐνταῦθα δ' ἡ τῶν Κυζικηνῶν ἵδρυται νῆσος, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν νησία. Τοιαύτη μὲν ἡ πρὸς ἄρκτον τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἀνάχυσις καὶ τοσαύτη. Πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας, ἡ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ποιοῦσα, καὶ τὸ Παμφύλιον, καὶ τὸ Ἰσσικὸν, ἐπὶ μὲν

---

48 *Criûmetopon.*] Id est *frons arietis.* Ejusdem nominis in Cretâ insulâ promontorium est, de quo suprà Strabo, p. 332; alterum autem, de quo hîc agitur, ad meridiem Tauricæ oræ maritimæ prominebat. Vide infrà, l. VII.

montorio, quod ab Europâ procurrit, nomen est [48] Criûmetopon, quod ab Asiâ, Carambis: distant inter se ad CIↃ CIↃ IↃ stadia. Porrò pelagus Euxini maris quod est adversùs occasum, id in longum porrigitur à Byzantio usque ad ostia Borysthenis, ad stadia CIↃ CIↃ CIↃ IↃCCC, latitudine CIↃ CIↃ: in hoc est Leuce insula. At orientale oblongum est, & in arctum finitur recessum apud Dioscuriadem, porrectum ad IↃↃ aut paulo ampliùs stadia, latitudine CIↃ CIↃ CIↃ. Totius Ponti ambitus est circiter XXV millia stadiorum. Comparant quidam hujus ambitûs figuram Scythico arcui intento, ita ut nervus referat dextram partem Ponti, quà à faucibus navigatur usque ad intimum sinum apud Dioscuriadem: nam excepto Carambi, totum reliquum littus exiguos habet processus & recessus, ita ut rectæ lineæ non sit absimilis. Alteram partem cornui conferunt, quod habeat duplicem flexum, superiorem magis rotundum, inferiorem magis rectum: ita & illam Ponti partem duos sinus efficere, quorum occiduus multo est quàm alter rotundior.

Supra sinum Ponti orientalem, est palus Mæotis, ambitu stadiorum IX CIↃ, aut paulo plurium. Ea palus in Pontum effluit ad Bosporum, quem vocant Cimmerium: Pontus in Propontidem ad Thracium Bosporum: (nam fauces ad Byzantium hoc nomine afficiuntur) cujus est latitudo IV stadia. Propontidis à Troade ad Byzantium longitudo fertur CIↃ IↃ stadia, latitudine propè æquali. Ibi Cyzici insula sita est, & aliæ circa eam parvæ insulæ. Atque talis ac tanta est Ægæi maris versùs septentrionem effusio. Alia rursus à Rhodo maris effusio, mare efficit Ægyptium, Pamphylium, & Issicum: ea protenditur versùs orientem & Ciliciam [49] ad Issum usque ad IↃↃ stadia,

---

49 *ad Issum.*] Xylander interpretabatur, *æqualiter;* legebat enim κατὰ ἴσον pro κατ' Ἰσσόν. Nos emendatis Græcis ope meliorum codicum, interpretationem Xylandri ad legitimam lectionem accommodavimus. Vide infrà not. P.

τῆς ἕω καὶ τῆς Κιλικίας [p] κατ' Ἰασὸν ἐκτείνεται μέχρι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων, παρά τε Λυκίαν καὶ Παμφυλίαν καὶ τὴν Κιλίκων παραλίαν πᾶσαν. Ἐντεῦθεν δὲ Συρία τε καὶ Φοινίκη, καὶ Αἴγυπτος [q] ἐγκυκλεῖ πρὸς νότον τὴν θάλατταν καὶ πρὸς δύσιν, ἕως Ἀλεξανδρείας. Ἐν δὲ τῷ Ἰασικῷ κόλπῳ καὶ τῷ Παμφυλίῳ, κεῖσθαι συμβαίνει τὴν Κύπρον, συνάπτουσαν τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει. Ἔστι δ' ἀπὸ Ῥόδου δίαρμα εἰς Ἀλεξάνδρειαν [r] βορεία τετρακισχιλίων που σταδίων, ὁ δὲ περίπλους διπλάσιος. Ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ταύτην μὲν τῶν ναυτικῶν εἶναί φησι τὴν ὑπόληψιν, περὶ τοῦ διάρματος τοῦ πελάγους, τῶν μὲν οὕτω λεγόντων, τῶν δὲ καὶ πεντακισχιλίους οὐκ ὀκνούντων εἰπεῖν· αὐτὸς δὲ διὰ τῶν σκιοθηρικῶν γνωμόνων, ἀνευρεῖν τρισχιλίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα. Τούτου δὴ τοῦ πελάγους τὸ πρὸς τῇ Κιλικίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ, καὶ τοῦ Ποντικοῦ τὰ καλούμενα δεξιὰ μέρη, καὶ ἡ Προποντὶς, καὶ ἡ ἐφεξῆς παραλία μέχρι Παμφυλίας, ποιεῖ τινα χερρόνησον μεγάλην, καὶ μέγαν ταύτης ἰσθμὸν, τὸν ἀπὸ τῆς πρὸς Ταρσῷ θαλάττης, ἐπὶ πόλιν Ἀμισὸν, καὶ τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον τὴν Θεμίσκυραν. Ἡ γὰρ ἐντὸς τῆς γραμμῆς ταύτης χώρα μέχρι Καρίας καὶ Ἰωνίας, καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος [s] νεμομένων ἐθνῶν, περίκλυστος ἅπασά ἐστιν ὑπὸ τοῦ Αἰγαίου καὶ τῶν ἑκατέρωθεν λεχθέντων τῆς θαλάττης μερῶν· καὶ δὴ καὶ καλοῦμεν Ἀσίαν ταύτην ἰδίως καὶ ὁμωνύμως τῇ ὅλῃ.

Συλλήβδην δὲ εἰπεῖν, τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης νοτιώτατον μέν ἐστι σημεῖον, ὁ τῆς μεγάλης Σύρτεως μυχὸς, καὶ [t] μετὰ τοῦτον ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξάνδρεια, καὶ αἱ τοῦ Νείλου προχοαί· βορειότατον δὲ τὸ τοῦ Βορυσθένους· εἰ δὲ καὶ τὴν Μαιῶτιν

---

p κατ' Ἰασόν.] Vulgò κατὰ ἴσον: prava lectio, quam tamen exhibet mſ. Regius. Sed mſ. Mediceus & ejuſdem bibliothecæ fragmentum mſ., Abrahamo Gronovio teſte, ferunt κατ' Ἰασόν. Lectionem hanc amplexi ſumus, quam ipſa ſermonis ſeries indigitat.

q ἐγκυκλεῖ.] Sic mſ. Regius. Editi ἐγκυκλοῖ.

r βορεία.] Legit Caſaubonus βορέᾳ. Scribunt enim Græci paſſim ὁ πλοῦς βορέᾳ, λιβὶ, νότῳ, &c. *navigatio quæ fit favente borea, africo, auſtro.* At mſſ. conſentiunt in vocem βορεία, quam ideo retinuimus, etſi ſupinis manibus lectionem Caſauboni cenſeamus excipiendam.

s νεμομένων.] Ita emendamus ex qua-

ponè Lyciam & Pamphyliam, & oram Ciliciæ maritimam totam: inde Syria, Phœnice & Ægyptus, mare versùs meridiem & occasum includunt, usque ad Alexandriam. In sinu Issico & Pamphylio sita est Cyprus, contigua mari Ægyptio. A Rhodo Alexandriam usque, [50] ab aquilone trajectus est IV CIↃ stadiorum, circumnavigatio dupla. Eratosthenes ait nautarum esse hanc opinionem, & quosdam alti maris istius trajectui dictam assignare quantitatem, alios non vereri IↃↃ tribuere: se sciothericis gnomonibus usum observasse III CIↃ IↃCCL. Enimvero hujus pelagi pars, quæ est ad Ciliciam & Pamphyliam, tum Ponti Euxini pars dextra, & Propontis, atque ora deinde ad Pamphyliam usque maritima, magnam quandam includunt peninsulam, magnumque ejus isthmum à mari, quod ad Tarsum est, usque ad Amisum urbem, & Themiscyram Amazonum campum. Quidquid enim inter hanc lineam est regionis, usque ad Cariam & Ioniam & gentes intra Halyn incolentes, id omne circumdatur Ægæo mari, & utrinque dictis maris partibus: & quidem hanc regionem toti cognominem facimus, Asiamque appellamus.

Ut autem in summâ loquar, maris nostri maximè austrinum punctum est, intimum Syrtis magnæ: & post hunc Alexandria Ægypti, ac ostia Nili: maximè septentrionale, ostia Borysthenis: nisi si quis Mæotidem etiam vult mari attribuere, quæ est quasi pars Tanaidis: maximè oc-

---

tuor scriptis codicibus quos Casaubonus advocat, quibus & vetus interpres suffragatur. Editi, imò & msf. Regius, γνωμόνων.

[t] μετά.] Veterum editorum, & msf. Regii lectionem sequimur, quam & ipsi secuti sunt interpretes. Posteriores editi κατά.

---

[50] *ab aquilone.*] Ita vetus interpres transfert vocem Græcam βορεία, seu potiùs, ut legit Casaubonus, βορία, *favente borea*, quod eòdem recidit. Vide suprà not. [r]. Vocem hanc omisit Xylander, quæ tamen minimè otiosa est.

[u] προστιθείη τῷ πελάγει τις (καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἂν μέρος τι τοῦ Ταναΐδος) δυσμικώτατον δὲ, ὁ κατὰ τὰς στήλας πορθμὸς, ἑωθινώτατον δ' ὁ λεχθεὶς μυχὸς κατὰ τὴν Διοσκουριάδα. Ἐρατοσθένης δ' οὐκ εὖ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον φησίν. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ ἵδρυται, ἐφ' οὗπερ ἥ τε Ἀμισὸς καὶ Θεμίσκυρα. Εἰ δὲ βούλει, πρόσλαβε καὶ τὴν Σιδήνην, μέχρι Φαρνακίας· ἀπὸ δὲ τούτων τῶν μερῶν πρὸς ἕω, πλοῦς ἐστι πλειόνων ἢ τρισχιλίων που σταδίων εἰς Διοσκουριάδα, ὡς ἔσται μᾶλλον ἐκ τοῦ ἐν μέρει περιοδίας φανερόν. Ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θάλαττα, τοιαύτη τις.

Ὑπογραπτέον δὲ καὶ τὰς περιεχούσας αὐτὴν γᾶς, ἀρχὴν λαβοῦσιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν, ἀφ' ὧνπερ καὶ τὴν θάλατταν ὑπεγράψαμεν. Εἰσπλέουσι τοίνυν τὸν κατὰ στήλας πορθμὸν, ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ἡ Λιβύη μέχρι τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως· ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἀντίπορθμος ἡ Εὐρώπη μέχρι τοῦ Ταναΐδος· τελευτῶσι δ' ἀμφότεραι περὶ τὴν Ἀσίαν. Ἀρκτέον δ' ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ὅτι πολυσχήμων τε, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν εὐφυεστάτη, καὶ πολιτῶν, καὶ ταῖς ἄλλαις πλεῖστον μεταδεδωκυῖα τῶν οἰκείων ἀγαθῶν· ἐπειδὴ σύμπασα οἰκήσιμός ἐστι πλὴν ὀλίγης τῆς ἀοικήτου διὰ ψύχος· αὕτη δ' ὁμορεῖ τοῖς Ἁμαξικοῖς τοῖς περὶ τὸν Τάναϊν, καὶ τὴν Μαιῶτιν, καὶ τὸν Βορυσθένη· τῆς δ' οἰκησίμου, τὸ μὲν δυσχείμερον, καὶ τὸ ὀρεινὸν, μοχθηρῶς οἰκεῖται τῇ φύσει· ἐπιμελητὰς δὲ λαβόντα ἀγαθοὺς καὶ τὰ φαύλως οἰκούμενα καὶ λῃστρικῶς, ἡμεροῦται· καθάπερ οἱ Ἕλληνες ὄρη καὶ πέτρας κατέχοντες, ᾤκουν καλῶς διὰ πρόνοιαν, τὴν περὶ τὰ πολιτικὰ, καὶ τὰς τέχνας, καὶ τὴν ἄλλην σύνεσιν, τὴν περὶ βίον. Ῥωμαῖοι τε πολλὰ ἔθνη παραλαβόντες, καὶ ἃ τὴν φύσιν ἀνήμερα διὰ τοὺς τόπους ἢ τραχεῖς ὄντας, ἢ ἀλιμένους ἢ ψυχροὺς, ἢ ἀπ' ἄλλης αἰτίας δυσ-

---

[u] προστιθείη τῷ πελάγει τις.] Sic mſ. Regius, & alii à Caſaubono citati. Vulgò προσθείη τις τῷ πελάγει.

---

[51] *Sidenam, uſque Pharnaciam.*] Parum accuratè interpretabatur Xylander, *Sidenam quoque & Pharnaciam.*

[52] *Hamaxicis.*] De Hamaxicis nuſ-

ciduum,

ciduum, eſt fretum ad Columnas : maximè orientale, intimus ad Dioſcuriadem ſinus. Eratoſthenes hoc perperam Iſſico ſinui tribuit, cùm is in eodem ſit cum Amiſo & Themiſcyrâ meridiano. Iis, ſi lubet, adjungere licet [51] Sidenam, uſque Pharnaciam : atqui ab iis partibus versùs ortum uſque ad Dioſcuriadem ampliùs tribus ſtadiorum millibus eſt navigatio : quod planiùs fiet, cùm ſingula deſcribemus. Noſtri ergo maris hæc eſt forma.

Terræ jam nunc etiam deſcribendæ ſunt, quibus illud continetur, initio ſumpto ab iis ipſis partibus, quibus mare deſcripſimus. Ingreſſis ergo fretum apud columnas, ad dextram Africa eſt uſque ad Nili fluxum : ad ſiniſtram ab alterâ freti parte Europa uſque ad Tanain : utraque harum deſinit ad Aſiam. Incipiendum autem eſt ab Europâ, cujus & forma multiplex eſt, & ipſa virorum virtute præditorum ac civium feraciſſima, reliquas partes plurimis ſuorum bonis impertiit. Tota enim habitationi apta eſt, demtâ exiguâ portione, quæ ob frigus incoli non poteſt, contermina [52] Hamaxicis ad Tanain, Mæotidem, & Boryſthenem incolentibus. Habitatæ autem partes algidæ & montoſæ, quanquam ob naturam loci ægrè coluntur : tamen ſi curatores nactæ bonos, ea etiam manſueſcunt, quæ malè priùs & latrocinii in morem colebantur. Ita ſanè Græci cùm montes ac ſaxa inſediſſent, commodè habitaverunt, propter prudentiam rerum civilium, artes, & eorum, quæ ad vitam degendam requiruntur, peritiam. Et Romani multas gentes in poteſtatem redactas, feras ob locorum naturam, quòd vel aſpera eſſent, vel portubus carerent, aut ob frigus aliiſve de cauſis habitando incommoda, commerciis ante igno-

quam aliàs Strabo. Eoſdem judicamus quos Hamaxobios Mela vocat, lib. II, cap. I, & Ptolemæus, lib. III, cap. 6. Uterque enim ad Mæotidem paludem Hamaxobios collocat, ubi & ſuos Strabo Hamaxicos. Nomen hoc ſortiti ſunt, juxta Melam, eo quòd *pro ſedibus habebant plauſtra.* Nam Græcis ἅμαξα, *plauſtrum* eſt.

οἰκήτορας πολλοὺς, τούς τε ἀνεπιπλέκτους ἀλλήλοις ἐπέπλεξαν, καὶ τοὺς ἀγριωτέρους πολιτικῶς ζῆν ἐδίδαξαν.

Ὅσον δ' ἐστὶν αὐτῆς ἐν ὁμαλῷ καὶ εὐκράτῳ, τὴν φύσιν ἔχει συνεργὸν πρὸς ταῦτα. Ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν τῇ εὐδαίμονι χώρᾳ πᾶν ἐστιν εἰρηνικὸν, τὸ δ' ἐν τῇ λυπρᾷ μάχιμον καὶ ἀνδρικόν· καὶ δέχεται τινας παρ' ἀλλήλων εὐεργεσίας τὰ γένη ταῦτα· τὰ μὲν γὰρ ἐπικουρεῖ τοῖς ὅπλοις, τὰ δὲ καρποῖς καὶ τέχναις καὶ ἠθοποιΐαις· φανεραὶ δὲ καὶ αἱ ἐξ ἀλλήλων βλάβαι, μὴ ἐπικουρούντων· ἔχει δέ τι πλεονέκτημα ἡ βία τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων, πλὴν εἰ τῷ πλήθει [x] κρατεῖτο. Ὑπάρχει δή τι καὶ πρὸς τοῦτο εὐφυὲς τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ· ὅλη γὰρ διαπεποίκιλται πεδίοις τε καὶ ὄρεσιν, ὥστε πανταχοῦ καὶ [y] τὸ γεωργικόν τε καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον παράκειται· πλέον δ' εἶναι θάτερον, τὸ τῆς εἰρήνης οἰκεῖον· ὥστ' [z] ὄντων ἐπικρατεῖ τοῦτο, προσλαμβανόντων καὶ τῶν ἡγεμόνων, Ἑλλήνων μὲν πρότερον, Μακεδόνων δὲ καὶ Ῥωμαίων ὕστερον. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ πρὸς εἰρήνην καὶ πρὸς πόλεμον αὐταρκεστάτη ἐστί· καὶ γὰρ τὸ μάχιμον πλῆθος ἄφθονον ἔχει, καὶ τὸ ἐργαζόμενον τὴν γῆν, καὶ τὸ τὰς πόλεις συνέχον. Διαφέρει δὲ καὶ ταύτῃ, διότι τοὺς καρποὺς ἐκφέρει τοὺς ἀρίστους, καὶ τοὺς ἀναγκαίους τῷ βίῳ, καὶ μέταλλα ὅσα χρήσιμα· [a] θυώματα δὲ καὶ λίθους πολυτελεῖς ἔξωθεν μέτεισιν· ὧν τοῖς σπανιζομένοις οὐδὲν χείρων ὁ βίος ἐστὶν, ἢ τοῖς εὐπορουμένοις. Ὡς δ' αὔτως βοσκημάτων μὲν πολλῶν ἀφθονίαν παρέχει, θηρίων δὲ σπάνιν. Τοιαύτη μὲν ἡ ἤπειρος αὕτη καθόλου τὴν φύσιν ἐστί.

Κατὰ μέρος δ' ἐστὶ πρώτη πασῶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἡ Ἰβη-

---

[x] κρατεῖτο.] Fragmentum mſ. Medicei, κρατοῖτο.

[y] τὸ γεωργικόν τε.] Sic fragmentum mſ. Medicei. Optima ſanè lectio, quam depravarunt oſcitantes librarii dum in pleriſque mſſ. ſcripſerunt τὸ γεωγραφικόν τε. Sic habet ipſe codex Regius, & ita legitur in prioribus editis. Poſteriores utramque ſimul lectionem receperunt, infeliciter certè: nullum enim locum hic habere poteſt τὸ γεωγραφικὸν: ut ex ipsâ ſermonis ſerie patet ſatis. Ergo inſititia hæc verba procul amandamus; quod jam faciendum monuerat Caſaubonus.

[z] ὄντων.] Manifeſtè corrupta vox. Caſaubonus legendum cenſet εἰκότως. Feliciùs emendare videtur Abraha-

tis docuerunt uti, & de feris civilem vitam agentes redegerunt.

Quæ verò partes in æquabili & temperato sunt situ, iis ipsa natura opitulatur ad commodè vivendum. Jam cùm quæ gentes vivunt in regione felici, eæ pacis sint studiosæ; quæ autem incolunt loca sterilia aut incommoda, pugnaces sint ac fortes: fit ut mutua utrinque beneficia accipiantur, dum hi arma ad defendendum accommodant; illi terræ fructibus, artibus, & morum institutione hos juvant: quemadmodum & manifesta utrinque sunt damna, cùm altera pars alteri non fert opem: arma tamen habentium est aliquanto melior conditio, si non vincantur numero. Atque ad hæc natura Europæ suam habet opportunitatem. Tota enim montibus & campis variè distincta est, ut ubique & agricolæ & milites, & civilis vitæ & belli studiosi juxta se ponantur: major tamen sit numerus pacem colentium: quod vitæ genus obtinet maximè industria ducum, primò Græcorum, deinde etiam Macedonum & Romanorum. Itaque Europa & ad pacem, & ad bellum abundè sibi ipsa sufficit: nam copiam habet magnam & pugnacium, & terram colentium, & urbes conservantium. Eo quoque excellit, quòd optimos fert fructus ad vitæ necessitatem pertinentes, & metalla quæcunque usui sunt: odoratas autem res, & lapides pretiosos extrinsecus importat, quibus qui carent, nihilo deteriùs vivunt iis qui possident. Accedit, quòd pecoris abundans, feras damnosas paucas alit. Hæc ergo est in universum hujus continentis natura.

Ut autem partes ejus exponam, prima ab occasu est

---

mus Gronovius ὄντως, quæ vox corruptæ voci propior est, & huic loco apprimè congrua. Sed conjectura viri doctissimi, librorum fide caret. Fragmentum codicis Medicei fert ἔχ, pro ὄντων: quam quidem lectionem, cùm omnem controversiam dirimat, admittere pro genuinâ non dubitaremus, si non unica eam tueretur auctoritas; cùm tanto intervallo à vulgatâ scriptione recedat.

[a] θυώματα.] Ms. Regium sequimur, suffragante fragmento Mediceo. Vulgò θυμιάματα.

ρία, βύρσῃ βοείᾳ παραπλησία· τῶν ὡς ἂν [b] τραχηλιαίων μερῶν ὑπερπιπτόντων εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικήν· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ πρὸς ἕω· καὶ τούτοις ἐναπολαμβάνεται τὸ πλευρὸν, ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη. Αὕτη δ' ἐστὶ περίρρυτος τῇ θαλάττῃ, τὸ μὲν νότιον τῇ καθ' ἡμᾶς μέχρι στηλῶν· τὰ δὲ λοιπὰ τῇ Ἀτλαντικῇ μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης· μῆκος δὲ τῆς χώρας ταύτης ἐστὶ περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μέγιστον· πεντακισχιλίους δὲ πλάτος.

Μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἡ Κελτικὴ πρὸς ἕω μέχρι ποταμοῦ Ῥήνου, τὸ μὲν βόρειον πλευρὸν τῷ Βρεττανικῷ κλυζομένη πορθμῷ παντί· ἀντιπαρήκει γὰρ αὐτῇ παράλληλος ἡ νῆσος αὕτη, πᾶσα πάσῃ, μῆκος ὅσον πεντακισχιλίους ἐπέχουσα· τὸ δ' ἑωθινὸν τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ περιγραφομένη, παράλληλον ἔχοντι τὸ ῥεῦμα τῇ Πυρήνῃ· τὸ δὲ νότιον τὸ μὲν Ἄλπεσι τὸ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, τὸ δ' αὐτῇ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ· καθ' ὃ χωρίον ὁ καλούμενος Γαλατικὸς κόλπος ἀναχεῖται, καὶ ἐν αὐτῷ Μασσαλία τε καὶ Νάρβων ἵδρυνται πόλεις ἐπιφανέσταται· ἀντίκειται δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ κατ' ἀποστροφὴν ἕτερος κόλπος [c] ὁμώνυμος αὐτῷ καλούμενος Γαλατικὸς, βλέπων πρὸς τὰς ἄρκτους καὶ τὴν Βρεττανικήν· ἐνταῦθα δὲ καὶ στενώτατον λαμβάνει τὸ πλάτος ἡ Κελτική· συνάγεται γὰρ εἰς ἰσθμὸν, ἐλαττόνων μὲν ἢ τρισχιλίων σταδίων, πλειόνων δ' ἢ δισχιλίων· μεταξὺ δ' ἐστι ῥάχις ὀρεινὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ Πυρήνῃ, τὸ καλούμενον Κέμμενον ὄρος· τελευτᾷ δὲ τοῦτο εἰς μεσαίτατα τὰ τῶν Κελτῶν πεδία. Τῶν δὲ Ἄλπεων, ἃ ἐστιν ὄρη σφόδρα ὑψηλὰ, περιφερῆ ποιούντων γραμμὴν, τὸ μὲν κυρτὸν ἔστραπται πρὸς τὰ λεχθέντα τῶν Κελτῶν πεδία καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος· τὸ δὲ κοῖλον πρὸς τὴν Λιγυστικὴν καὶ τὴν Ἰταλίαν· ἔθνη δὲ κατέχει πολλὰ τὸ ὄρος τοῦτο Κελτικὰ, πλὴν τῶν Λιγύων· οὗτοι δ' ἑτεροεθνεῖς μὲν εἰσι· παραπλήσιοι δὲ τοῖς βίοις· νέμονται δὲ μέρος τῶν Ἄλπεων

[b] τραχηλιαίων.] MSS. juxta Casaubonum τραχηλιμαίων, & ita Eusthatius citat.

[c] ὁμώνυμος.] Fragmentum Mediceum ὁμωνύμως.

[53] Hiſpania, tergori bovis adſimilis, cujus partes ad collum pertinentes in continentem ejus Galliam porrigantur: nimirum partes orientem ſpectantes, quod latus abſcinditur monte Pyrene. Ipſa hoc dempto tota mari alluitur: partes auſtrinæ noſtro ſeu mediterraneo, uſque ad columnas: reliquæ mari Atlantico uſque ad ſeptentrionales Pyrenæ extremitates. Longitudo maxima eſt ſtadiorum circiter IↃↃCIↃ: latitudo IↃↃ.

Proximè inſequitur [54] Gallia versùs ortum uſque ad Rhenum fluvium: ejus latus ſeptentrionale Britannico freto totum alluitur: inſula enim Britannia juxta Galliam æqualibus ſpatiis tota totam exæquans porrigitur, longitudine ſtadiorum circiter IↃↃ: latus orientale Rhenus deſcribit, parallelum lineam reſpectu Pyrenes ſuo fluxu ducens: meridionale partim Alpes poſt Rhenum ſitæ includunt, partim mare noſtrum, quo loco Gallicus ſinus infunditur, in quo ſitæ ſunt duæ illuſtriſſimæ urbes Maſſilia & Narbo. Huic ſinui ex adverſo alius eodem nomine ſinus opponitur, ſeptentrionem versùs & Britanniam: atque ibi anguſtiſſima eſt Gallia, in iſthmum conſtricta, qui latior duobus ſtadiorum millibus, tribus eſt minor: in medio eſt dorſum montoſum ad rectos angulos Pyrenæ adjacens, quod vocatur mons Cemmenus, deſinitque in medioximos Celtarum campos. Alpibus proinde, qui ſunt celſiſſimi montes, circumvexam lineam facientibus, curva ejus pars dictis Celtarum campis & Cemmeno monti obvertitur: cavum Liguriæ & Italiæ. [55] Alpes multas Gallicas gentes continent, demptis Liguribus. Hi quanquam aliûs ſunt nationis, vitæ tamen utuntur eâdem ratione: incolunt partem Alpium Apenninis mon-

---

53 *Hiſpania.*] De Hiſpaniâ vide infrà, lib. III.

54 *Gallia.*] Strabo de Galliâ, lib. IV: ubi de Britanniâ quoque & Alpibus.

55 *Alpes*, &c.] Græcè τὸ ὄρος: *mons ille.* Id intelligere videntur interpretes de Cemmeno monte, quod ad Alpes referendum eſſe ex ſequentibus liquet. Ergo Alpes expreſſo nomine appellavimus, ne in ambiguo lector hæreat.

τὸ συνάπτον τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι· μέρος δὲ καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν κατέχουσι. Ταῦτα δ' ἐστὶν ὀρεινὴ ῥάχις διὰ τοῦ μήκους ὅλου τῆς Ἰταλίας διαπεφυκυῖα ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν· τελευτῶσα δ' ἐπὶ τὸν Σικελικὸν πορθμόν.

Τῆς δ' Ἰταλίας ἐστὶ τὰ μὲν πρῶτα μέρη, τὰ ὑποπίπτοντα ταῖς Ἄλπεσι πεδία, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου, καὶ τῶν [d] πλησίον τόπων· τὰ δ' ἑξῆς, ἄκρα στενὴ καὶ μακρὰ χερρονησιάζουσα· δι' ἧς, ὡς εἶπον, ἐπὶ μῆκος τέταται τὸ Ἀπέννινον ὄρος, ὅσον ἑπτακισχιλίων, πλάτος δ' ἀνώμαλον. Ποιεῖ δὲ τὴν Ἰταλίαν χερρόνησον, τό τε Τυρρηνικὸν πέλαγος ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Λιγυστικοῦ, καὶ τὸ [e] Αὐσόνειον, καὶ ὁ Ἀδρίας.

Μετὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Κελτικήν, τὰ πρὸς ἕω λοιπά ἐστι τῆς Εὐρώπης· ἃ δίχα τέμνεται τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ· φέρεται δ' οὗτος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον, ἐν ἀριστερᾷ λιπὼν τήν τε Γερμανίαν ὅλην ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, καὶ τὸ Γετικὸν πᾶν, καὶ τὸ τῶν Τυριγετῶν, καὶ Βασταρνῶν, καὶ Σαυροματῶν, μέχρι Τανάϊδος ποταμοῦ καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης· ἐν δεξιᾷ δὲ τήν τε Θρᾴκην ἅπασαν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα καὶ Μακεδονίαν· λοιπὴν δὲ καὶ τελευταίαν τὴν Ἑλλάδα.

Πρόκεινται δὲ νῆσοι τῆς Εὐρώπης, ἃς ἔφαμεν· ἔξω μὲν στηλῶν, Γάδειρά τε καὶ Καττιτερίδες, καὶ Βρεττανικαί· ἐντὸς δὲ στηλῶν, αἵ τε Γυμνησίαι καὶ ἄλλα νησίδια Φοινίκων, καὶ τὰ τῶν Μασσαλιωτῶν καὶ Λιγύων· καὶ αἱ πρὸς τῆς Ἰταλίας μέχρι τῶν Αἰόλου νήσων, καὶ τῆς Σικελίας· ὅσαι τε περὶ τὴν Ἠπειρῶτιν καὶ Ἑλλάδα καὶ μέχρι Μακεδονίας καὶ τῆς Θρᾳκίας Χερρονήσου.

Ἀπὸ δὲ [f] τοῦ Τανάϊδος [g] καὶ τῆς Μαιώτιδος, τῆς Ἀσίας

---

[d] πλησίον.] Sic mss. Regius, & editi veteres. Posteriores πλησίων.

[e] Αὐσόνειον.] MS. Regius Αὐσόνιον. Utrumque dicitur, ut docet Stephanus Geographus.

[f] τοῦ Τανάϊδος.] Editi recentiores

tibus contiguam, partemque aliquam horum montium obtinent. Apenninus montosum est dorsum per Italiam, quàm ea longa est à septentrione versùs meridiem porrectum, & in Siculum desinens fretum.

Primæ [56] partes Italiæ sunt, planities sub Alpibus sita, & ad intimum Adriæ recessum vicinaque loca pertingens. Reliquum Italiæ, arctum est & longum, quasi promontörium, peninsulæ formâ, per quod (ut dixi) Apenninus in longum producitur, ad stadia ıↄↄ cıↄ cıↄ, latitudine inæquali. Italiam in peninsulam redigunt mare Tyrrhenum à Ligustico incipiens, & mare Ausonium, & Adria.

Post Italiam & Galliam, reliquæ sunt partes Europæ, orienti obversæ, quas medias secat Ister fluvius. Is ab occasu ortum versùs, in Euxinum labens mare, ad lævam relinquit Germaniam totam à Rheno orsam, Geticumque totum tractum, & Tyrigetas, Bastarnas, Sauromatas, usque ad Tanain amnem & paludem Mæotidem: ad dextram verò, universam Thraciam Illyricumque, Macedoniam, & ipsam reliquam Græciam.

Ante Europam sitæ sunt insulæ quas diximus: extra quidem columnas sunt Gades, Cassiterides, & Britannicæ: intra autem, Gymnesiæ, & aliæ exiguæ Phœnicum, tum Massiliensium, Ligurum, & quæ sunt ante Italiam usque ad Æoli insulas & Siciliam, circaque Epirum & Græciam usque ad Macedoniam & Thraciam Cherronesum.

A Tanaïde porrò & Mæotide palude jam partes Asiæ

τῆς Ταναΐδος: veteres editi & ms. Regius τοῦ Ταναΐδος, quod probamus.

ε καὶ τῆς Μαιώτιδος. τῆς Ἀσίας ἐστιν ἤδη, &c.] In veteribus editis, vitiosâ interpunctione sententia hujus loci obscuratur. Distinctio enim est post voces τῆς Ἀσίας: omnino malè. In editis recentioribus, nulla in toto commate, distinctionis nota. Nos ex ms. Regio, & ipsâ sermonis serie postulante, distinctionis notam figimus post vocem Μαιώτιδος.

---

56 *Primæ partes Italiæ.*] De Italiâ Strabo, lib. v.

ἐστιν ἤδη [h] τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου συνεχῆ· τούτοις δ' ἑξῆς τὰ ἐκτός. Διαιρουμένης γὰρ αὐτῆς ὑπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Ταύρου δίχα, διατείνοντος ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Παμφυλίας ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν κατ' Ἰνδοὺς καὶ τοὺς ταύτῃ Σκύθας· τὸ μὲν πρὸς ἄρκτους νενευκὸς τῆς ἠπείρου μέρος, καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, ἐκτός· τὰ δὲ συνεχῆ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ Ταναΐδι μέρη, τὰ [i] ἐντὸς τοῦ Ταύρου ἐστί. Τούτων δὲ τὰ πρῶτα μέρη τὰ μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάττης ἐστὶ, καὶ τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῇ μὲν ἐπὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὸν ὠκεανὸν τελευτῶντα, τόν τε ἔξω καὶ τὸν ἔσω τῆς Ὑρκανίας θαλάττης· τῇ δ' ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν, καθ' ὃ ἐγγυτάτω ἐστὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Πόντου, ἐπὶ τὴν Κασπίαν. Ἔπειτα τὰ [k] ἐντὸς τοῦ Ταύρου τὰ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας μέχρι πρὸς τὴν κατ' Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας τοὺς πρὸς τὴν αὐτὴν θάλατταν καὶ τὸ Ἰμαῖον ὄρος. Ταῦτα δ' ἔχουσι, τὰ μὲν οἱ Μαιῶται, Σαυρομάται, καὶ οἱ μεταξὺ τῆς Ὑρκανίας καὶ τοῦ Πόντου, μέχρι τοῦ Καυκάσου, καὶ Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν, Σαυρομάται, καὶ Σκύθαι, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ Ζύγοι, καὶ Ἡνίοχοι· τὰ δ' ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, Σκύθαι καὶ Ὑρκανοὶ καὶ Παρθυαῖοι καὶ Βάκτριοι καὶ Σογδιανοὶ, καὶ τἄλλα τὰ ὑπερκείμενα μέρη τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἄρκτον· πρὸς νότον δὲ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἐκ μέρους, καὶ τοῦ ἰσθμοῦ παντὸς μεταξὺ ταύτης καὶ τοῦ Πόντου, ἥ τε Ἀρμενίας ἡ πλείστη κεῖται, καὶ Κολχὶς, καὶ Καπ-

[h] τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου συνεχῆ· τούτοις δ' ἑξῆς, &c.] Vitiosam iterum interpunctionem emendamus. Editi recentiores distinctionis notam adhibent post vocem τοῦ Ταύρου, ita ut vox συνεχῆ construatur cum voce τούτοις. Sed tunc legendum fuisset συνεχῆ δὲ τούτοις ἑξῆς, non συνεχῆ τούτοις δ' ἑξῆς. Quin & vox ἑξῆς abundare videretur. Idem enim sonat locutio utraque συνεχῆ τούτοις, & τούτοις ἑξῆς. Ergo multo meliùs priores editi & mſ. Regius, distinctionis notam figunt post vocem συνεχῆ: & sic distinguebat vetus interpres. Ad hanc interpungendi rationem, interpretationem Xylandri accomodavimus.

[i] ἐντὸς τοῦ Ταύρου.] Editi ἐκτὸς τοῦ Ταύρου: perperam; ait enim Geographus, partes Asiæ septentrionales à Græcis vocari *intra Taurum*, ἐντὸς τοῦ Ταύρου. Jam verò partes Asiæ Mæotidi proximæ, & ultra Hyrcaniam sitæ, inter septentrionales referendæ sunt. Ergo non *extra*, sed *intra* Taurum: ἐντὸς non ἐκτός. Sic legerat vetus interpres. Sic legendum conjecerat Abrahamus Gronovius,

sunt

ſunt quæ ſubſequuntur intra Taurum, ac deinceps quæ extra. Cùm enim in duas partes Aſia dividatur à Tauro monte, qui à Pamphyliæ extremis uſque ad orientale mare pertinet, apud Indos & Scythas ibi degentes: partes eas, quæ ad ſeptentrionem vergunt, Græci intra Taurum vocant; [57] quæ ad meridiem, extra: porrò contiguæ Mæotidi & Tanaidi partes intra Taurum ſunt. Horum prima eſt ea regio, quæ inter Caſpium jacet mare & Euxinum pontum, ab unâ parte ad Tanain terminata & [58] oceanum extremum, & eum qui eſt ſupra Hyrcanum mare: ab alterâ ad iſthmum, quà iter eſt breviſſimum ab intimo Ponti [59] ad Caſpium mare: deinde intra Taurum, quæ ſunt ſupra Hyrcaniam uſque ad Indos & Scythas ad idem mare accolentes, & montem Imaum. Hæc autem tenent partim Mæotæ, Sauromatæ, & qui ſunt intra Hyrcaniam & Pontum, uſque ad Caucaſum, Iberos, Albanos, Sauromatæ, Scythæ, Achæi, Zygi, Heniochi. Supra mare autem Hyrcanum, Scythæ, Hyrcani, Parthyæi, Bactrii, Sogdiani, aliæque Indorum partes versùs ſeptentrionem. Versùs meridiem autem, partim ab Hyrcano mari, partim toto qui inter id & Pontum jacet Euxinum iſthmo, maxima Armeniæ pars ſita

etſi diffidentiùs, ut pote deſtitutus manuſcriptorum fide. Nos ita emendare non dubitamus ex mſ. Regio.

[k] ἐντός.] Sic iterum reſtituimus ex veteri interprete & mſ. Regio, imò ex ipsâ locorum poſitione & ex Strabone ipſo. Vide notam quæ præcedit proximè, & confer quæ apud Strabonem ſequuntur. Latina revocavimus ad reſtitutionem noſtram.

57 *quæ ad meridiem, extra: porrò contiguæ Mæotidi... partes intra Taurum ſunt.*] Hæc omnia miſcuerat, & contra mentem Strabonis tranſtulerat Xylander falsâ lectione deceptus quam emendavimus. Vide ſuprà not. [i].

58 *oceanum extremum, & eum qui eſt ſupra Hyrcanum mare.*] Mentem Strabonis Xylander hîc non omnino aſſecutus videtur. Mare quod extremum oceanum vocat is, mare exterius à Strabone appellatur, quo nomine oceanum exteriorem à mediterraneo mari diſtinguere ſolet Geographus. Hujus oceani partem in mare Hyrcanum infundi arbitrabatur Strabo; & hæc eſt quam vocat ἐπὶ Ὑρκανίας θαλάττης, *quæ in mare Hyrcanum infunditur*, non *quæ ſupra mare Hyrcanum eſt*, ut interpretatur Xylander.

59 *ad Caſpium mare.*] Xylander interpretabatur *ad Caſpiam*. Sed de *mari Caſpio*, non de *Caſpiorum regione* (ſeu ut aliàs vocat Strabo, *de Caſpianâ*) hoc loco agitur.

παδοκία ξύμπασα μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου καὶ τῶν Τιβαρα-
νικῶν ἐθνῶν· ἔτι δὲ ἡ ἐντὸς Ἅλυος χώρα λεγομένη, περιέ-
χουσα πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Προποντίδι, Παφλαγό-
νας τε καὶ Βιθυνοὺς καὶ Μυσοὺς, καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ
λεγομένην Φρυγίαν, ἧς ἐστι καὶ ἡ Τρωάς· πρὸς δὲ τῷ Αἰ-
γαίῳ καὶ τῇ ἐφεξῆς θαλάττῃ τήν τε Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν,
καὶ Καρίαν, καὶ Λυκίαν· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τήν τε Φρυγίαν,
ἧς ἐστι μέρος ἥτε τῶν Γαλλογραικῶν, λεγομένη Γαλατία, καὶ
l ἡ Ἐπίκτητος, καὶ Λυκάονες, καὶ Λυδοί. Ἐφεξῆς δὲ τοῖς
m ἐντὸς τοῦ Ταύρου, οἵ τε τὰ ὄρη κατέχοντες Παροπαμισάδαι,
καὶ τὰ Παρθυαίων τε καὶ Μήδων καὶ Ἀρμενίων καὶ Κιλίκων
ἔθνη, καὶ Λυκάονες καὶ Πισίδαι.

Μετὰ δὲ τοὺς ὀρείους ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου· πρώτη δ' ἐστὶ τούτων ἡ Ἰνδική, ἔθνος μέγιστον τῶν πάντων καὶ εὐδαιμονέστατον, τελευτῶν πρός τε τὴν ἑῴαν θάλατταν, καὶ τὴν νοτίαν τῆς Ἀτλαντικῆς. Ἐν δὲ τῇ νοτιωτάτῃ θαλάττῃ πρόκειται τῆς Ἰνδικῆς, νῆσος οὐκ ἐλάττων τῆς Βρεττανικῆς, ἡ Ταπροβάνη· μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια νεύουσιν, ἐν δεξιᾷ δ' ἔχουσι τὰ ὄρη, χώρα ἐστὶ συχνὴ, φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπὸ ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων, οὐχ ὁμοεθνῶν, καλοῦσι δ' Ἀριανοὺς, ἀπὸ τῶν ὀρῶν διατείνοντας μέχρι Γεδρωσίας καὶ Καρμανίας. Ἑξῆς δ' εἰσὶ πρὸς μὲν τῇ θαλάττῃ, Πέρσαι καὶ Σούσιοι καὶ Βαβυλώνιοι, καθήκοντες ἐπὶ τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν, καὶ τὰ περιοικοῦντα τούτους ἔθνη μικρά· πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν, οἱ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι Παρθυαῖοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ τὰ τούτοις πρόσχωρα ἔθνη, καὶ ἡ Μεσοποταμία· μετὰ δὲ τὴν Μεσοποταμίαν τὰ ἐντὸς Εὐφράτου· ταῦτα δ' ἐστὶν ἥ τε εὐδαίμων Ἀραβία πᾶσα, ἀφοριζομένη τῷ τε Ἀραβίῳ κόλπῳ παντὶ, καὶ τῷ Περσικῷ, καὶ ὅσην οἱ Σκηνῖται καὶ οἱ Φύλαρχοι

l ἡ Ἐπίκτητος, καὶ Λυκάονες, καὶ Λυδοί.] Rectè Cellarius notat (Geogr. antiq., lib. III, cap. 4, p. 86.) Strabonem hîc nimis extendere Phrygiam, ita ut Lydos & Lycaones complectatur. Ab omni crimine liberatur Strabo, si legatur Λυκάονας καὶ Λυδοὺς, quod fecit Xylander. Quin & fortè legendum τὴν Ἐπίκτητον. Sed de his fusiùs ad Strabonem Gallicè versum.

eſt, & Colchis, & univerſa Cappadocia uſque ad Euxinum Pontum, & Tibarenicas gentes: item regio intra Halyn quæ dicitur, continens ad Pontum & Propontidem ſuos Paphlagones, Bithynos, Myſos, & Phrygiam Helleſponto (ut ſolent vocare) imminentem, cujus eſt etiam Troas: ad Ægeum autem mare, & quod deinceps eſt, Æolidem, Ioniam, Cariam, Lyciam: in mediterraneis autem Phrygiam, cujus pars eſt Gallogræcorum quam appellant Galatiam, & [60] Epictetos, & Lycaones, & Lydos. Deinceps intra Taurum ſunt monticolæ Paropamiſadæ, Parthyæi, Medi, Armenii, Cilices, Lycaones, Piſidæ.

Secundùm montanos ſunt regiones extra Taurum. Prima horum eſt Indica, omnium gentium maxima & feliciſſima, deſinens ad mare orientale, & ad auſtrinam Atlantici partem. In maximè auſtrino mari ſita eſt ante Indiam inſula Taprobana, non minor quàm Britannia. Poſt Indiam, versùs occaſum flectentibus, montibus ad dextram ſervatis, regio occurrit perampla, malè culta ob infelicitatem ſoli ab hominibus planè barbaris & diverſarum nationum, qui Ariani dicuntur, pertinentes à montibus uſque ad Gedroſiam & Carmaniam. Deinceps ſunt ad mare, Perſæ, Suſii, Babylonii, ad mare Perſicum pertingentes, & aliæ circum hos exiguæ gentes: ad montes autem ſunt, Parthyæi, qui in ipſis montibus, & Medi, & Armenii, & finitimæ gentes, ac Meſopotamia: poſt hanc, quæ intra Euphratem ſunt, nimirum Arabia felix univerſa, diſtincta ab aliis locis toto ſinu Arabico, & ſinu Perſico: tum [61] Scenitarum & Phylarchorum re-

[m] ἐκτὸς τοῦ Ταύρου.] Sic mſ. Regius, & rectè. Ita enim Strabo loqui ſolet. Editi ἐντὸς Ταύρου.

[60] *Epictetos.*] Merè Græca vox. Ita Græci vocabant adjectam ſeu adquiſitam Phrygiam.

[61] *Scenitarum & Phylarchorum regio.*] Strabo aliàs de *Scenitis* Arabibus, ſeu iis qui ſub tentoriis degebant, ſic dictis à voce σκηνὴ, *tentorium*: hoc unico loco de *Phylarchis* loquitur. *Phylarchi* autem vocabantur Arabum reguli, qui tribubus præerant, à voce φυλὴ, Latinis *tribus*.

κατέχουσιν, οἱ ἐπὶ τὴν Εὐφράτην καθήκοντες, καὶ τὴν Συρίαν· εἶθ' οἱ πέραν τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τοῦ Νείλου, Αἰθίοπές τε καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς Αἰγύπτιοι, καὶ Σύροι, καὶ Κίλικες, οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ Τραχιῶται λεγόμενοι, τελευταῖοι δ' [n] Παμφύλιοι.

Μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἐστὶν ἡ Λιβύη, συνεχὴς οὖσα τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ, τὴν μὲν καθ' ἡμᾶς ἠϊόνα ἐπ' εὐθείας ἔχουσα, σχεδόν τι μέχρι στηλῶν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἀρξαμένην, πλὴν τῶν Σύρτεων, καὶ εἴ πού τις ἄλλη κόλπων ἐπιστροφὴ μετρία, καὶ [o] τῶν ταύτῃ ποιούντων ἀκρωτηρίων ἐξοχή· τὴν δὲ παρωκεανῖτιν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας μέχρι τινός, ὡς ἂν παράλληλον οὖσαν τῇ προτέρᾳ· μετὰ δὲ ταῦτα συναγομένην ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν, εἰς ὀξεῖαν ἄκραν, μικρὸν ἔξω στηλῶν προπεπτωκυῖαν, καὶ ποιοῦσαν τραπέζιόν πως τὸ σχῆμα.

Ἔστι δ' ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας; διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα [p] παρδάλει· κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ· καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις [q] Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Τοιαύτη δὲ οὖσα, ἔχει τινὰς ἄλλας διαφορὰς τριχῇ διαιρουμένας· τῆς μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς παραλίας, εὐδαίμων ἐστὶν ἡ πλείστη σφόδρα· καὶ μάλιστα ἡ Κυρηναία καὶ ἡ περὶ Καρχηδόνα, μέχρι Μαυρουσίων καὶ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· οἰκεῖται δὲ μετρίως, καὶ ἡ παρωκεανῖτις· ἡ δὲ μέση φαύλως, ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, ἔρημος ἡ πλείστη καὶ τραχεῖα καὶ ἀμμώδης. Τὸ δ' αὐτὸ πέπονθε καὶ τῆς Ἀσίας ἡ ἐπ' εὐθείας ταύτῃ, διά τε τῆς Αἰθιοπίας διήκουσα, τῆς τε Τρωγλοδυτικῆς, καὶ τῆς Ἀραβίας, καὶ τῆς Γεδρωσίας τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων.

---

[n] Παμφύλιοι.] Mſ. Regius Πάμφυλοι. Recepta utraque vox, teſte Stephano Byzantino.

[o] τῶν ταύτῃ ποιούντων.] Caſaubonus ſuſpicatur legendum eſſe τῶν τούτους ποιούντων, ut alibi loquitur Geographus. De cætero ſententia non ambigua.

[p] παρδάλει.] Mallet Caſaubonus παρδαλίῃ, ut apud Dionyſium, verſ. 181. Sed tum mſſ. tum editi, lectionem exhibent quam ſervamus.

[q] Αὐάσεις.] Scribunt editi Ἀνάσεις. Emendamus ex mſ. Regio Αὐάσεις, quam ſcriptionem Caſaubonus jam vi-

gio qui ad Euphratem habitant, & Syriam: tum qui circa Arabicum sinum ad Nilum usque habitant Æthiopes, Arabes, & post eos Ægyptii, Syri, Cilices, cùm alii, tum qui Trachiotæ dicuntur, ultimique Pamphylii.

Asiam subsequitur Africa, contigua Ægypto & Æthiopiæ, ejus litus quod nobis est obversum, ab Alexandriâ usque ad Columnas propemodum in rectâ lineâ producitur, exceptis Syrtibus, & sicubi alibi mediocres sinus sunt, & promontoria prominent. Latus autem quod ad oceanum est ab Æthiopiâ aliquandiu ferè parallelum priori, deinde ab austrinis partibus in acutum conducitur processum paululum ultra Columnas prodeuntem, quo pacto figura trapezii quodammodo efficitur.

Est autem sicut & alii docent, & Cneius Piso, qui eam rexit provinciam, nobis narravit, pardali similis, interpuncta habitationibus, quæ circumdantur terrâ desertâ & aquæ inopi: atque hujusmodi habitationes ab Ægyptiis vocantur [62] Avases. Cùm autem talis sit Africa, habet & alias triplices differentias. Nam quæ nos respicit ora ejus maritima, maximâ sui parte admodum est felix, Cyrenaica præcipuè & quæ sunt circa Carthaginem usque ad Maurusios & Herculis columnas. Mediocriter culta est etiam oceani ora. Media autem malè culta est, quæ silphium producit, majori ex parte deserta, aspera, & arenosa. Idem evenit Asiæ, quæ cum hâc in eâdem est rectâ lineâ, per Æthiopiam transeunte, & Troglodyticam, & Arabiam, & Gedrosiam, & Piscivoros.

---

derat in veteribus libris. Sic restituendum esse arguitur ex Stephano Byzantino, voce Αὔασις. Videsis quæ ad hunc locum commentatur Thomas de Pindo, qui lectionem hanc mirè firmat arcessitis orientalium linguarum auxiliis.

---

[62] *Avases.*] Seu *Oases*; non *Anases.* Vide Stephanum Byzantinum, voce Αὔασις, & supra not. 9.

Νέμεται δ' ἔθνη τὴν Λιβύην τὰ πλεῖστα ἄγνωστα· [r] οὐ πολλὴν γὰρ ἐφοδεύεσθαι συμβαίνει στρατοπέδοις οὐδ' ἀλλοφύλοις ἀνδράσιν· οἱ δ' ἐπιχώριοι, καὶ ὀλίγοι παρ' ἡμᾶς ἀφικνοῦνται, [s] οἱ πόρρωθεν, καὶ οὐ πιστὰ, οὐδὲ πάντα λέγουσιν. Ὅμως δ' οὖν τὰ λεγόμενα τοιαῦτά ἐστι. Τοὺς μὲν μεσημβρινωτάτους, Αἰθίοπας προσαγορεύουσι· τοὺς δ' ὑπὸ τούτοις τοὺς πλείστους, Γαράμαντας, καὶ [t] Μαυρουσίους, καὶ Νιγρίτας· τοὺς δ' ἔτι ὑπὸ τούτοις Γαιτούλους· τοὺς δὲ τῆς θαλάττης ἐγγὺς, ἢ καὶ ἁπτομένους αὐτῆς, πρὸς Αἰγύπτῳ μὲν, [u] Μαρμαρίδας, μέχρι τῆς Κυρηναίας· ὑπὲρ δὲ ταύτης, καὶ τῶν Σύρτεων, Ψύλλους καὶ Νασαμῶνας, καὶ τῶν Γαιτούλων τινάς· εἶτα Σίντας, καὶ [x] Βυζακίους, μέχρι τῆς Καρχηδονίας· πολλὴ δ' ἐστὶν ἡ Καρχηδονία· συνάπτουσι δ' οἱ Νομάδες αὐτῇ· τούτων δὲ τοὺς γνωριμωτάτους, τοὺς μὲν [y] Μασσαλιεῖς, τοὺς δὲ [z] Μασαισυλίους προσαγορεύουσιν· ὕστατοι δ' εἰσὶ Μαυρούσιοι.

Πᾶσα δ' ἡ ἀπὸ Καρχηδόνος μέχρι στηλῶν, ἐστὶν εὐδαίμων· θηριοτρόφος δὲ, ὥσπερ καὶ ἡ μεσόγαια πᾶσα· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ Νομάδας λεχθῆναι τινὰς ἐξ αὐτῶν, οὐ δυναμένους γεωργεῖν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων τὸ παλαιόν· οἱ δὲ νῦν

---

[r] οὐ πολλήν.] Optima lectio, quam vetus interpres ſecutus eſt, & exhibent tum mſ. Regius, tum ambo mſſ. Medicei ab Abrah. Gronovio collati. Vulgò οὐ πολλοῖς. Sententia ipſa legere jubet ut ſcribimus : neque enim gentes Lybicæ ignorantur eo quòd non multi exercitus in Africam ducti ſunt : verùm quòd in interiorem Africam nulli penetraverunt, non modò exercitus, ſed vel peregrinatores alienigenæ.

[s] οἱ πόρρωθεν.] Verba hæc Xylander in interpretatione ſuâ omiſerat. Monebimus autem voculam οἱ deeſſe in mſ. Regio, quam tamen editi omnes exhibent, & quæ optimè huic loco convenit, etſi non admodùm incommodè abeſſe poſſit.

[t] Μαυρουσίους.] Vulgatam lectionem retinuimus. Mſ. Regius fert Ἀρμουσίους, & ita legerat vetus interpres. Vitioſa ſanè lectio, ſed quæ favet Caſauboni conjecturæ, qui Φαρουσίους legendum cenſet; ita ut unica è mſ. Regio litera videatur excidiſſe. Adde Mauruſios aliàs Strabonem memorare quaſi procul à Nigritis diſſitos, Pharuſios verò collocare in Nigritarum viciniâ; quod faciunt Dionyſ. Perieg., verſu 215, & Pomp. Mela, liv. III, cap. 10.

[u] Μαρμαρίδας.] Editi hoc loco Μαρμαρύδας. At ſæpiùs, lib. XVII, Μαρμαρίδας : & ſic mſ. Regius, quin & geographi veteres alii quotquot ſunt.

[x] Βυζακίους.] Sic editi omnes; mſ. Regius Βυζαντίους : Caſaubonus ex Stephano Geographo Βύζαντες. Vulgatæ lectioni ſuffragantur Procopius, qui

Incolunt Libyam gentes pleræque ignotæ: [63] nam neque pars interior penetrata eſt ab exercitibus, aut alienigenis hominibus: incolæ autem cùm pauci ad nos perveniunt eorum quæ interiora habitant, tum neque credibilia narrant, neque omnia: quæ tamen ii narrant, talia ſunt. Maximè versùs meridiem diſſitos, appellant Æthiopas: ſub his pleroſque Garamantas, [64] Mauruſios, Nigritas: his adhuc inferiores Gætulos: deinde vicinos aut etiam contiguos mari, ad Ægyptum quidem Marmaridas, uſque ad Cyrenaicam: ſupra hos & Syrtes, Pſyllos, Naſamonas, & quoſdam Gætulos, tum [65] Sintas, & Byzacios, uſque ad regionem Carthaginenſem, quæ ampla eſt, eamque Numidæ attingunt: quorum celeberrimos Maſſilienſes, alios Maſæſylios appellant: ultimi ſunt Mauruſii.

Omnis autem à Carthagine ad Columnas uſque regio eſt felix: feras tamen producit, ut & mediterranea omnis Africa. Neque abhorret à veri opinione [66] Numidas quoſdam ibi locorum dictos, quibus antiquitus ob beſtia-

χωρίον ἐν Βυζακίῳ memorat, Vandal., l. II, cap 23; Plinius, qui *regionem Byzaciam*, lib. V, cap. 4; Silius, qui *rura Byzacia*, lib. IX, verſ. 204. Apud Varronem quoque legitur *Byzacium*, de R.R. lib. I, cap. 44.

[y] *Μασσυλιεῖς.*] Apud Dionyſ. Perieg. verſ. 187, ii dicuntur Μασυλῆες: apud Polybium, lib. VII, Μασσυλεῖς, teſte Stephano Byz. qui eos vocat Μασσύλυς.

[z] *Μασσαισυλίυς.*] Ita legitur in fragmento Mediceo. Lectionem hanc tuentur Steph. Byz., in Μασαισυλία: & Suidas, ex mſ. Leidenſi. Eoſdem Μασσαισυλίυς appellat Polybius, lib. III; ſicut & Strabo, lib. XVII extremo. Plinius, lib. V, cap. 2, *Maſſæſylos*; Livius, lib. XXVIII, cap. 17, *Maſæſylos*.

63 *nam neque pars interior penetrata eſt, &c.*] Depravatæ lectioni inſiſtens Xylander, locum hunc malè tractavit. Reſtitutis Græcis Latina emendavimus. Vidè ſuprà not. [r].

64 *Mauruſios.*] Probabiliùs *Pharuſios*. Vide ſuprà not. [t].

65 *Sintas.*] Strabonem ſolum, atque unicam hanc Strabonis paginam, Sintas memoraſſe credimus. Caſaubonus eoſdem eſſe opinatur, qui apud Ptolemæum *Sentites*, lib IV, cap. 5.

66 *Numidas.*] Græco nomine *Nomades*: ſic dicti à permutandis pabulis, ut ait Plinius, lib. V, cap. 3.

ἅμα τῇ ἐμπειρίᾳ τῆς θήρας διαφέροντες, καὶ τῶν Ῥωμαίων προσλαμβανόντων πρὸς τοῦτο διὰ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰς θηριομαχίας, ἀμφοτέρων περιγίγνονται, καὶ τῶν θηρίων καὶ τῆς γεωργίας. Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ἠπείρων λέγομεν.

ΚΕΦ. Ε.

Περὶ πτωμάτων καὶ ἐπικλίσεων.

ΛΟΙΠΟΝ εἰπεῖν περὶ τῶν κλιμάτων, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἔχει καθολικὴν ὑποτύπωσιν, ὁρμηθεῖσιν ἐκ τῶν γραμμῶν ἐκείνων, ἃ στοιχεῖα ἐκαλέσαμεν· λέγω δὲ τῆς τε τὸ μῆκος ἀφοριζούσης τὸ μέγιστον, καὶ τῆς τὸ πλάτος, μάλιστα δὲ τῆς τὸ πλάτος. Τοῖς μὲν οὖν ἀστρονομικοῖς ἐπιπλέον τοῦτο ποιητέον, καθάπερ Ἵππαρχος ἐποίησεν· ἀνέγραψε γὰρ, ὡς αὐτός φησι, τὰς γιγνομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον, τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίων τεταγμένων· λέγω δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι τοῦ βορείου πόλου. Τοῖς δὲ γεωγραφοῦσιν οὔτε τῶν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης φροντιστέον· οὔτ' ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς οἰκουμένης μέρεσι, τὰς τοιαύτας καὶ τοσαύτας διαφορὰς παραδεκτέον τῷ πολιτικῷ· περισκελεῖς γάρ εἰσιν· ἀλλ' ἀρκεῖ τὰς σημειώδεις καὶ ἁπλουστέρας ἐκθέσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθεισῶν· ὑποθεμένοις, ὥσπερ ἐκεῖνος, εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ δισχιλίων· ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν· οὐ μεγάλη γὰρ παρὰ τοῦτ' ἔσται διαφορὰ πρὸς τὰ φαινόμενα ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν οἰκήσεων διαστήμασιν. Εἰ δή τις εἰς τριακόσια ἑξήκοντα τμήματα τέμοι τὸν μέγιστον τῆς γῆς κύκλον, ἔσται ἑπτακοσίων σταδίων ἕκαστον τῶν τμημάτων· τούτῳ δὴ χρήσεται μέτρῳ πρὸς τὰ διαστήματα ἐν τῷ λεχθέντι διὰ Μερόης μεσημβρινῷ λαμβάνεσθαι μέλλοντι.

rum

rum multitudinem agriculturam exercere non liceret. Noſtrâ ætate, cùm incolæ ibi & excellant venandi peritiâ, & Romani eos adjuvent ob ſtudium ſpectaculorum in quibus cum beſtiis pugnatur, fit ut beſtias ſuperent, & & agriculturâ præſtent. Hæc de continentibus habitatæ terræ partibus dicta ſunto.

CAPUT V.

De climatibus.

SUPEREST ut de locorum quoque climatibus differamus. Ea quoque univerſalem habent declinationem, ſi ordiamur ab iis lineis quas principia vocavimus: eam dico, quæ longitudinem definit maximam, atque eam quæ latitudinem, hancque adeò magis illâ. In hoc quidem iis potiùs elaborandum eſt, qui aſtronomiam tractant, ſicut fecit Hipparchus. Conſignavit enim (ut ipſe ait) apparentiarum cœleſtium differentias in ſingulis locis terræ, conſtitutis in noſtro quadrante, qui videlicet eſt ab æquinoctiali ad polum ſeptentrionalem. Geographum neque horum, quæ extra terram noſtram habitatam ſunt, rationem habere oportet; neque politicum tot taleſque diverſitates in noſtrâ habitabili terrâ obſervare attinet: ſunt enim perplexæ. Satis eſt ſuis punctis expreſſas & ſimpliciores earum, quas ipſe tradidit, proponere: ſumpto, de ipſius quidem ſententiâ, quantitatem terræ continere ſtadiorum CCLII millia, ut & Eratoſthenes tradit: non magna enim ex hoc orietur apparentium in intervallis habitationum diverſitas. Quòd ſi quis ergo maximum terræ circulum ſecet in CCCLX partes, cuivis obtingent ſegmento ſtadia ɪↃCC. Hâc ille utitur menſurâ ad intervalla, quæ in Meroës meridiano erat ſumpturus.

Ἐκεῖνος μὲν δὴ ἄρχεται, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ * μεσημβρινῷ οἰκούντων· καὶ λοιπὸν ἀεὶ δι' ἑπτακοσίων σταδίων τὰς ἐφεξῆς οἰκήσεις ἐπιὼν κατὰ τὸν λεχθέντα μεσημβρινὸν, πειρᾶται λέγειν τὰ παρ' ἑκάστοις φαινόμενα· ἡμῖν δ' οὐκ ἐντεῦθεν ἀρκτέον· καὶ γὰρ εἰ καὶ οἰκήσιμα ταῦτα ἐστὶν, ὥσπερ οἴονταί τινες ἰδία γέ τις οἰκουμένη αὕτη ἐστὶ, διὰ μέσης τῆς ἀοικήτου διὰ καῦμα στενὴ τεταμένη, οὐκ οὖσα μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Ὁ δὲ γεωγράφος ἐπισκοπεῖ ταύτην μόνην τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην. Αὕτη δ' ἀφορίζεται πέρασι, νοτίῳ μὲν, τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ· βορείῳ δὲ τῷ διὰ τῆς Ἰέρνης· οὔτε δὲ τὰς τοσαύτας οἰκήσεις ἐπιθετέον, ὅσας ὑπαγορεύει τὸ μεταξὺ λεχθὲν διάστημα· οὔτε πάντα τὰ φαινόμενα θετέον, μεμνημένοις τοῦ γεωγραφικοῦ σχήματος.

Ἀρκτέον δ', ὥσπερ Ἵππαρχος, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν. Φησὶ δὴ, τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ, ὅς ἀπέχει τῆς Μερόης τρισχιλίους σταδίους πρὸς νότον, τούτου δ' ὁ ἰσημερινὸς ὀκτακισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἶναι τὴν οἴκησιν ἐγγυτάτω μέσην τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ τοῦ κατὰ Συήνην· ἀπέχειν γὰρ τὴν Συήνην πεντακισχιλίους τῆς Μερόης· παρὰ δὲ τούτοις πρώτοις τὴν μικρὰν ἄρκτον ὅλην ἐν τῷ ἀρκτικῷ περιέχεσθαι, καὶ ἀεὶ φαίνεσθαι· τὸν γὰρ ἐπ' ἄκρας τῆς οὐρᾶς λαμπρὸν ἀστέρα, νοτιώτατον ὄντα, ἐπ' αὐτοῦ ἱδρῦσθαι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου· ὥστ' ἐφάπτεσθαι τοῦ ὁρίζοντος. Τῷ δὲ λεχθέντι μεσημβρινῷ, παράλληλός πως παράκειται ἕωθεν ὁ Ἀράβιος κόλπος· τούτου δ' ἔκβασις εἰς τὸ ἔξω πέλαγος, ἡ Κινναμωμοφόρος ἐστὶν, ἐφ' ἧς ἡ τῶν ἐλεφάντων γέγονε θήρα τὸ παλαιόν· ἐκπίπτει δ' ὁ παράλ-

---

* μεσημβρινῷ.] Luce meridianâ clarius legendum esse ἰσημερινῷ. Vide infrà not. 67.

---

67 *meridiano.*] Vitiatam lectionem non animadverterunt interpretes. Neque enim hîc de meridiano, sed de æquatore agitur: quod satis demonstrat ipsa Strabonis argumentatio, quæ subsequitur. Ait enim Geographus, non

Atque is quidem orditur ab iis, qui in [67] meridiano eo habitant, ac deinceps identidem IↃCC ſtadiis diſtantes habitationes in eodem examinans, ſingulorum apparentiæ quid differant perquirit. Nobis autem non eſt inde incipiendum: nam etſi illa loca, quod quidam volunt, habitantur, peculiaris quædam erit ea anguſta zona per mediam recta torridam, non pars noſtræ habitatæ, quam ſolam geographus conſiderat. Hæc autem definitur ſuis terminis: auſtrino quidem parallelo, qui per Cinnamomiferam ducitur: ſeptentrionali, qui per Hiberniam. Neque igitur tot ponendum eſt eſſe habitationes, quot intermedium intervallum dictat: neque omnia, quæ apparent, excutienda ſunt, memoribus geographicæ figuræ.

Sumemus ergo, quod Hipparchus quoque facit, initium à partibus meridionalibus. Ait ergo, eos, qui in Cinnamomiferæ parallelo habitant (qui à Meroë versùs auſtrum abeſt tribus ſtadiorum millibus, rursùmque ab hoc æquinoctialis ſtadia VIII CIↃ IↃCCC) proximè omnino abeſſe à ſitu medio inter æquatorem & æſtivum tropicum, qui per Syenam tranſit. Nam à Syenâ Meroën abeſſe ſtadiis IↃↃ, apud hos autem primos urſam minorem totam arctico circulo includi, nunquamque occidere: nam [68] ſtellam in extremâ caudâ lucidam, quæ maximè versùs meridiem vergat, in ipſo circulo ita collocari, ut horizontem tangat. Porrò jam dicto meridiano parallelus quodammodo adjacet versùs ortum Arabicus ſinus: hujus ad mare externum exitus eſt Cinnamomifera regio, ubi quondam elephantes venabantur: exit autem parallelus iſte partim ad eos qui Taprobranâ magis versùs auſ-

---

ſibi incipiendum eſſe, de climatibus dicturo, ab iis locis, à quibus Hipparchus; quia hæc loca in torridâ jacent, zonâ inhabitabili. Talis autem locorum poſitio non meridiano definitur, ſed æquatore.

[68] *ſtellam in extremâ caudâ lucidam.*] Ultima caudæ, juxta Hipparchum, diſtat à polo 12°. 24': ergo cinnamomiferæ lat. 12°, 24', vel cum refractione 11°, 52', menſura autem ſtadiorum dat latitudinem 12°. 34'.

λήλῳ οὗτος, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς νοτιωτέρους μικρὸν τῆς Ταπροβάνης, ἢ ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους οἰκοῦντας· τῇ δ᾽ ἐπὶ τὰ νοτιώτατα τῆς Λιβύης.

Τοῖς δὲ κατὰ Μερόην καὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα· ἔστι δ᾽ αὕτη ἡ οἴκησις μέση πως τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ δι᾽ Ἀλεξανδρείας, παρὰ [b] χιλίους καὶ ἑκατὸν, τοὺς πλεονάζοντας πρὸς τῷ ἰσημερινῷ· διήκει δ᾽ ὁ διὰ Μερόης παράλληλος, τῇ μὲν διὰ [c] γνωρίμων μερῶν, τῇ δὲ διὰ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς.

Ἐν δὲ Συήνῃ καὶ Βερενίκῃ τῇ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, καὶ τῇ Τρωγλοδυτικῇ, κατὰ θερινὰς τροπὰς ὁ ἥλιος κατὰ κορυφῆς γίγνεται· ἡ δὲ μακροτάτη ἡμέρα, ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα καὶ ἡμιωρίου· ἐν δὲ τῷ ἀρκτικῷ φαίνεται καὶ ἡ μεγάλη ἄρκτος ὅλη σχεδόντι, πλὴν τῶν σκελῶν καὶ τοῦ ἄκρου τῆς οὐρᾶς καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῷ πλινθίῳ ἀστέρων. Ὁ δὲ διὰ Συήνης παράλληλος, τῇ μὲν διὰ τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων τῶν κατὰ τὴν Γεδρωσίαν, καὶ τῆς Ἰνδικῆς διήκει, τῇ δὲ διὰ τῶν νοτιωτέρων Κυρήνης μὲν πεντακισχιλίοις σταδίοις παρὰ μικρόν.

Ἅπασι δὲ τοῖς μεταξὺ κειμένοις τοῦ τε τροπικοῦ καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, μεταπίπτουσιν αἱ σκιαὶ ἐφ᾽ ἑκάτερα, πρός τε ἄρκτους καὶ μεσημβρίαν· [d] τοῖς δ᾽ ἀπὸ Συήνης ἐκ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ πρὸς ἄρκτους πίπτουσιν αἱ σκιαὶ κατὰ μεσημβρίαν· καλοῦνται δ᾽ οἱ μὲν ἀμφίσκιοι, οἱ δ᾽ ἑτερόσκιοι. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλη διαφορὰ τοῖς ὑπὸ τῷ τροπικῷ, ἣν προείπομεν ἐν τῷ περὶ τῶν ζωνῶν λόγῳ. Αὐτή τε γάρ ἐστιν ἡ διάμμος, καὶ σιλφιοφόρος, καὶ ξηρὰ, τῶν νοτιωτέρων μερῶν ἀνύδρων τε καὶ ἀκάρπων ὄντων.

Ἐν δὲ τοῖς τοῦ δι᾽ Ἀλεξανδρείας, καὶ Κυρήνης νοτιωτέροις

---

[b] χιλίους καὶ ἑκατόν.] Veteres quidam habent, juxta Casaubonum, χιλίους καὶ ὀκτακοσίους.

[c] γνωρίμων.] Sic omnes typis & calamo exarati codices. Negationem excidisse manifestum videtur nobis; ita ut de locis ignotis, οὐ γνωρίμων, id sit intelligendum. Vide infrà not. 70: At nihil mutare audemus, contra librorum fidem.

trum habitant, aut qui in eâ habitant extremâ, partim ad auſtraliſſima Africæ.

Porrò apud Meroën, & in [69] Ptolemaïde Troglodyticâ, dies longiſſimus eſt horarum æquinoctialium tredecim: qui ſitus medio loco eſt inter æquatorem & Alexandrinum parallelum, niſi quòd ad æquatorem ſuperſunt CIↃ & C: tranſit verò parallelus Meroës partim [70] per nota loca, partim per extrema Indiæ.

Syenæ autem, Berenicæ in Arabico ſinu, & in Troglodyticâ, ſolſtitio æſtivo ſol ſupra verticem decurrit: dies maxima horarum eſt æquinoctialium XIII cum dimidiâ. Apparet in arctico circulo major urſa ferè tota, demptis tantùm cruribus & ultimâ caudæ ſtellâ, unâque de iis, quæ ſunt in quadrangulo. Porrò Syenæ parallelus cùm per Ichthyophagorum ad Gedroſiam & Indiam ſitorum regionem tranſit, tum per magis meridionalia quàm quidem ſit Cyrene, ferè quinque ſtadiorum millibus.

Univerſis autem, qui habitant inter tropicum & æquinoctialem circulum, umbræ in utramque partem cadunt; nempe tam versùs ſeptentrionem quàm meridiem: iis autem, qui à Syenâ & extra æſtivum tropicum habitant, umbræ meridianæ versùs ſeptentrionem jaciuntur: illi amphiſcii, hi heteroſcii appellantur. Eſt & aliud diſcrimen eorum, qui ſub tropico habitant, indicatum à nobis in zonarum explicatione. Hæc enim eſt arenoſa, ſilphii ferax, & ſicca: cùm magis ad auſtrum vergentes partes & aquæ habeant ſatis, & frugiferæ ſint.

Præterea in locis, quæ à parallelo Alexandrino & Cy-

---

[d] *τοῖς δ' ἀπὸ Συήνης.*] MS. Mediceus ſic habet, & hanc ſcripturam ſecuti ſunt interpretes. Vulgò τοῖς δ' ἀπὸ Συήνης, quod minùs placet.

---

69 *Ptolemaïde.*] De hâc Ptolemaïde Strabonem adi, lib. XVI.

70 *per nota loca.*] *Per ignota* potiùs. Si enim *nota*, hæc expreſſo nomine Strabo appellaſſet, ut mos ipſi eſt. At verò ea ipſa loca de quibus hîc agitur veteribus geographis ignota fuiſſe aliundè conſtat.

ὅσον [e] τετρακοσίοις σταδίοις, ὅπου ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν δεκατεσσάρων, καὶ κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἀρκτοῦρος, μικρὸν ἐκκλίνων πρὸς νότον. [f] Ἐν δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιάν, ὃν ἔχει τὰ πέντε πρὸς ἑπτά. Καρχηδόνος δὲ νοτιώτεροι εἰσὶ χιλίοις καὶ τριακοσίοις σταδίοις, καὶ Ἀλεξανδρείας δὲ νοτιώτεροι· εἴπερ ἐν Καρχηδόνι ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιάν, ὃν ἔχει τὰ ἕνδεκα πρὸς τὰ ἑπτά· διήκει δ' ὁ παράλληλος οὗτος, τῇ μὲν διὰ Κυρήνης καὶ τῶν νοτιωτέρων Καρχηδόνος, ἐννακοσίοις σταδίοις, μέχρι Μαυρουσίας μέσης· τῇ δὲ δι' Αἰγύπτου καὶ κοίλης Συρίας, καὶ τῆς ἄνω Συρίας, καὶ Βαβυλῶνος, καὶ Σουσιάδος, Περσίδος, Καρμανίας, Γεδρωσίας τῆς ἄνω, μέχρι τῆς Ἰνδικῆς.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Φοινίκῃ, καὶ Σιδόνα, καὶ Τύρον, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεσσάρων καὶ τετάρτου· βορειότεροι δ' εἰσὶν οὗτοι, Ἀλεξανδρείας μὲν, ὡς χιλίοις ἑξακοσίοις σταδίοις· Καρχηδόνος δὲ ὡς ἑπτακοσίοις. Ἐν δὲ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Ῥοδίας καὶ περὶ Ξάνθον τῆς Λυκίας, ἢ τὰ μικρῷ νοτιώτερα, καὶ ἔτι τὰ Συρακοσίων νοτιώτερα τετρακοσίοις σταδίοις· ἐνταῦθα ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεττάρων καὶ ἡμίσεος· ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι Ἀλεξανδρείας μὲν, τρισχιλίους ἑξακοσίους τεσσαράκοντα· διήκει δ' ὁ παράλληλος οὗτος κατ' Ἐρατοσθένη διὰ Καρίας, Λυκαονίας, Καταονίας, Μηδείας, Κασπίων πυλῶν, Ἰνδῶν τῶν κατὰ Καύκασον.

---

[e] τετρακοσίοις.] Quidam veteres libri, teste Casaubono, ferunt τριακοσίοις: sed malè. Vide infrà not. 71.

[f] Ἐν δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, &c.] Quod hic, & paulo infrà, legitur de umbrarum æquinoctialium ratione, scholion fortè quoddam censendum est quod è margine in contextum irrepsit. Neque enim id satis veræ locorum latitudini congruere videtur. Judicium penes astronomos esto.

---

71 *ad* cccc *stadia.*] Si mss. à Casaubono allegatis standum foret, trecenta, pro cccc, stadia numeranda essent. Sed ipse Strabo ait paulo post, easdem regiones, de quibus hic agitur, abesse à Carthagine versùs meridiem 1300 stadiis; Cyrenem verò à Carthagine versùs meridiem quoque

renæo [71] ad CCCC ſtadia magis versùs meridiem abſunt, ubi dies longiſſima horarum æquinoctialium eſt XIV, ita ſupra verticem fertur arcturus, ut leviter ad auſtrum declinet. Jam Alexandriæ gnomo rationem habet ad umbram æquinoctialem, qualis eſt quinarii ad ſeptenarium. Carthagine autem meridionaliores ſunt [72] CIↃ CCC ſtadiis, & meridionaliores quàm Alexandria, ſiquidem gnomonis ratio eſt ad umbram æquinoctialem, quæ eſt undecim ad ſeptem. Tranſit autem parallelus hic, quà per Cyrenem & à Carthagine ad meridiem diſſita ſtadiis IↃCCCC, uſque ad mediam Mauruſiam, quà per Ægyptum, Cœleſyriam, Syriam ſuperiorem, Babylonem, Suſidem, Perſidem, Carmaniam, Gedroſiam ſuperiorem, uſque ad Indiam.

Rurſum circa Ptolemaïdem Phœnices, ac Sidonem & Tyrum, maxima diei quantitas eſt horum XIV & quadrantis. Versùs ſeptentrionem hi remoti ſunt ab Alexandriâ ſtadiis ad CIↃ DC, à Carthagine autem IↃ CC. Porrò quæ in Peloponneſo, circa Rhodi medium, & Xanthum Lyciæ [73] vel paulo magis versùs meridiem, & quæ à Syracuſis ad meridiem CCCC ſtadiis abſunt, longiſſima dies eſt horarum æquinoctialium XIV cum ſemiſſe: diſtant hæc loca ab Alexandriâ ſtadiis CIↃ CIↃ CIↃ IↃC XL. Si Eratoſthenem ſequimur, tranſit parallelus hic per Cariam, Lycaoniam, Cataoniam, Mediam, Caſpias portas, & Indos, qui ſunt ad Caucaſum.

---

900 ſtadiis diſtare. Unde hæc adſtruitur calculorum ratio: A locis de quibus quæſtio eſt, ad parallelum Carthaginis, ... 1300 ſtad.
de quibus ſi demas à Carthagine ad Cyrenem . . 900

ſupererunt 400

ergo rectè, juxta Strabonem, CCCC ſtadia numerantur à parallelo Cyrenæo ad loca ubi dies longiſſima horarum eſt æquinoctialium XIV.

[72] CIↃ CCC *ſtadiis.*] Quidam libri, juxta Caſaubonum, CIↃCCCC: malè; ſi enim ita legeretur, jam non modo 400, ut mox Strabo dixit, ſed 500 ſtadia intereſſent à Carthagine ad eas regiones quæ diem habent longiſſimam XIV horarum. Vide ſuprà not. [71].

[73] *vel paulo magis versùs meridiem; &c.*] Negligenter admodùm Xylander tractaverat locum hunc, ſanum tamen & planum. Illum accuratiùs interpretati ſumus, ſicut & quædam infrà; quibus ſingulis adnotandis immorari, animus non eſt.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρειαν μέρεσι, τῆς Τρωάδος, κατ' Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν τὴν ἐν Ἠπείρῳ, καὶ τοὺς Ῥώμης μὲν νοτιωτέρους, βορειοτέρους δὲ Νεαπόλεως, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε· ἀπέχει δὲ ὁ παράλληλος οὗτος τοῦ μὲν δι' Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ ὡς ἑπτακισχιλίους σταδίους πρὸς ἄρκτον· τοῦ ἰσημερινοῦ ὑπὲρ δισμυρίους ὀκτακισχιλίους ὀκτακοσίους· τοῦ δὲ διὰ Ῥόδου τρισχιλίους τετρακοσίους· πρὸς νότον δὲ Βυζαντίου καὶ Νικαίας καὶ τῶν περὶ Μασσαλίαν, χιλίους πεντακοσίους· μικρὸν δ' ἀρκτικώτερός ἐστιν ὁ διὰ Λυσιμαχίας, ὅν φησιν Ἐρατοσθένης διὰ Μυσίας εἶναι καὶ Παφλαγονίας, καὶ τῶν περὶ Σινώπην, καὶ Ὑρκανίαν, καὶ Βάκτρα.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον, ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν δεκαπέντε καὶ τετάρτου· ὁ δὲ γνώμων πρὸς τὴν σκιὰν λόγον ἔχει ἐν τῇ θερινῇ τροπῇ, ὃν τὰ ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς τεσσαράκοντα δύο, λείποντα πέμπτῳ· ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι τοῦ διὰ μέσης τῆς Ῥοδίας περὶ τετρακισχιλίους, καὶ ἐννακοσίους· τοῦ δ' ἰσημερινοῦ ὡς τρισμυρίους τριακοσίους. Εἰσπλεύσασι δὲ εἰς τὸν Πόντον, καὶ προελθοῦσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὅσον χιλίους καὶ τετρακοσίους, ἡ μεγίστη ἡμέρα γίνεται ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε, καὶ ἡμίσους· ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι ἴσον ἀπό τε τοῦ πόλου, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, καὶ ὁ ἀρκτικὸς κύκλος κατὰ κορυφὴν αὐτοῖς ἐστι, ἐφ' οὗ κεῖται ὅ, τε ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς Κασσιεπείας, καὶ ὁ ἐν τῷ δεξιῷ ἀγκῶνι τοῦ Περσέως μικρῷ βορειότερος ὤν.

Ἔν τε τοῖς ἀπέχουσι Βυζαντίου πρὸς ἄρκτον οὐ ὅσον τρισχιλίους ὀκτακοσίους, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαέξ· ἡ οὖν δὴ Κασσιέπεια, ἐν τῷ ἀρκτικῷ φέρεται. Εἰσὶ δ' οἱ τόποι οὗτοι περὶ Βορυσθένη καὶ τῆς Μαιώτιδος τὰ νότια· ἀπέχουσι δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ περὶ τρισμυρίους τετρακισχιλίους ἑκατόν. Ὁ δὲ κατὰ τὰς ἄρκτους τόπος τοῦ ὁρίζοντος ἐν ὅλαις σχεδόν τι ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ δύσεως ἕως καὶ ἀνατολῆς ἀντιπεριισταμένου τοῦ φωτός· ὁ γὰρ θερινὸς τροπικὸς ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος, ἑνὸς ζῳδίου ἥμισυ, καὶ δωδέκατον· τοσοῦτον οὖν καὶ ὁ ἥλιος ἀφίσταται τοῦ ὁρίζοντος κατὰ τὸ μεσονύκτιον. Καὶ

Inde

Inde apud Alexandriam Troadis, Amphipolin, & Apolloniam in Epiro, & eos qui Româ versùs meridiem, Neapoli versùs septentrionem absunt, dies longissima horarum est æquinoctialium quindecim: distat hic parallelus ab Ægyptiæ Alexandriæ parallelo versùs septentrionem ad septem stadiorum millia, ab æquatore super XXVIII millia & IↃCCC, à Rhodi parallelo III CIↃ CCC: à Byzantio autem, Niceâ & Massiliâ ad meridiem, CIↃ IↃ: paulo septentrionalior est qui per Lysimachiam ducitur, quem Eratosthenes ait duci per Mysiam, Paphlagoniam, Sinopen, Hyrcaniam & Bactra.

Apud Byzantium verò dies longissima est horarum æquinoctialium XV, cum quadrante: æstivo autem solstitio gnomo ad umbram eam habet proportionem, quam CXX ad XLII minùs quicunce: atque hæc loca distant à parallelo per mediam Rhodum ducto ad IↃↃ, demptis C, ab æquatore ad triginta millia & CCC. In Pontum deinde navigantibus, & ad septentrionem provectis ad stadia CIↃ CCCC, longissima dies fit horarum æquinoctialium XV cum dimidiâ. Hæc autem loca eodem intervallo distant à polo & æquinoctiali, & arcticus circulus eorum vertici imminet, in quo sita est stella in collo Cassiopeæ, & alia in dextro cubito Persei, paulo borealior.

At qui versùs septentrionem à Byzantio remoti sunt ad stadia III CIↃ IↃCCC, iis solstitii æstivi dies est horarum æquinoctialium XVI: iis Cassiopea in arctico convertitur circulo. Hæc loca sunt circa Borysthenem & austrinas Mæotidis partes: absunt ab æquatore circiter XXXIV millibus stadiorum, ac centum stadiis. Denique horizontis locus septentrionibus proximè subjectus, totis ferè æstivis noctibus illustratur radiis solaribus, ab occasu ad ortum usque lumine obversante: tropicus enim æstivus ab horizonte abest semisse & unciâ integri signi: tantundem ergo necesse est solem ab ho-

---

ε ὥραι.] Vocem hanc restituimus ex prioribus editis, ex veteri interprete, & ex mſ. Regio.

παρ' ἡμῖν δὲ τοσοῦτον τοῦ ὁρίζοντος ἀποχὼν, πρὸ τοῦ ὄρθρου καὶ μετὰ τὴν ἑσπέραν ἤδη καταυγάζεται τὸν περὶ τὴν ἀνατολὴν ἢ τὴν δύσιν ἀέρα. Ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς ἡμέραις, ὁ ἥλιος τὸ πλεῖστον μετεωρίζεται πήχεις ἐννέα. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τούτους τῆς Μερόης διέχειν μικρῷ πλείους, ἢ [h] δισμυρίους τρισχιλίους. Διὰ γὰρ Ἑλλησπόντου εἶναι μυρίους ὀκτακισχιλίους, εἶτα πεντακισχιλίους εἰς Βορυσθένη. Ἐν δὲ τοῖς ἀπέχουσι τοῦ Βυζαντίου σταδίους περὶ ἑξακισχιλίους τριακοσίους, βορειοτέροις οὖσι τῆς Μαιώτιδος, κατὰ τὰς χειμερινὰς ἡμέρας μετεωρίζεται τὸ πλεῖστον ὁ ἥλιος, ἐπὶ πήχεις ἕξ· ἡ δὲ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν δεκαεπτά. Τὰ δ' ἐπέκεινα ἤδη πλησιάζοντα τῇ ἀοικήτῳ διὰ ψύχος, οὐκ ἔτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐστίν. Ὁ δὲ βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων, Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν· ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ τρανώτερα εἶναι τῆς νῦν προκειμένης πραγματείας· παρ' ἐκείνου λαμβανέτω.

Τρανώτερα δ' ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων ἅ φησι Ποσειδώνιος. Ὅμως γε καὶ τούτων, τόγε τοσοῦτον ἐπιμνηστέον, ὥστε τὴν ἐπίνοιαν διασαφῆσαι, καὶ πῇ χρήσιμον πρὸς τὴν γεωγραφίαν, καὶ πῇ ἄχρηστον. Ἐπεὶ γὰρ περὶ τῶν ἀφ' ἡλίου σκιῶν ὁ λόγος ἐστὶν, ὁ δ' ἥλιος πρὸς αἴσθησιν κατὰ παραλλήλου φέρεται, καθ' οὗ καὶ ὁ κόσμος, παρ' οἷς καθ' ἑκάστην κόσμου περιστροφὴν ἡμέρα γίνεται καὶ νὺξ, ὅτε μὲν ὑπὲρ γῆς τοῦ ἡλίου φερομένου, [i] ὅτε δ' ὑπὸ γῆν, παρὰ τούτοις οἵ τε ἀμφίσκιοι ἐπινοοῦνται καὶ οἱ ἑτερόσκιοι. Ἀμφίσκιοι μὲν, ὅσοι κατὰ μέσον ἡμέρας, τότε μὲν ἐπὶ τάδε [k] πιπτούσας ἔχουσι τὰς σκιὰς, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπὸ μεσημβρίας τῷ γνώμονι προσπίπτῃ τῷ ὀρθῷ, πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον· τότε δ' εἰς τοὐναντίον, ὅταν ὁ ἥλιος εἰς τοὐναντίον περιστῇ· τοῦτο δὲ συμβέβηκε μόνοις

[h] δισμυρίους.] Sic rectè mſ. Regius. Editi δυσμυρίους. Error certè typographicus, quem tamen ideo notamus, quòd in omnes editos irrepserit.

[i] ὅτι δ' ὑπὸ γῆν, παρὰ τούτοις οἵ τε ἀμφίσκιοι, &c.] Interpunctione pravâ laborabat locus ille. Editi enim post vocem τούτοις, distinctionis notam figebant, quam nos post voces ὑπὸ γῆν apponimus, prævio mſ. Regio. Hic prorsus cæcutiit Xylander, cujus translationem exscribemus infrà, not. 74.

[k] πιπτούσας.] Mſ. Regius ἐμπιπτούσας.

rizonte ſub mediam abeſſe noctem. Apud nos autem tanto diſtans ſpatio ſol ab horizonte, tamen & ante diluculum, & poſt veſperam ortivum occiduumve aërem illuſtrat. Cæterùm apud illos ſol hybernis diebus ad ſummum ad novem elevatur cubitos. Eratoſthenes ait hos à Meroâ diſtare non multo pluribus quam XXIII millibus ſtadiorum. Eſſe enim per Helleſpontum millia XIIX, deinde ad Boryſthenem ІƆƆ. Verùm apud eos, qui à Byzantio abſunt ad ІƆƆ CIƆ CCC ſtadia à Mæotide palude versùs ſeptentrionem ſiti, hybernis diebus ſol ad ſummum in ſex adſurgit cubitos: dies longiſſima eſt horarum æquinoctialium XVII. Ulteriora jam ad habitationibus ob frigus negatam terram tendentia, nihil ad geographum. Qui tamen & illa vult cognoſcere, & alias res cœleſtes, is Hipparchum conſulat: nam ab eo ſunt dicta, & à nobis omittuntur, quia magis ſunt luculenta quàm noſtra requirat inſtituta tractatio.

Ejuſdem generis etiam ſunt quæ de periſciis, amphiſciis, & heteroſciis Poſidonius prodidit. Attamen horum quoque eò uſque mentio facienda, ut explicemus quatenus vel utilia ſint ea, vel inutilia geographo. [74] Quoniam autem umbrarum ſolis ratio habetur, & ſol, quantùm ſenſu deprehendi poteſt, eodem circulo ad eum quo mundus verſatur, parallelo convertitur: apud quos juxta unamquamque mundi converſionem dies fit & nox, ſole ſcilicet modò ſupra terram, modò infra ipſam vehente, apud eos amphiſcii intelliguntur, & heteroſcii. Amphiſcii quidem, illi quorum gnomoni ſub meridiem erecto ſol affulgens in ſuppoſitâ planitie umbram modò in hanc, aliàs in diverſam partem projicit, ſole in oppoſitam priori re-

---

[74] *Quoniam autem umbrarum ſolis ratio habetur,* &c.] Hujus loci interpretationem inſtaurare neceſſe habuimus, miſſâ tranſlatione Xylandri. Sic autem is phraſim Strabonianam non detruncabat modò, ſed omnino corrumpebat: *Quoniam autem verba ſiunt de ſolis umbris, & ſol, quantùm ſenſu deprehendi poteſt, eodem circulo ad eum quo mundus verſatur, parallelo convertitur, itaque in ſingulis mundi partibus dies ſiet eo ſupra terram, nox infra terram vehente: amphiſcii intelliguntur illi quorum gnomoni,* &c.


τοῖς μεταξὺ τῶν τροπικῶν οἰκοῦσιν. Ἑτερόσκιοι δ' ὅσοις ἢ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν, ὥσπερ ἡμῖν· ἢ ἐπὶ τὰ νότια, ὥσπερ τοῖς ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ ζώνῃ οἰκοῦσι. Τοῦτο δὲ συμβαίνει πᾶσι τοῖς ἐλάττονα ἔχουσι τοῦ τροπικοῦ τὸν ἀρκτικόν. Ὅταν δὲ τὸν αὐτὸν, ἢ μείζονα, ἀρχὴ τῶν περισκίων ἐστὶ, μέχρι τῶν οἰκούντων ὑπὸ τῷ πόλῳ. Τοῦ γὰρ ἡλίου καθ' ὅλην τὴν τοῦ κόσμου περιστροφὴν ὑπὲρ γῆς φερομένου, δηλονότι καὶ ἡ σκιὰ κύκλῳ [1] περιενεχθήσεται περὶ τὸν γνώμονα· καθ' ὃ δὴ καὶ περισκίους αὐτοὺς ἐκάλεσεν· οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν· οὐ γάρ ἐστιν οἰκήσιμα ταῦτα τὰ μέρη διὰ ψῦχος· ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸς Πυθέαν λόγοις εἰρήκαμεν. Ὥστ' οὐδὲ τοῦδε τοῦ μεγέθους τῆς ἀοικήτου ταύτης φροντιστέον ἐκ τοῦ λαβεῖν, ὅτι ἔχοντες ἀρκτικὸν τὸν τροπικὸν, ὑποπεπτώκασι τῷ γραφομένῳ κύκλῳ ὑπὸ τοῦ πόλου τοῦ ζῳδιακοῦ, κατὰ τὴν τοῦ κόσμου περιστροφὴν ὑποκειμένου τοῦ μεταξὺ διαστήματος, τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ τροπικοῦ, τεττάρων ἑξηκοστῶν τοῦ μεγίστου κύκλου.

---

1 περιενεχθήσεται.] MS. Regius περιενεχθήσεται.



gionem delato. Hoc autem iis tantummodò contingit, qui inter tropicos habitant. Heteroſcii ſunt, quibus id genus umbræ aut ſemper versùs ſeptentrionem cadunt, ut nobis: aut versùs meridiem, ut iis qui in alterâ temperatâ zonâ degunt: uſu venit hoc omnibus, qui arcticum tropico minorem habent. Periſciorum principium eſt, ubi vel æqualis tropico arcticus eſt, vel major: uſque ad eos, qui ſub polo habitant. Cùm enim ſol ſecundùm totam cœli converſionem ſupra terram feratur, nimirum & umbra in orbem ambiet gnomonem: unde & periſcios eos nuncupavit, nihil ad geographiam attinentes: quippe partes iſtæ ob frigus habitari non poſſunt: uti in refutatione Pytheæ oſtendimus. Quapropter nec de magnitudine quidem iſtius non habitatæ terræ diſputare expedit, poſito, eos cùm habeant tropicum pro arctico, ſuppoſitos eſſe circulo, qui à polo zodiaci deſcribitur mundi converſione: & poſito, intervallum inter æquinoctialem & tropicum eſſe quatuor partium, quarum ſexaginta integrum maximum circulum abſolvunt.



ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.*

Α.

Β.

Γ.

Δ.

Ε.

* *Hujus libri argumenta, neque in mss. neque in excusis prælo codicibus, Græcè extant.*

CAPITA LIBRI TERTII

GEOGRAPHICORUM STRABONIS.



ΤΩΝ

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

Ἀποδεδωκόσι δ' ἡμῖν τὸν πρῶτον τύπον τῆς γεωγραφίας, οἰκεῖός ἐστιν ὁ ἐφεξῆς λόγος περὶ τῶν καθέκαστα· καὶ γὰρ ὑπεσχόμεθα οὕτως· καὶ δοκεῖ μέχρι νῦν ὀρθῶς ἡ πραγματεία μεμερίσθαι. Ἀρκτέον δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς τούτων, ἀφ' ὧνπερ καὶ πρότερον, κατὰ [1] τὰς αὐτὰς αἰτίας.

Πρῶτον δὲ μέρος αὐτῆς ἐστι τὸ ἑσπέριον, ὡς ἔφαμεν, ἡ Ἰβηρία. Ταύτης δὴ τὸ μὲν πλέον οἰκεῖται φαύλως· ὄρη γὰρ καὶ δρυμοὺς καὶ πεδία λεπτὴν ἔχοντα γῆν, οὐδὲ ταύτην ὁμαλῶς εὔυδρον οἰκοῦσι τὴν πολλήν· ἡ δὲ πρόσβορρος, ψυχρά τε ἐστι τελέως πρὸς τῇ τραχύτητι, καὶ παρωκεανῖτις, προσειληφυῖα τὸ ἄμικτον καὶ ἀνεπίπλεκτον τοῖς ἄλλοις· ὥσθ' ὑπερβάλλει τῇ μοχθηρίᾳ τῆς οἰκήσεως. Ταῦτα μὲν δὴ τὰ μέρη τοιαῦτα. Ἡ δὲ νότιος πᾶσα, εὐδαίμων σχεδόν τι, καὶ διαφερόντως ἡ ἔξω στη-

---

[1] *easdem ob causas.*] Quas suprà enuntiavit, lib. II, p. 393.

STRABONIS



STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Hispaniæ totius descriptio, quâ ejus figura, longitudo & latitudo exponuntur.

POSTEAQUAM primam terræ descriptionis formam tradidimus, dicendum nobis deinceps jam peculiariter est de singulis partibus. Hoc enim in nos recepimus, & videtur hactenus rectè tractatio esse divisa. Ordiendum autem est iterum ab Europâ, & iis ejus partibus, à quibus & antè, idque [1] easdem ob causas.

Est ergo prima pars Europæ versùs occasum Hispania. Ejus magna pars incommodè habitatur: quippe montes & sylvas & campos terrâ præditos exili, neque æqualiter aquis irriguam magnâ ex parte incolunt: tum pars septentrioni objecta, præter asperitatem etiam frigidissima est: & quia ad oceanum pertinet, id accedit, quòd nulla ejus incolis sunt cum aliis hominibus commercia, itaque ibi pessimè degitur. [2] Ejus generis quidem ea regio est. At quæ versùs meridiem sita, felix est ferè omnis, præcipuè quæ extra Columnas jacet. Verùm hæc singu-

[2] *Ejus generis quidem ea regio est.*] Hæc omiserat in translatione suâ Xylander.

λῶν· ἔσται δὲ δῆλον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα ὑπογράψασιν ἡμῖν πρότερον τό, τε σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος.

Ἔοικε γὰρ βύρσῃ κατὰ μὲν μῆκος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τὰ πρόσθια ἐχούσῃ μέρη πρὸς τὴν ἕω· κατὰ πλάτος δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς νότον. Ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος· πλάτος δὲ πεντακισχιλίων, τὸ μέγιστον· ἔστι δ' ὅπου πολὺ ἔλαττον τῶν τρισχιλίων· καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν. Ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν τεταμένον, ὁρίζει τὴν Κελτικὴν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. Οὔσης δὲ καὶ τῆς Κελτικῆς ἀνωμάλου τὸ πλάτος, καὶ τῆς Ἰβηρίας· [a] τὸ στενώτατον τοῦ πλάτους ἑκατέρας ἀπὸ τῆς ἡμετέρας θαλάττης ἐπὶ τὸν ὠκεανόν ἐστι, τὸ τῇ Πυρήνῃ πλησιάζον, μάλιστα ἐφ' ἑκάτερον αὐτῆς τὸ μέρος, καὶ ποιοῦν κόλπους τοὺς μὲν ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ· μείζους δὲ τοὺς Κελτικούς, οὓς δὴ καὶ Γαλατικοὺς καλοῦσι, στενώτερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας [b] παρὰ τὸ Ἰβηρικόν.

Καὶ δὴ τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας, ἡ Πυρήνη ποιεῖ· τὸ δὲ νότιον, ἥ τε καθ' ἡμᾶς θάλαττα, ἀπὸ τῆς Πυρήνης μέχρι Στηλῶν, καὶ ἡ ἐκτὸς τὸ ἑξῆς, μέχρι τοῦ Ἱεροῦ καλουμένου ἀκρωτηρίου· τρίτον ἐστὶ τὸ ἑσπέριον πλευρὸν, παράλληλόν πως τῇ Πυρήνῃ, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς πρὸς Ἀρτάβροις ἄκρας ἣν καλοῦσι [c] Νέριον· τέταρτον δὲ τὸ ἐνθένδε, μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης. Ἀναλαβόντες δὲ λέγωμεν τὰ

---

[a] τὸ στενώτατον.] Vulgò τὸ δὲ στενώτατον. Abundat vocula δὲ, quam nec mſ. Mediceus agnoſcit, nec Regius. Quin & ejus nullam rationem habuerunt interpretes; itaque ipſam abigendam cenſuimus.

[b] παρὰ τὸ Ἰβηρικόν.] Supple πλευρὸν, ut acute conjecit Caſaubonus. At in hoc eodem loco cæcutiit vir oculatiſſimus, cùm iſthmum Gallicum contendit Hiſpanico anguſtiorem non eſſe, ac proinde Strabonem emendandum. Nam, 1°. expreſſis verbis aſſerit Strabo Gallicos ſinus Hiſpanicis eſſe majores; breviorem ergo & contractiorem Galliarum iſthmum dicere debuit. 2°. Quin & re ipsâ iſthmus ille Hiſpanico anguſtior eſt, quod primo intuitu tabulæ geographicæ unuſquiſque facilè proſpiciet. Videſis Marcæ Hiſpanicæ, lib. 1, cap. 14, n°. 15, p. 79.

[c] Νέριον.] Editi veteres & mſ. Regius Ἰέρνω. Νέριον emendat Xylander, quem ſequimur, ipsâ Strabonis auctoritate fretum. Strabo enim infrà, Νέριον vocat Artabrorum promontorium. Verumtamen obſervat Caſaubonus

lis persequendis faciemus plana : priùs figura totius Hispaniæ & magnitudo nobis describenda est.

Hispania [3] similis est pelli, in longum ab occasu versùs ortum expansæ, ita ut priores partes ad ortum spectent, in latum à septentrione ad austrum. Longitudo ejus est in universum ꟾↃↃ CꟾↃ stadiorum, latitudo maxima ꟾↃↃ : alicubi multo etiam minor tribus millibus, maximè ad Pyrenem, latus ortivum includentem. Mons enim ille continenter ab austro versùs boream porrectus, Galliam ab Hispaniâ dirimit. Cùm autem utraque regio inæqualiter sit lata, arctissima utraque est à nostro mari ad oceanum, quà ad Pyrenem accedunt : [4] maximè ad utramque partem Pyrenes, ubi sinus fiunt tum in oceano, tum in nostro mari : sinus tamen Gallici majores sunt, & eorum, quàm Hispaniæ isthmus, angustior.

Ergo latus Hispaniæ ortivum Pyrene includit : meridionale efficit nostrum mare à Pyrenâ usque ad Columnas : proximum huic oceanus, usque ad [5] Sacrum promontorium : tertium latus est occiduum, ferè parallelum Pyrenæ, à Sacro promontorio usque ad promontorium apud Artabros, quod vocatur [6] Nerium. Quartum latus inde ducitur usque ad boreales Pyrenes fines. Proinde singula narraturi, principium repetamus à Sacro promontorio. Hoc enim non Euro-

(apud Melam, l. III, cap. 1), in eodem tractu nominari fluvium *Iernam* : atque hinc dubitat gravius aliquod malum huic loco subesse. Sed 1°. hic de promontorio, non de fluvio agitur ; 2°. apud Melam ipsum non *Iernam* sed *Læron* legendum esse contendit Vossius ad Melam, p. 229.

[3] *Hispania similis est pelli.*] Id est tergori bovis, ut Strabo jam dixit suprà, l. II, p. 396, βύρσῃ βοείᾳ. Partem hanc Europæ corio bubulo similem ait quoque Dionysius Periegetes, vers. 287.

[4] *maximè ad utramque partem Pyrenes*, &c.] Hujus loci sententiam non assecuti sunt interpretes. Xylandri translationem ad Strabonis mentem revocavimus. Vide suprà not. [b].

[5] *Sacrum promontorium.*] Hodiè *le cap de S. Vincent.*

[6] *Nerium.*] Nobis *le cap Finisterre.*

καθ' ἕκαστα, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἀρξάμενοι. Τοῦτο δ' ἐστὶ δυτικώτατον, οὐ τῆς Εὐρώπης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης σημεῖον· περατοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δυοῖν ἠπείρων ἡ οἰκουμένη πρὸς δύσιν, τοῖς τε τῆς Εὐρώπης ἄκροις, καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Λιβύης· ὧν τὰ μὲν Ἴβηρες ἔχουσι, τὰ δὲ Μαυρούσιοι· προύχει δὲ τὰ Ἰβηρικὰ ὅσον χιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις κατὰ τὸ λεχθὲν ἀκρωτήριον.

Καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν, τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι· αὐτὸ δὲ τὸ ἄκρον καὶ προπεπτωκὸς εἰς τὴν θάλατταν, Ἀρτεμίδωρος εἰκάζει πλοίῳ, γενόμενος, φησὶν, ἐν τῷ τόπῳ· προσλαμβάνειν δὲ τῷ σχήματι νησίδια τρία· τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους. [d] Ἡρακλέους θ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι· [e] ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον· οὔτε γὰρ Ἡρακλέους βωμὸν, [f] οὔτ' ἄλλου τῶν θεῶν εἶναι, ἀλλὰ λίθους συγκεῖσθαι τρεῖς ἢ τέτταρας κατὰ πολλοὺς τόπους, οὓς ὑπὸ τῶν ἀφικνουμένων στρέφεσθαι κατά τι πάτριον, καὶ μεταφέρεσθαι [g] ψευδοποιησαμένων. Θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον, οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβαίνειν τοῦ τόπου, θεοὺς φασκόντων κατέχειν αὐτὸν ἐν τῷ τότε χρόνῳ· ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν· εἶτ' ἐπιβάλλειν ἡμέρας, ὕδωρ ἐπιφερομένους διὰ τὴν ἀνυδρίαν.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχειν ἐγχωρεῖ, καὶ δεῖ πιστεύειν· ἃ δὲ

---

[d] Ἡρακλέους θ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι.] Sic omnes calamo & typis exarati codices. Casaubonus pronunciat negationem supplendam esse & legendum οὐ δείκνυσθαι: omnino infeliciter. Sententia enim Strabonis est, ibi monstrari Herculis fanum; verùm id quod monstrabatur, finxisse Ephorum fanum fuisse Herculis, cùm neque Herculis neque ullius deorum fanum esset, sed aggestio trium vel quatuor lapidum.

[e] ψεύσασθαι.] Vox ea Xylandro suspecta fuit, quod miramur; eâ enim servatâ, sententia plana est. Vide suprà not. [d].

[f] οὔτ' ἄλλου τῶν θεῶν.] MSS. Regius & Mediceus sic habent: quod nobis, cum Abrahamo Gronovio, placet magis quàm vulgata lectio οὔτ' ἄλλο τι τῶν θεῶν.

[g] ψευδοποιησαμένων.] Quid sibi velit vox ea, nesciunt Xylander & Casaubonus; ac ipsis locus videtur mendâ non carere. Abrahamus Gronovius conjecturam ministrat, quam libenter amplecteremur, si adesset aliqua librorum auctoritas. Legit scilicet διχοποιησαμένων, eo sensu: lapides esse sic transla-

pæ modò, ſed univerſæ habitatæ terræ [7] punctum eſt omnium maximè ad occaſum ſitum. Etenim terra habitata versùs occaſum terminatur duabus continentibus, extremis nimirum Europæ, & Africæ, quorum hæc Maurusii, illa Hiſpani tenent. Sed Hiſpanica ad id, quod diximus, promontorium excedunt ad CIↃ IↃ ſtadia.

Et quidem regionem ei adjacentem, Cuneum Latinâ voce appellant. Ipſum autem promontorium in mare procurrens [8] Artemidorus, qui ſe ibi fuiſſe ait, navigio comparat: & ad figuram accedere dicit tres exiguas inſulas, quarum una roſtri vicem gerat, reliquæ auricularum navis à prorâ prominentium, quæ portus habeant mediocres: monſtrari etiam ibi fanum Herculis, id autem Ephorum finxiſſe: nam neque Herculis aram ibi eſſe, neque ullius deorum: ſed lapides multis in locis ternos aut quaternos eſſe compoſitos, qui ab eò venientibus [9] ex more à majoribus tradito convertantur tranſlatique fingantur. Fas ibi non eſſe ſacrificare, neque noctu eum locum adire, quòd ferant eum nocturno tempore à diis teneri: qui ſpectatum veniant, eos in vicino pago pernoctare, interdiu accedere, aquâ ſecum, quâ locus ille caret, allatâ.

Hæc ita eſſe poſſunt, eſſeque credendum eſt, non item

---

tos ab eò venientibus, & compoſitos de more quodam patrio, cùm vota preceſque fundere aggrederentur. Vide infrà, not. 9.

---

[7] *punctum eſt omnium maximè ad occaſum ſitum.*] Id de Sacro promontorio aſſerit Strabo, ſed magno ſanè errore: namque, & in Europâ Nerium promontorium occiduum magis eſt quàm promontorium Sacrum; & Africæ pars non parva multo magis ad occaſum porrigitur quàm promontorium Nerium.

[8] *Artemidorus.*] Plures ejus nominis ſcriptores fuere, quorum unus Epheſius, de Geographorum familiâ, qui floruit eo tempore quo Ptolemæus Lathyrus Ægypto pulſus eſt. Præter alios libros, Periplum, undecim comprehenſum libris, ſcripſerat, teſte Marciano Heracleota, p. 1. Hunc Artemidorum ſæpe laudat Stephanus Byzantinus; atque eumdem eſſe quem hoc loco adducit Strabo, Voſſius cenſet, de hiſt. Gr., l. 1, cap. 22.

[9] *ex more à majoribus tradito.*] Extant in libris, veſtigia moris hujus antiquiſſimi, lapides religionis ergò congerere, & ibi vota preceſque fundere.

τοῖς πολλοῖς καὶ χυδαίοις ὁμοίως εἴρηκεν, οὐ πάνυ· λέγειν γὰρ δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλούς, μείζω δύνειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι [h] μετὰ ψόφου παραπλησίως, ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ, διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν· ψεῦδος δ' εἶναι καὶ τὸ παραχρῆμα νύκτα ἀκολουθεῖν μετὰ τὴν δύσιν· οὐ γὰρ παραχρῆμα, μικρὸν δ' ὕστερον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πελάγεσι τοῖς μεγάλοις· ὅπου μὲν γὰρ εἰς ὄρη δύεται, πλείω τὸν μετὰ δύσιν χρόνον τῆς ἡμέρας συμβαίνειν ἐκ τοῦ [i] παραφωτισμοῦ· ἐκεῖ δέ, πλεῖον μὲν οὐκ ἐπακολουθεῖν, μὴ μέντοι μηδὲ παραχρῆμα συνάπτειν τὸ σκότος, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις πεδίοις. Τὴν δὲ τοῦ μεγέθους φαντασίαν, αὔξεσθαι μὲν ὁμοίως κατά τε τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι, διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι· διὰ δὲ τούτων ὡς [k] δι' αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν, πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας· καθάπερ καὶ διὰ νέφους ξηροῦ καὶ λεπτοῦ βλέπουσαν, δυόμενον ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ἢ τὴν σελήνην, ἡνίκα καὶ ἐνερευθὲς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον.

Τὸ δὲ ψεῦδος ἐλέγξαι φησὶ τριάκονθ' ἡμέρας διατρίψας ἐν Γαδείροις, καὶ τηρήσας τὰς δύσεις. Ὁ δέ γε Ἀρτεμίδωρος, ἑκατονταπλασίονα φησὶ δύεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ αὐτίκα νύκτα καταλαμβάνειν. Ὡς μὲν οὖν αὐτὸς εἶδε τοῦτο ἐν τῷ Ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ, οὐχ ὑποληπτέον, προσέχοντας τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ· ἔφη γὰρ μηδένα νύκτωρ ἐπιβαίνειν· ὥστ' οὐδὲ δυομένου ἡλίου οὐδεὶς ἂν ἐπιβαίνοι· εἴπερ εὐθὺς ἡ νὺξ καταλαμβάνει. Ἀλλ' οὐδ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ τῆς παρωκεανίτιδος· καὶ γὰρ τὰ Γάδειρα ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἀντιμαρτυρεῖ, καὶ ἄλλοι πλείους. Τῆς δὲ συνεχοῦς τῷ Ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ παραλίας, ἡ μὲν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ ἑσπερίου πλευροῦ τῆς Ἰβηρίας, μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Τάγου

---

[h] μετὰ ψόφου.] Sic editi recentiores & mss. Regius: vetus lectio, μετὰ ψόφον.

[i] παρ.φωτισμοῦ.] Mss. quidam, teste Casaubono, περιφοτισμοῦ.

[k] δι' αὐλῶν.] Vitiatam lectionem arbitratur Is. Vossius ad Pomp. Melæ, lib. 1, cap. 18, p. 97; & legendum censet ὑαλῶν. Quid enim, ait, fistulæ apud veteres præstant ad dilatandum visum; crystallo autem & vitro hanc

ea, quæ plebeii & vulgaris homunculi in morem dixit. Vulgò enim perhiberi ait Posidonius, solem ibi ad oceani litus occidere majorem, editoque strepitu, quasi si mare strideret sibilaretque, eo dum in fundum defertur extincto: quin & hoc vanum esse, quod aiunt statim ab occasu noctem insequi. Non enim statim id fieri: sed non multo post, ut & in aliis fit magnis maribus: ubi enim sol in montes occumbit, ex luminis diffusione diutius ab occasu diem perdurare, in mari autem non item, neque tamen illico tenebras oboriri, atque idem etiam in magnis usu venire campis. Magnitudinem autem solis ideo augeri videri sub ortum & occasum in maribus altis, quòd plures vapores ab humido in altum sese attollunt: quibus infractos radios visûs, veluti in fistulas quasdam, diffundi, & majorem verâ quantitatem fingere: quemadmodum cùm solem lunamve orientem aut occidentem per aridam tenuemque nubem intuemur, rubere putamus.

Mendacium porrò ait se deprehendisse, cùm Gadibus per XXX dies commoratus occasum solis observasset. At Artemidorus centuplo quàm sit aliàs majorem occidere solem dicit, confestimque noctem ingruere. Quod ipsum vidisse in Sacro promontorio, credi non potest ab observantibus quid eâ de re pronunciarit. Si enim (quod ait) noctu nemo illum locum intrat, ne occidente quidem sole quisquam ibi erit, siquidem statim nox opprimit. Sed neque alibi in oceani orâ illud vidit: nam & Gades sunt in oceano, & contrarium testantur Posidonius aliique plures. Enimvero continenter adjacens Sacro promontorio maritima ora, ab unâ parte initium est occidui Hispaniæ lateris, usque ad ostium Tagi fluvii, ab al-

---

potissimam vim inesse nemo est qui nesciat. Sed, pace tanti viri dixerimus, is Straboni litem iniquam movet. Strabo refractionem luminis per vapores explicandam suscipit; quam ut manifestiùs declaret, poros & interstitia guttularum à quibus vapores formantur, quasi fistulas quasdam repræsentat, quibus interclusi radii, divergere coguntur & refractiones pati, quarum ope res aspectabiles videntur ampliores. Ergo nihil est cur lectio δι' αὐλῶν immutetur.

ποταμοῦ, ἡ δὲ τοῦ νοτίου, μέχρι ἄλλου ποταμοῦ τοῦ Ἄνα, καὶ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ· φέρεται δ' ἀπὸ τῶν ἑώων μερῶν ἑκάτερος· ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' εὐθείας εἰς τὴν ἑσπέραν ἀποδίδωσι, πολὺ μείζων ὢν θατέρου· ὁ δ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει, τὴν μεσοποταμίαν ἀφορίζων, ἣν [l] Κελτοὶ νέμονται τὸ πλέον, καὶ τῶν Λυσιτανῶν τινες, ἐκ τῆς περαίας τοῦ Τάγου μετοικισθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων. Ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι, καὶ Καρπητανοὶ, καὶ Ὠρητανοὶ, καὶ [m] Οὐεττώνων συχνοὶ νέμονται.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ χώρα μετρίως ἐστὶν εὐδαίμων· ἡ δ' ἐφεξῆς πρὸς ἕω κειμένη καὶ νότον, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην, ἀρετῆς χάριν καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀγαθῶν· αὕτη δ' ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαῤῥεῖ ποταμός· ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀφ' ὧνπερ καὶ ὁ Ἄνας καὶ ὁ Τάγος, μέσος πως ἀμφοῖν τούτων ὑπάρχων κατὰ μέγεθος· παραπλησίως μέντοι τῷ Ἄνᾳ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ῥυεὶς· εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκδίδωσι τούτῳ παραλίαν· καλοῦσι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ποταμοῦ Βαιτικὴν· ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων, [n] Τουρδιτανίαν· τοὺς δ' ἐνοικοῦντας Τουρδιτανούς τε καὶ Τουρδούλους προσαγορεύουσιν· οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς [o] νομίζοντες· οἱ δ' ἑτέρους· ὧν ἐστὶ καὶ Πολύβιος, συνοίκους φήσας τοῖς Τουρδιτανοῖς πρὸς ἄρκτον τοὺς Τουρδούλους· νυνὶ δ' ἐν αὐτοῖς οὐδεὶς φαίνεται διορισμός. Σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι, καὶ γραμματικῇ χρῶνται, καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι τὰ συγγράμματα, καὶ ποιήματα, καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων [p] ἐτῶν, ὥς φασι· καὶ οἱ ἄλλοι δ'

---

[l] Κελτοί.] Sic mſ. Regius & editi omnes. Mſſ. quidam habent eo loco de quo agimus Κέλτιοι, Caſaubono teſte, qui legere jubet Κέλτικοι: certè iidem dicuntur Κέλτικοι, infrà, hoc eodem libro. Plinius eos Celticos vocat, lib. III, cap. 1; & eo nomine hos appellat P. de Marca, Marcæ Hiſp., p. 103.

[m] Οὐεττώνων.] Editi alii Οὐεττόνων ferunt, alii Οὐεττάνων. Legitimum nomen reſtituimus ex mſ. Regio & ex Ptolem., l. II, c. 5. Latinis *Vettones*, ut legere eſt apud Plinium, lib. IV, cap. 22; Silium Ital. l. III, p. 378, &c. In inſcriptione veteri apud Gruterum, p. 383, nº. 7, eorum regio *Vettonia* dicitur.

[n] Τουρδιτανίαν.... Τουρδιτανούς.] Vulgò Τουρδετανίαν.... Τουρδετανοὺς, & ſic habet hoc loco mſ. Regius, ſed ſæpiùs ut ſcribimus. Utramque lectionem exhibet Ptolemæus; noſtram, Stephanus Byzantinus.

[o] νομίζοντες:] Sic legi phraſis poſtu-

terâ

terâ auſtrini, uſque ad alium fluvium [10] Anam & ejus exitum. Uterque horum ex partibus Hiſpaniæ versùs ortum ſitis profluit: verùm Tagus rectà versùs occaſum exit, longè major altero: Anas versùs meridiem ſe convertit, & interceptam amnibus regionem circumſcribit, quam majore ex parte Celtæ incolunt, & Luſitani, à Romanis è regione trans Tagum ſitâ eò tranſlati. Supra Anam habitant etiam [11] Carpetani, Oretani, & Vettones frequentes.

Hæc regio mediocriter eſt felix. Quæ verò deinceps ad ortum & meridiem inſequitur, ea cum quâcunque terræ habitatæ conferatur parte, nullam habet cui terræ mariſque bonorum præſtantiâ poſtponi debeat. Hæc eſt quam [12] Bætis perfluit, amnis ex iiſdem cum Ana & Tago ortus partibus, medius ferè inter eos quantitate, atque initio, ſicut & Anas, versùs occaſum lapſus, ad meridiem inde vergit, in eodemque cum Ana litore effluit. Regionem à fluvio Bæticam nominant, ab incolis Turditaniam, incolas Turditanos & Turdulos. Quidam hos eundem, quidam diverſos populos cenſent, in quibus & Polybius eſt, Turditanos Turdulorum ad ſeptentrionem vicinos eſſe tradens. Noſtrâ ætate, nulla eorum apparet diſtinctio. Hi omnium Hiſpanorum doctiſſimi judicantur, utunturque grammaticâ, & antiquitatis monumenta habent conſcripta, ac poemata, & metris incluſas leges, à ſex millibus (ut aiunt) annorum. Utuntur & reliqui Hiſpani grammaticâ, non unius omnes ge-

lat, & ita mſ. Regius. Vulgò νομίζουσιν: quæ quidem lectio ſervari poteſt, ſi cum codice Mediceo legatur paulo antè, προσαγορεύοντες, pro προσαγορεύουσιν.

[p] ἰτῶν.] Palmerius legendum cenſet ἐπῶν, *leges ſex millibus comprehenſas verſibus*. Sed nullus codex manuſcriptus ipſi ſuffragatur.

[10] *Anam.*] Hodie *la Guadiana*.

[11] *Carpetani, Oretani, & Vettones.*] De his infrà fuſiùs Strabo.

[12] *Bætis.*] Nunc *le Guadalquivir*.

Ἴβηρες χρῶνται γραμματικῇ, οὐ μιᾷ ἰδέᾳ· οὐδὲ γὰρ [q] γλώττῃ μιᾷ. Τείνει δὲ ἡ χώρα αὕτη ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα, πρὸς ἕω μὲν μέχρι τῆς Ὠρητανίας· πρὸς νότον δὲ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν, μέχρι τῆς παραλίας τῆς τοῦ Ἄνα, μέχρι Στηλῶν. Ἀνάγκη δὲ διὰ πλειόνων περὶ αὐτῆς εἰπεῖν καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων, ὅσα συντείνει πρὸς τὸ μαθεῖν τὴν εὐφυΐαν τῶν τόπων, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν.

Τῆς δὲ παραλίας ταύτης, εἰς ἣν ὅ, τε Βαῖτις καὶ Ἄνας ἐκδίδωσι, καὶ τῶν ἐσχάτων τῆς Μαυρουσίας [r] εἰς τὸ μεταξὺ ἐμπῖπτον τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, ποιεῖ τὸν κατὰ Στήλας πορθμόν, καθ' ὃν ἡ ἐντὸς θάλαττα συνάπτει τῇ ἐκτός. Ἐνταῦθα δὴ ὄρος ἐστὶ τῶν Ἰβήρων τῶν καλουμένων [s] Βαστιτανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν, ἡ Κάλπη, τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα, καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν [t] νησοειδὲς φαίνεσθαι· ἐκπλέουσιν οὖν ἐκ τῆς ἡμετέρας θαλάττης εἰς τὴν ἔξω, δεξιόν ἐστι τοῦτο· καὶ πρὸς αὐτὸ [u] Κάλπη πόλις ἐν τετταράκοντα σταδίοις, ἀξιόλογος καὶ παλαιά, ναύσταθμόν ποτε γενομένη τῶν Ἰβήρων· ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλέους κτίσμα λέγουσιν αὐτήν, ὧν ἐστι καὶ Τιμοσθένης· ὅς φησι καὶ Ἡράκλειαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν· δείκνυσθαί τε μέγαν περίβολον, καὶ νεωσοίκους.

---

[q] γλώττῃ μιᾷ.] Vulgò γλώττῃ ἰδίᾳ, quod minùs convenit. Interpretes legerunt ut ſcribimus; & lectionem quam amplexi ſumus, tuetur Strabonis epitome, qui locum hunc effert his verbis, οὐχ ὁμόγλωσσοι.

[r] εἰς τὸ μεταξύ.] Sic codex Regius: deeſt τὸ in editis.

[s] Βαστιτανῶν.] Ita veteres editi & mſ. Regius. Vulgò Βαστητανῶν.

[t] νησοειδὲς.] In hanc vocem conſentiunt mſſ. & typis excuſi codices. Arridet tamen nobis quam maximè conjectura Vlitii, qui Στηλοειδὲς ſcribere jubet. Columnæ enim magis quàm inſulæ ſpeciem, Calpe mons præfert, juxta Strabonis deſcriptionem. Quin & ipſe infrà, montes Calpen & Abylam pro Columnis ſumptos memorat: εἶναι δὲ Στήλας Κάλπην καὶ Ἀβύλυκα. Vide Vlitium in comment. ad M. Aur. Olymp. Nemeſiani Cynegeticon, verſ. 252, p. 406.

[u] Κάλπη.] De hâc lectione, quam editi & mſſ. unanimes exhibent, magna inter eruditos controverſia. Caſaubonus & Bochartus, nomen Κάλπης in Καρτηΐαν commutandum cenſuerunt; ſed alii magni nominis viri pro retinendo Κάλπης nomine fortiter dimicaverunt; inter quos Lucas Holſtenius, H. Valeſius, Henr. Noris, &c. Pro his militat Nic. Damaſcenus, cujus fragmentum, inter excerpta Valeſii editum (p. 482) πόλιν Καλπίαν memorat. Ad de Antonini Auguſti itinerarium, p.

neris : quippe ne eodem quidem ſermone. Hæc regio quæ intra Anam eſt, tendit versùs ortum uſque ad Oretanos : meridiem versùs ab oſtio Anæ in orâ maritimâ uſque ad Columnas. Neceſſe eſt autem pluribus diſſerere de eâ & vicinis locis, ad intelligendum locorum iſtorum naturæ præſtantiam & felicitatem.

Deinceps inter hanc oram, in quâ Anas & Bætis effluunt, & inter Mauritaniæ extrema, Atlanticum irrumpens mare, fretum quod apud Columnas vocatur, efficit, quo freto mare internum externo adjungitur. Ibi ergo mons eſt eorum Hiſpanorum qui [13] Baſtitani & Baſtuli vocantur, nomine Calpe, ambitu non magnus, cæterùm in altitudinem magnam erectus, ut eminùs videntibus inſulæ ſpeciem objiciat : is ad dextram eſt è noſtro mari foras navigantibus, & ad XL inde ſtadia urbs [14] Calpe vetuſta & memorabilis, olim ſtatio navibus Hiſpanorum. Hanc ab Hercule quidam conditam aiunt, inter quos eſt Timoſthenes, qui eam antiquitus Heracleam fuiſſe appellatam refert, oſtendique adhuc magnum murorum circuitum & navalia.

407, edit. Veſſel. Res non dubia foret, ſi fides aliqua eſſet nummi inſcriptioni *Colonia Julia Calpe*; ſed ſuſpecta lectio. Vide infrà, notam 14.

[13] *Baſtitani.*] Cave ne ipſos cum Baſtitanis Ptolemæi confundas. Strabonis Baſtitani, quos & ipſe Baſtulos vocat, ſolo Baſtulorum nomine appellantur à Ptolemæo, qui eos à Baſtitanis diſtinguit. Baſtitanos verò Ptolemæus in Tarraconenſi collocat, Baſtulos ad fretum Gaditanum. Baſtulos quoque memorat Mela prope fretum, Baſtitanos nuſpiam.

[14] *Calpe.*] Quidam legendum arbitrantur *Carteia*; quòd Ptolemæus, Marcianus Heracleota, Plinius, Mela, *Calpen* ſemper montem appellent, nec juxta montem hunc, aliud oppidum quàm Carteiam agnoſcant. Verùm apud Nic. Damaſcenum *Calpia* urbs; in itinerario Antonini, urbs quoque *Calpe* memoratur. Et quidem Calpem urbem monti contiguam extitiſſe, evincere videbatur nummus à ſummo viro Ezech. Spanhemio adductus è præclaris Chriſtinæ Auguſtæ cimeliis; unde & Caſaubonum & Bochartum, celeberrimos Reipublicæ Antiquariæ duumviros, qui Calpem urbem agnoſcere renuebant, validiſſimè refellebat doctiſſimus Noriſius (Cenot. Piſan., p. 107). At idem Spanhemius monuit (Diſſert. XIII, t. II, p. 60) Vaillantium, (Num. Col. P. II, p. 212) docuiſſe literas eroſi nummi, non de Calpe, ſed de Carthagine explicandas. Quæ cùm pendeant ex accuratâ inſpectione nummi illius, quem huc uſque vulgatum fuiſſe non novimus, res in medio videtur relinquenda.

Εἶτα [x] Μελλαρία, ταριχείας ἔχουσα· καὶ μετὰ ταῦτα Βελὼν πόλις, καὶ ποταμός· ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστα εἰσὶν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυρουσίας, καὶ ἐμπόρια, καὶ ταριχεῖαι. Ἦν δὲ καὶ [y] Ζέλις τῆς Τίγγιος ἀστυγείτων, ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἐκ τῆς Τίγγιος προσλαβόντες τινάς· ἔπεμψαν δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐποίκους, καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἴοζαν τὴν πόλιν. Εἶτα Γάδειρα, πορθμῷ στενῷ διειργομένη νῆσος ἀπὸ τῆς Τουρδιτανίας, διέχουσα τῆς Κάλπης περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους· οἱ δὲ ὀκτακοσίους φασίν· [z] ἔστι δ' ἡ νῆσος αὕτη τ' ἄλλα μὲν οὐθὲν διαφέρουσα τῶν ἄλλων· ἀνδρείᾳ δὲ τῶν ἐνοικούντων τῇ περὶ τὰς ναυτιλίας, καὶ φιλίᾳ πρὸς Ῥωμαίους, τοσαύτην ἐπίδοσιν εἰς πᾶσαν εὐτυχίαν ἔσχεν, ὥστε καίπερ ἐσχάτη ἱδρυμένη τῆς γῆς, ὀνομαστοτάτη τῶν ἁπασῶν ἐστιν· ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων νήσων λέγωμεν.

Ἑξῆς [a] δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμὴν, καὶ ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις καὶ ἀνάβρασις· λέγονται δὲ ἀναχύσεις, αἱ πληρούμεναι τῇ θαλάττῃ κοιλάδες ἐν ταῖς πλημμυρίσι, καὶ ποταμῶν δίκην ἀνάπλους ἐπὶ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσαι, καὶ τὰς [b] ἐπ' αὐτῆς πόλεις. Εἶτ' εὐθὺς αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῆ σχιζόμεναι· ἡ δὲ ἀπολαμβανομένη νῆσος ἀπὸ τῶν στομάτων ἑκατὸν, ὡς δ' ἔνιοι καὶ πλειόνων σταδίων ἀφορίζει παραλίαν. Ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ

---

x Μελλαρία.] Berkelius ad Steph., p. 221, restituit Μηλάρια. Vide Steph. Byz., voce Βῆλος. Apud Ptol., lib. II, cap. 4, legitur Μενραλία. Mſ. Regius habet Μενλαρία. Sic quoque Marcianus Heracleota, p. 39; & hæc videtur primaria lectio, à quâ, euphoniæ gratiâ, fluxit lectio vulgata Μελλαρία: unde apud Latinos constanter *Mellaria*.

y Ζέλις.] Sic mſſ. Regius & Mediceus: vulgò Ζέλης. Ptolomæo Ζιλία, Plinio *Zilis*, lib. v, c. 1.

z ἔστι δ' ἡ νῆσος.] Sequimur mſ. Regium. Vulgò ἔστι δὲ νῆσος.

a Ἑξῆς.] Mſ. Regius Ἐφ' ἑξῆς.

b ἐπ' αὐτῆς.] Sic vulgò, ita ut vox αὐτῆς ad vocem μεσόγαιαν referatur. Mſ. Regius ἐπ' αὐταῖς, ita ut referatur vox αὐταῖς ad vocem ἀναχύσεις. Alterutram licet ſequi lectionem, cùm utraque eòdem recidat.

---

15 *Mellaria.*] Juxta Harduinum, ſedit urbs ea in loco qui nunc *Milareſe* dicitur. At doctiſſimus Anglus, J. Conduitt, qui loca ipſa inſpexit, Mellariam

Sequitur [15] Mellaria, ubi salsamenta condiuntur. Inde [16] Belo urbs & fluvius: hinc maximè ad Tingin Mauritaniæ trajicitur, mercatusque ibi sunt & salsamenta. Fuit & Zelis Tingi vicina urbs: sed eam Romani [17] in oppositum litus transtulerunt, additisque à Tingi nonnullis, colonos alios ipsi ex Italiâ miserunt, urbique nomen Iuliæ Iozæ indiderunt. Sequuntur Gades, insula angusta, freto dirempta à Turditaniâ, à Calpe distans stadiis circiter IↃCCL, vel, ut alii volunt, IↃCCC. Insula hæc aliis nullâ re præstans, fortitudine incolarum in navigationibus declaratâ, & colendâ cum Romanis amicitiâ ad id fortunæ evecta fuit: ut quanquam in extremo terræ habitatæ jaceret, tamen omnium esset celeberrima: verùm de hâc dicemus, cùm etiam de cæteris insulis erit sermo.

Sequitur [18] Menesthei portus, & ad Astam maris affusio & ebullitio: Æstuaria hæc vocant, ubi cavitates mari impletæ in ejus affluxu, fluminum instar facultatem navigandi in mediam terram & urbes in eâ sitas præbent. Tum [19] bipartita Bætis fluvii ostia: insula, quæ in eorum est medio, oram maritimam continet C, vel secundùm alios etiam plurium stadiorum. Hisce in locis oraculum

---

conjicit sitam olim fuisse in *Val de vacca*, atque ejus magnam partem fluctibus haustam fuisse: tradunt enim incolæ, ibi olim urbem extitisse, quam evertit oceanus. Vide Comment. hist. Magnæ Brit., t. I. Hanc opinionem amplectitur Vesselingius, ad vet. Rom. itineraria, p. 407.

[16] *Belo urbs.*] Hodiè aliis *Tarifa*, aliis *Barbato*, aliis *Belona*. Ultimum hoc probamus magis.

[17] *in oppositum litus.*] Græcè εἰς τὴν περαίαν, quod interpretabatur Xylander in Mauritaniam. At dubium nobis videtur an ex Bæticâ in Mauritaniam, aut potius ex Mauritaniâ in Bæticam transvecta sit urbs ea à Romanis. Hâc de re fusiùs in commentariis nostris ad Strabonem Gallicum.

[18] *Menesthei portus.*] Hispanis *Porto de S. Maria*.

[19] *bipartita Bætis fluvii ostia.*] Vossius, p. 224, ad Pomp. Melæ librum III, cap. I, contendit numquam ostio gemino Bætim in oceanum exivisse. Sed unanimis est veterum consensus de duobus hujus fluvii ostiis. Vide Melam loco citato, & Ptolemæum qui orientale ostium memorat, lib. II, cap. 4; Marcian., Heracl., p. 40; &c. Nunc quidem unico ostio in mare effluit, sed altero obturato, cujus dicitur posse adhuc vestigia deprehendi.

μαντεῖον τοῦ Μενεσθέως ἐστί· καὶ ὁ τοῦ Καιπίωνος πύργος ἵδρυται ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου, θαυμασίως κατεσκευασμένος, ὥσπερ ὁ Φάρος, τῆς τῶν πλοϊζομένων σωτηρίας χάριν· ἥ τε γὰρ ἐκβαλλομένη χοῦς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, βραχέα ποιεῖ, καὶ χοιραδώδης ἐστὶν ὁ πρὸ αὐτοῦ τόπος· ὥστε δεῖ σημείου τινὸς ἐπιφανοῦς.

Ἐντεῦθεν δ' [c] ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ, καὶ πόλις Ἔβουρα, καὶ τὸ τοῦ Φωσφόρου ἱερὸν, ἣν καλοῦσι Λουκεμδουβίαν· εἶθ' οἱ τῶν ἀναχύσεων τῶν ἄλλων ἀνάπλοι· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Ἄνας ποταμὸς, δίστομος καὶ οὗτος, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ἀνάπλους. Εἶθ' ὕστατον τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον, διέχον τῶν Γαδείρων ἐλάττους ἢ διχιλίους σταδίους· τινὲς δ' ἀπὸ μὲν τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου, ἐπὶ τὸ τοῦ Ἄνα στόμα ἑξήκοντα μίλια φασίν· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ τοῦ Βαίτιος στόμα ἑκατόν· εἶτα εἰς Γάδειρα ἑβδομήκοντα.

---

c ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους.] Vox ἀνάπλους significat non adverso tantùm, sed transverso flumine navigare; & hanc vim habere videtur hoc loco. Ergo non ut Xylander, *supra Bætim*, sed *trans Bætim*, potiùs interpretandum censemus.



Menesthei est, & [20] Capionis turris saxo imposita, quod mari cingitur, opus mirabile, phari instar, salutis navigantium gratiâ factum: nam & egestus à fluvio limus brevia ibi facit, & ante ostia locus scopulos habet sub aquâ latentes: ut illustri aliquo signo habeat opus.


Inde supra Bætim navigatur, & urbs succedit Ebura, & Luciferi fanum, quod vocant Lucem dubiam: tum fretorum aliorum navigationes, ac deinde Anas fluvius, [21] duobus se evolvens ostiis, quorum singulæ sunt navigationes. Ultimum deinde Sacrum promontorium, à Gadibus [22] minùs CIƆ CIƆ stadiis dissitum. Quidam à Sacro promontorio ad ostium Anæ LX milliaria numerant, hinc ad ostia Bætis C, porrò ad Gades LXX milliaria.

---

[20] *Capionis turris.*] Seu potiùs *Cæpionis*, juxta Vossium in Melam, p. 224; extructum scilicet monumentum à Q. Servilio Cæpione. Is in Hispaniâ prætor fuit anno ante Chr. 580. Nescio quonam fato nomen hoc diversimodè corruptum fuit: apud Melam Geryonis monumentum, *Scipionis* apud Jornandem; quin & hodiè *Chipiona*, turris ea appellatur.

[21] *duobus se evolvens ostiis.*] Ut Bætis, sic Anas, unico nunc se ostio exonerat.

[22] *minus CIƆ CIƆ stadiis.*] Id est stadiis 1840; nam idem intervallum mox Strabo metitur per milliaria, quorum summa est 230. Porrò unumquodque horum, vulgò octo stadia continet; unde colligitur summa 1840 stadiorum, quibus distat promontorium Sacrum à Gadibus.



ΚΕΦ. Β.

Τῆς δ' οὖν ἐντὸς τοῦ Ἄνα παραλίας, ὑπερκειμένην συμβαίνει τὴν Τυρδιτανίαν, ἣν ὁ Βαῖτις [d] διαιρεῖ ποταμός· ἀφορίζει δὲ αὐτὴν πρὸς μὲν τὴν ἑσπέραν καὶ ἄρκτον, ὁ Ἄνας ποταμός· πρὸς δὲ τὴν ἕω, Καρπητανῶν τέ τινες, καὶ Ὠρητανοί· πρὸς νότον δὲ Βαστιτανῶν οἱ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τῶν Γαδείρων στενὴν νεμόμενοι παραλίαν· καὶ ἡ ἑξῆς θάλαττα μέχρι Ἄνα· καὶ οἱ Βαστιτανοὶ δὲ οὓς εἶπον, τῇ Τυρδιτανίᾳ πρόσκεινται· [e] καὶ οἱ ἔξω τοῦ Ἄνα, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν προσχώρων. Μέγεθος δ' οὐ πλεῖόν ἐστι τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος, ἢ δισχίλιοι στάδιοι. Πόλεις δ' ὑπερβάλλουσαι τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ διακοσίας φασί· γνωριμώταται δὲ αἱ ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς ἱδρυμέναι καὶ τοῖς ἀναχύσεσι, καὶ τῇ θαλάττῃ, διὰ τὰς χρείας· πλεῖστον δ' ἥ τε Κόρδυβα ηὔξηται, Μαρκέλλου κτίσμα, καὶ δόξῃ καὶ δυνάμει, καὶ ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις· ἡ μὲν διὰ τὰς ναυτιλίας, καὶ διὰ τὸ προσθέσθαι Ῥωμαίοις κατὰ συμμαχίας· ἡ δὲ, χώρας ἀρετῇ, καὶ μεγέθει, προσλαμβάνοντος καὶ τοῦ ποταμοῦ Βαίτιος μέγα μέρος· ᾤκησάν τε ἐξαρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες· καὶ δὴ καὶ πρώτην ἀποικίαν [f] ταύτην εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥομαῖοι.

Μετὰ δὲ ταύτην καὶ τὴν τῶν Γαδιτανῶν, ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανής, καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων· νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον

[d] διαιρεῖ.] Legit Casaubonus διαῤῥεῖ: sic enim paulo antè Strabo, αὕτη δ' ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαῤῥεῖ ποταμός.

[e] καὶ οἱ ἔξω τοῦ Ἄνα.] Hæc interpretari neglexerat Xylander, qui locum integrum tractaverat infeliciter admodùm. Accuratiùs Strabonis verba & mentem exprimere conati sumus, pravâ lectione emendatâ. Ferunt enim editi ἢ ἔξω. Nos, ex mss. Regio & Mediceo, atque ex ipso veteri interprete, reposuimus οἱ ἔξω, quod postulabat phrasis ipsa.

[f] ταύτην.] Vocem hanc, quæ ex editis posterioribus exciderat, reposuimus tum ex veteribus editis, tum ex mss. Regio & Mediceo.

CAPUT

CAPUT II.

De singulis Hispaniæ partibus, ac primò de Turditaniâ, & aliis tractibus à Sacro promontorio ad Columnas.

Ergo supra oram maritimam, quæ est intra Anam fluvium, sita est Turditania, quam Bætis fluvius dividit: hanc versùs occasum & septentrionem determinat Anas fluvius: versùs ortum, quidam ex Carpetanis, & Oretani: versùs meridiem verò, ex Bastetanis ii qui inter Calpen & Gades angustum accolunt litus: deinceps mare usque ad Anam. Porrò & quos dixi, Bastetani adjacent Turditaniæ, & ii qui ultra Anam, multique finitimi populi. Regionis ejus magnitudo non excedit neque in longum neque in latum duo millia stadiorum. Urbes sunt ingenti numero: quippe ducentas aiunt. Notissimæ sunt, quæ fluminibus, æstuariis, aut mari appositæ sunt, ob usum rerum. Maximè autem gloriâ ac potentiâ crevit Corduba, [24] Marcelli opus, & Gaditanorum urbs: hæc quidem ob navigationes, & quòd Romanis se sociam præbuit: illa ob agri bonitatem ac amplitudinem, magnam quoque partem Bæti fluvio conferente: inhabitaruntque eam ab initio delecti Romanorum & indigenarum viri, primamque eò istis in regionibus coloniam Romani deduxerunt.

Post has [25] Hispalis claret, ipsa quoque Romanorum colonia, ac nunc quidem emporium ibi durat: honore

[24] *Marcelli opus.*] Magna est inter doctos contentio de Cordubæ conditore. De his fusè agimus ad Strabonem Gallicum; & contra Nonium, Cellarium, ac plures alios, evincere conamur Cordubæ coloniæ conditorem fuisse M. Claud. Marcellum, sexto exeunte ab Urbe conditâ sæculo: non quòd Marcellus urbem ipsam ædificaverit, sed quòd tunc in ipsam Romanos colonos deduxerit.

[25] *Hispalis.*] Nobis *Séville.*

συμμένει τῇ τιμῇ δὲ, καὶ τῷ ἐποικῆσαι νεωστὶ τοὺς Καίσαρος στρατιώτας, [g] ἡ Βαῖτις ὑπερέχει, καίπερ οὐ συνῳκισμένη λαμπρῶς. Μετὰ δὲ ταύτας [h] Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι· [i] Ἀστίνας δ' ἀπωτέρω, καὶ Κάρμων, καὶ [k] Ὀβούλκων· [l] ἔτι δὲ ἐν αἷς οἱ Πομπηΐου παῖδες κατεπολεμήθησαν, Μοῦνδα, καὶ [m] Ἀτέτουα, καὶ Οὔρσων, καὶ [n] Τοῦκκις, καὶ Ἰουλία, καὶ Αἴγουα· ἅπασαι δ' αὗται Κορδύβης οὐκ ἄπωθεν. τρόπον δέ τινα μητρόπολις κατέστη τοῦ τόπου τούτου Μοῦνδα· διέχει δὲ Καρτηΐας ἡ Μοῦνδα, σταδίους [o] χιλίους καὶ τετρακοσίους· εἰς ἣν ἔφυγεν ἡττηθεὶς ὁ Γναῖος, εἶτ' ἐκπλεύσας ἔνθεν, καὶ ἐκβὰς εἴς τινα ὑπερκειμένην θαλάττης ὀρεινὴν, διεφθάρη. Ὁ δ' ἀδελφὸς αὐτοῦ Σέξτος ἐκ Κορδύβης σωθεὶς, καὶ μικρὸν ἐν τοῖς Ἴβηρσι πολεμήσας χρόνον, ὕστερον Σικελίαν ἀπέστησεν· εἶτ' ἐκπεσὼν ἐνθένδε εἰς τὴν Ἀσίαν ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν, ἐν Μιλήτῳ κατέστρεψε τὸν βίον. Ἐν δὲ τοῖς Κελτικοῖς Κονί-

---

[g] ἡ Βαῖτις.] Mendoſam lectionem eſſe arbitratur Caſaubonus, cum nuſquam aliàs urbis hujus nominis mentionem fieri videat; neque enim (ait) Stephanus Byzantinus, qui de Bæti fluvio locutus eſt, ſiluiſſet de Bæti urbe, ſi ita in Strabone legiſſet: ergo judicat conjector audens, legendum eſſe Βαίκυλα (Bæcyla) quam idem Stephanus urbem ait Hiſpaniæ ad Columnas. Nos vero meticuloſiores nihil affirmandum cenſemus contra librorum fidem, qui ad unum omnes, tum calamo tum typis exarati, urbem hanc Bætim vocant.

[h] Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα.] Lectionem hanc mutandam eſſe conjicit Caſaubonus, depravatâ Plinii lectione deceptus. Legebatur quidem apud Plinium, in editis quibuſdam, *Ilipa cognomine Italica*; & hinc Caſaubonus hoc loco apud Strabonem legendum eſſe cenſebat, Ἰτάλικα ἣ καὶ Ἴλιπα (*Italica quæ & Ilipa*): at mſſ. docuerunt in Plinio legendum eſſe *Ilipa cognomine Ilia, Italica, &c.* Ita ut Ilipa & Italica, non ambiguè diſtinguerentur. Vide infrà not. [27] & [28]; & Cellarium, Geogr. ant. t. 1, p. 55.

[i] Ἀστίνας.] Sic mſ. Regius; vulgò Ἀστήνας: ſcripti alii, teſte Caſaubono, & epitome Strabonis Ἀστίνα. Caſaubonus legit Ἀστίγα, & eandem eſſe putat, quæ aliis Ἀστιγὶ, Ptolemæo Ἀστυγὶς, Antonini itinerario & Melæ liv. II, cap. 6, *Aſtigi*.

[k] Ὀβούλκων.] Stephano Ὀβόλκων, Ptolemæo Ὄβουλκον, Plinio *Obulco*, liv. III, col. 1; cui ſuffragantur inſcriptiones & nummi. Mſ. Regius habet ὁ Βούλκων, quod non probamus.

[l] ἔτι.] Ita Caſaubonus emendat, & ei adſtipulatur mſ. Regius. Vulgò ἐστί.

[m] Ἀτέτουα.] Sic mſ. Regius, & alii quidam, quibus addi poteſt Strabonis epitome. Editi Ἀπτέτουα.

[n] Τοῦκκις.] Vulgò Τοῦκις: Ptolemæo Τοῦκκις, lib. II, cap. 4; ſic & Strabo ſcribit juxta mſſ. Regium & Mediceum. Plinio *Tucci*, lib. III, cap. 1. Addit hic urbem eam cognominatam fuiſſe, *Auguſtam Gemellam*. Inſcriptio antiqua

autem & recenti militum Cæſaris eò miſſorum inhabitatione [26] Bætis præcellit, quamvis non ſplendidè condita. Secundùm has [27] Italica & [28] Ilipa ſupra Bætim ſitæ: [29] Aſtenas ab eo remotior, & Carmon, & Obulco. Sunt & in quibus Pompeii filii debellati ſunt, [30] Munda, [31] Atetua, Urſo; Tuccis, Julia, Ægua. Omnes hæ non procul à Cordubâ diſtant. Munda quodammodo harum metropolis eſt, diſtans à Carteiâ ſtadia circiter CIↃ CCCC. Huc fugit Cneius Pompeius prælio victus, indeque navi avectus cùm in montana quædam mari imminentia egreſſus eſſet, occiſus eſt. Sextus autem, frater ejus, Cordubâ elapſus, non diu inde in Hiſpaniâ bellum ſuſtinens, Siciliam ad defectionem concitavit: indeque in Aſiam profugiens, captus ab Antonii militibus, apud Miletum

---

apud Gruterum, p. 325, nº. 12, hanc vocat *Auguſtam Gemellam Tuccitanam.*

[o] *χιλίυς καὶ τετρακοσίυς.*] (id eſt 1400). In hoc numero erratum fuiſſe jam dudum notavit Palmerius. In mſ. Regio legitur *ἑξακισχιλίυς καὶ τετρακοσίυς*, (6400) majori errore. Meliùs cum hodierno ſitu quadrabit ſtadiorum numerus, ſi legatur *ἑξήκοντα καὶ τετρακοσίυς*, (460).

---

[26] *Bætis.*] Nuſquam aliàs eo nomine appellatam urbem novimus, unde Caſaubono ſuſpecta hæc lectio eſt. Vide ſuprà not. [g].

[27] *Italica.*] Ea urbs fuit in quâ P. Scipio milites vulneribus debiles depoſuit; cum autem ii eſſent Italici nominis, urbs *Italica* vocari cœpit. Vide Appian., Bell. Hiſp., p. 463. Strabonis tempore municipium, poſtmodùm colonia facta eſt. Cellarium adi, t. I Geogr. antiq., p. 53; & ſuprà not. [h].

[28] *Ilipa.*] Geminam Ilipam agnoſcit Cellarius, quem videſis, t. I Geogr. antiq., p. 55. Ilipa de quâ hîc agitur, *Ilia* cognominata fuit: hodierno nomine, ut quibuſdam videtur, *Niebla.*

[29] *Aſtenas, ... Carmon, ... Obulco.*] *Aſtenas*, ſeu *Aſtinas*, creditur eam urbem fuiſſe quæ hodie dicitur *Exija*, à quâ novem circiter leucis diſtat, veteri nomine ſervato *Carmon.* De Obulcone, non ita liquet. *Porcuna* eſſe inter Cordubam & Jaennam videtur Marianæ, Cellario & aliis pluribus, propter inſcriptiones ibi inventas, in quibus Obulconis nomen. Vide Marianam, hiſt. Hiſp., p. 111, cap. 21; Cellarium ubi ſuprà.

[30] *Munda.*] Olim Turditaniæ caput, nunc oppidulum, nomen ſaltem integrum Munda ſervavit.

[31] *Atetua, Urſo, Tuccis, Julia, Ægua.*] De his civitatibus nihil habemus quod afferre poſſimus, præter meras conjecturas, quas hîc aggerere prolixius foret. Iis immorari commodum magis erit in obſervationibus noſtris ad Strabonem Gallicum.

στωρσις ἐστὶ γνωριμωτάτη· ἐπὶ δὲ ταῖς ἀναχύσεσιν ἡ [p] Ἄστα, εἰς ἣν οἱ Τουρδιτανοὶ συνίασι, μάλιστα ὑπερκειμένην τοῦ ἐπινείου τῆς νήσου, σταδίους οὐ πολὺ πλείους τῶν ἑκατόν.

Παροικεῖται δὲ ὑπὸ πλείστων ὁ Βαῖτις, καὶ ἀναπλεῖται σχεδόν τι ἐπὶ χιλίους καὶ διακοσίους σταδίους, ἐκ θαλάττης μέχρι Κορδύβης, καὶ τῶν μικρὸν ἐπάνω τόπων. Καὶ δὴ καὶ ἐξείργασται περιττῶς, ἥ τε παραποταμία καὶ τὰ ἐν τῷ ποταμῷ νησίδια· πρόσεστι δὲ καὶ τὸ τῆς ὄψεως τερπνὸν, ἄλσεσι καὶ ταῖς ἄλλαις φυτουργίαις ἐκπεπονημένων τῶν χωρίων. Μέχρι μὲν οὖν Ἱσπάλιος ὁλκάσιν ἀξιολόγοις, ὁ ἀνάπλους ἐστὶν, ἐπὶ σταδίους οὐ πολὺ λείποντας τῶν πεντακοσίων· ἐπὶ δὲ τὰς ἄνω πόλεις μέχρι Ἰλίπας, ταῖς ἐλάττοσι· μέχρι δὲ Κορδύβης τοῖς ποταμίοις σκάφεσι, πηκτοῖς μὲν τανῦν, τὸ παλαιὸν δὲ καὶ μονοξύλοις· τὸ δ' ἄνω τὸ ἐπὶ [q] Κλαστῶν οὐκ ἔστι πλώϊμον· παράλληλοι δέ τινες ῥάχεις ὀρῶν παρατείνουσι τῷ ποταμῷ, μᾶλλον τε καὶ ἧττον [r] αὐτῷ συνάπτουσαι πρὸς βορρᾶν, μετάλλων πλήρεις· πλεῖστος δ' ἐστὶν ἄργυρος ἐν τοῖς κατὰ Ἰλίπαν τόποις καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα, τόν τε παλαιὸν λεγόμενον καὶ τὸν νέον· κατὰ δὲ τὰς Κωτίνας λεγομένας χαλκός τε ἅμα γεννᾶται καὶ χρυσός. Ἐν ἀριστερᾷ μὲν οὖν ἐστι τοῖς ἀναπλέουσι τὰ ὄρη ταῦτα, ἐν δεξιᾷ δὲ πεδίον μέγα, καὶ ὑψηλὸν, καὶ εὔκαρπον, καὶ μεγαλόδενδρον, καὶ εὔβοτον.

---

[p] Ἄστα.] Editi veteres & mss., inter quos Regius codex, habent Μάστα: & apud Stephanum Byzantinum memoria extat urbis cui nomen *Mastia*, & cujus populi Mastiani vocabantur, ad Herculeas columnas. Id videtur tueri lectionem in quam & manuscripti & veteres editi consentiunt. Sed paulò suprà Strabo, *juxta Astam* (in ipsis mss. κατὰ Ἄσταν) *Æstuaria*, seu maris effusiones, extitisse memoravit. Quin & apud Plinium *Asta Regia* nominatur inter urbes ad Bætis æstuaria sitas. Ergo hoc loco quem nunc expendimus meritò Μάστα, in Ἄστα commutatur à Xylandro.

[q] Κλαστῶν.] Sic editi & mss. quos novimus. Lectionem hanc mendosam docti pronuntiant, & legere jubent Καστάλωνα. Fuit autem Καστάλων maxima Oretanorum urbs, latinis *Castulo*. Nobis aliquando in mentem venerat vocem Κλαστῶν pro urbis nomine non esse accipiendam, sed intelligendam quasi deductam à verbo κλάω, *frango*: ἐπὶ κλαστῶν, *ad prærupta*. Quæ quidem interpretatio mirum in modum huic loco convenire videbatur; mox enim ait Strabo Bætim fluvium supra Cordubam jam navigari non posse, quòd prærupto devehatur alveo. Ergò cum nullo incommodo, imò & commodè admodùm servari posset lectio ἐπὶ κλαστῶν, in quam conspirant editi codices &

vitam amiſit. In Celticis notiſſima urbs eſt [32] Coniſtorſis. Ad æſtuaria autem Aſta, in quam Turditani conveniunt, ſitam ſupra navale inſulæ ſtadiis ſummum C, non multo pluribus.

Accolitur à plurimis Bætis, navigaturque ſurſum ad ſtadia CIↃ CC à mari uſque ad Cordubam, & paulo ſuperiora loca: ædificata ſunt diligentiſſimè tum quæ in ripâ ſita ſunt, tum parvæ in flumine inſulæ: acceditque ſpectandi amœnitas, locis iſtis lucorum & aliâ ſtirpium plantatione excultis. Hiſpalin uſque ſurſum navigatur grandibus onerariis ad IↃ ferè ſtadia: ad ſuperiores autem urbes, Ilipam uſque, minoribus: inde ad Cordubam uſque ſcaphis fluvialibus, compactis noſtrâ ætate, olim autem etiam lintribus. Superiores autem partes, quæ ſunt [33] ad Claſtonem, navigari non poſſunt. Sed dorſa quædam montium à ſe ubique æqualiter diſtantia, & boream versùs, modò magis modò minùs cohærentia, juxta fluvium protenduntur, plena metallorum. Plurimum argenti eſt in locis circa Ilipam & [34] Siſaponem, tam veterem quàm novum: apud Cotinas, quas vocant, æs aurumque naſcitur. Ii montes ſurſum navigantibus ad ſiniſtram ſunt: ad dextram autem planities magna, excelſa, fertilis, magnis conſita arboribus, & paſcuis apta.

---

mſſ. quos novimus, eam retinendam judicabamus. Sed re maturiùs perpenſâ, ex eruditorum ſententiâ quos non paucos de hoc loco in conſilium adhibuimus, urbem Caſtulonem, nomine Claſtonis arbitramur deſignari, per oſcitantiam librariorum depravato Caſtulonis nomine, quod infrà in *Caſtaonem* mutatum reperire eſt (not. 57), & paulo poſt iterum in *Claſtonem* (not. 18.)

[r] αὐτῷ συνάπλευσαι.] Sic mſ. Regius. Vox αὐτῷ deeſt in editis.

---

[32] *Coniſtorſis.*] Eadem quæ Appiano *Cuniſtorgis*, etſi ſecus cenſuerit Caſaubonus. Cuniſtorgim quidem Appianus in eâ regione conſtitutit, quæ *Cuneus* dicitur; Cuneum autem à Celticorum habitatione juxta Strabonem diſtinguendum eſſe pronuntiat Caſaubonus: ſed ſine causâ; Celticos enim Strabo inter Anam & Tagum collocat, atque in hoc ipſo intervallo jacet Cuneus. Scribitur Κονίστωρσις in editis; in mſſ. Regio & Mediceo Κονίστορσις.

[33] *ad Claſtonem.*] Græcè ἐπὶ Κλαστῶν, quod de urbe Caſtulone intellexerunt interpretes. Vide ſuprà not. 9.

[34] *Siſaponem.*] Situs hujus urbis dubius. Eam Plinius Bæticæ, Ptolemæus Oretanis tribuit: Strabo ad montes juxta Bætim fluvium, ipſam videtur collocare.

Ἔχει [s] δὲ ὁ Ἄνας ἀνάπλους· οὔτε δὲ τηλικούτοις σκάφεσιν, οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον· ὑπέρκειται δὲ καὶ τὰ μεταλλείας ἔχοντα ὄρη· καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Τάγον.

Τὰ μὲν οὖν τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία, ἀνάγκη τραχέα τε εἶναι καὶ παράλυπρα, οἷά περ καὶ τὰ τῇ [t] Καρπητανίᾳ συνάπτοντα, καὶ ἔτι μᾶλλον τοῖς Κελτίβηρσι. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ Βαιτουρία ξηρὰ ἔχουσα πεδία τὰ παρήκοντα τῷ Ἄνᾳ· αὕτη δ' ἡ Τουρδιτανία θαυμαστῶς εὐτυχεῖ· παμφόρου δ' οὔσης αὐτῆς, ὡσαύτως δὲ καὶ πολυφόρου, διπλασιάζεται τὰ εὐτυχήματα ταῦτα τῷ ἐκκομισμῷ· τὸ γὰρ περιττεῦον τῶν καρπῶν ἀπεμπολεῖται ῥᾳδίως τῷ πλήθει τῶν ναυκληριῶν. Ποιοῦσι δὲ τοῦτο οἵ τε ποταμοὶ καὶ αἱ ἀναχύσεις, ὡς εἶπον, ἐμφερεῖς τοῖς ποταμοῖς οὖσαι, καὶ ἀναπλεόμεναι παραπλησίως ἐκ θαλάττης, οὐ μικροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις σκάφεσιν εἰς τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ πόλεις. Ἅπασα γάρ ἐστι πεδιὰς [u] ἡ ὑπὲρ τῆς παραλίας ἐπὶ πολὺ τῆς μεταξὺ τοῦ τε Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν Στηλῶν· ἐνταῦθα δὲ πολλαχοῦ κοιλάδες εἰς τὴν μεσόγαιαν ἐκ τῆς θαλάττης ἀνέχουσι, φάραγξι μετρίαις, ἢ καὶ ῥείθροις ἐοικυῖαι ποταμίοις ἐκτεταμένοις ἐπὶ πολλοὺς σταδίους· ταύτας δὲ πληροῦσιν αἱ τῆς θαλάττης ἐπιβάσεις, κατὰ τὰς πλημμυρίδας, ὥστ' ἀναπλεῖσθαι μηδὲν ἧττον ἢ τοὺς ποταμούς, ἀλλὰ καὶ βέλτιον· τοῖς γὰρ κατάπλοις ἔοικε τοῖς ποταμίοις, ἀντικόπτοντος μὲν οὐδενός, ἐπουρίζοντος δὲ τοῦ πελάγους, καθάπερ τοῦ ποταμίου ῥεύματος, διὰ τὴν πλημμυρίδα. Αἱ δ' ἐπιβάσεις μείζους εἰσὶν ἐνταῦθα ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ὅτι εἰς πόρον συνωθουμένη στενὸν ἡ θάλαττα ἐκ μεγάλου πελάγους, ὃν ἡ Μαυρουσία ποιεῖ πρὸς τὴν

---

[s] Ἔχει δὲ ὁ Ἄνας ἀνάπλους.] Felicissimè Casaubonus locum Xylandro desperatum restituit. MSS. & editi habent ἔχει δὲ ἠϊόνας ὁ ἀνάπλους. Ipsa sermonis series legere imperat ut emendamus; atque ideo lectionem hanc, quamvis solis nixam conjecturis, contra morem nostrum in contextu admittere ausi sumus, cùm ex vulgatâ scriptione nullus, qui constare sibi possit, sensus elici queat.

[t] Καρπητανία.] Latinis *Carpetania*. Aliquando nomen hoc apud Græcos scribitur Καρπιτανία. Sic hoc loco in mss. Regio & recentioribus editis; sic semper apud Ptolemæum.

[u] ἡ ὑπὲρ τῆς παραλίας.] Ita mss. Regius. Deest ἡ in editis.

Sursum [35] quoque navigari potest Anas, sed neque tam magnis navibus, neque ad tantum spatium. Superjacent autem montes quoque secturas habentes metallicas, qui ad Tagum pertingunt.

Loca in quibus metalla sint, necesse est supera esse & sterilia ferè, qualia sunt Carpetaniæ contigua, magisque etiam ea, quæ [36] Celtiberiam tangunt. Talis ergo est etiam [37] Bæturia, siccos habens campos juxta Anam porrectos. Ipsa autem Turditania mirum in modum opulenta: & cùm omnis generis rerum sit feracissima, commoda hæc ejus, exportatione rerum, duplicantur: nam ob multitudinem mercatorum navigantium facilè quod abundat fructuum divenditur: navigationibus autem non flumina modò inserviunt, sed & æstûs effusiones amnium similes, per quas eodem modo navigatur à mari non exiguis tantùm, sed magnis quoque lembis ad urbes mediterraneas. Nam supra maritimam oram omnis regio campestris est, major pars eorum, quæ inter Sacrum promontorium & Columnas est. Ibi multis in locis cavitates à mari in terram protenduntur, mediocribus convallibus, aut etiam fluviorum alveis similes, in multa porrectis stadia: eas incrementa maris implent æstu appellente, ut non minùs quàm per amnes possit per eas sursum navigari: atque adeò meliùs: secundis enim amnium navigationibus similes sunt per ipsas ascensus, nullâ re impediente, & mari ob affluxum æstûs leviter impellente sicut fit in defluxu fluviorum. Porrò maris incrementa hîc quàm alibi sunt majora, quia ex magnâ latitudine in arctum meatum mare coactum, quem ad Hispaniam

---

[35] *Sursum quoque navigari potest Anas.*] Juxta Græci contextûs restitutionem hæc interpretati sumus. Interpretationem Xylandri adscribemus, ut ex ipsâ lector judicet quantùm necesse fuerit huic loco minimè sano, medicam manum admovere. Vertebat Xylander, vulgatæ lectioni insistens: *habet etiam ripas adversa hæc navigatio.*

[36] *Celtiberiam.*] Vide Strabonem infrà de Celtiberis.

[37] *Bæturia.*] Hâc solâ vice *Bæturiam* memorat Geographus noster. Ea erat Bæticæ pars quædam, Bætim inter & Anam sita, juxta Plin., lib. III, cap. I.

Ἰβηρίαν, ἀνακοπὰς λαμβάνει, καὶ φέρεται πρὸς τὰ εἴκοντα μέρη τῆς γῆς εὐπετῶς.

Ἔνιαι μὲν οὖν τῶν τοιούτων κοιλάδων κενοῦνται κατὰ τὰς ἀμπώτεις· τινὰς δ' οὐ παντάπασιν ἐπιλείπει τὸ ὕδωρ, ἔνιαι δὲ καὶ νήσους ἀπολαμβάνουσιν ἐν ἑαυταῖς. Τοιαῦται μὲν οὖν εἰσιν αἱ ἀναχύσεις, αἱ μεταξὺ τοῦ τε Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν Στηλῶν, ἐπίδοσιν ἔχουσαι σφοδροτέραν παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. Ἡ τοιαύτη δ' ἐπίδοσις ἔχει μέν τι καὶ πλεονέκτημα πρὸς τὰς χρείας τῶν πλοϊζομένων· πλείους γὰρ καὶ μείζους ποιεῖ τὰς ἀναχύσεις, πολλάκις καὶ ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους ἀναπλεομένας, ὥστε τρόπον τινὰ πᾶσαν πλωτὴν παρέχεται τὴν γῆν, καὶ εὐπετῆ πρός τε τὰς ἐξαγωγὰς τῶν φορτίων καὶ τὰς εἰσαγωγάς. Ἔχει δέ τι καὶ ὀχληρόν· αἱ γὰρ ἐν τοῖς ποταμοῖς ναυτιλίαι, αἱ διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πλημμυρίδος, ἰσχυρότερον τῇ φύσει τῶν ποταμῶν ἀντιπνεύσαι κίνδυνον οὐ μικρὸν τοῖς [x] ναυτιλίοις ἐπιφέρουσι, κατακομιζομένοις τε ὁμοίως καὶ ἀνακομιζομένοις· αἱ δὲ ἀμπώτεις ἐν ταῖς ἀναχύσεσιν εἰσὶ βλαβεραί· ταῖς γὰρ πλημμυρίσιν ἀνάλογον καὶ αὗται παροξύνονται, διά τε τὸ τάχος, καὶ ἐπὶ ξηρᾶς πολλάκις ἐγκατέλιπον τὴν ναῦν· τά τε βοσκήματα εἰς τὰς νήσους διαβαίνοντα, τὰς [y] πρὸς τὸν ποταμὸν, πρὸ τῶν ἀναχύσεων, τοτὲ μὲν οὖν καὶ ἐπεκλύσθη, τοτὲ δὲ καὶ ἀπελείφθη· βιαζόμενα δ' ἐπανελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ διεφθάρη· τὰς δὲ βοῦς φασὶ καὶ τετηρηκυίας τὸ συμβαῖνον, περιμένειν τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης, καὶ τότε ἀπαίρειν εἰς τὴν ἤπειρον.

Καταμαθόντες δ' οὖν τὴν φύσιν τῶν τόπων οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰς ἀναχύσεις ὁμοίως ὑπουργεῖν τοῖς ποταμοῖς δυναμένας, πόλεις ἔκτισαν ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἄλλας κατοικίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν· τούτων δ' ἐστὶν ἥ τε Ἄστα καὶ [z] Νάβριασα, καὶ Ονο-

---

[x] *ναυτιλίοις.... κατακομιζομένοις.... ἀνακομιζομένοις.*] Vetus lectio juxta Casaubonum, *ναυκληρίαις.... κατακομιζομέναις... ἀνακομιζομέναις*: & sic mſ. Regius.

[y] *πρὸς τὸν ποταμόν.*] Mſ. Regius *πρὸ τῶν ποταμῶν.*

[z] *Νάβριασα.*] Sic restituimus ex mſ. Regio & veteribus editis. Legitima hæc lectio est, quam vindicat nummus Claudii, inscriptus *Colonia Venerea Nabrissa Augusta*, teste Ligorio. Vulgò *Νέβριασα*, Latinis *Nabrissa*, hodie *Le-*

Mauritania

Mauritania facit, repercutitur, & facilè defertur ad terræ partes concedentes.

Porrò harum cavitatum quædam evacuantur cùm mare resorbetur, nonnullas aqua nunquam prorsus deserit, nonnullæ etiam insulas in se continent. Tales ergo sunt maris effusiones inter Sacrum promontorium & Columnas, vehementius habentes, quàm alibi fiat, incrementum. Atque hoc maximum adfert navigantium usibus commodum: nam plures ac majores facit effusiones, sæpe [38] ad VIII usque stadia navigabiles, ut quodammodo totam faciat terram navigabilem, & exportandis importandisque mercibus aptam. Habent autem etiam aliquid molestum. Navigationes enim in amnibus, quæ ob vehementiam exundationis validiùs fluxui amnium obnituntur, haud leve periculum sursum deorsumve navigantibus objiciunt. Et defluxus maris in effusionibus istis sunt damnosi: nam eâdem, quâ affluxus, ratione incitantur, atque ob celeritatem non raro in sicco destituunt naves: ac pecus, quod ante affluxum in insulas ad amnem sitas transiverat, aliquando illuvie obruitur, aliquando destituitur, vique transire frustra conatum interit: aiuntque boves observato eo casu, recessum maris operiri, atque tum in continentem abire.

Ergo homines locorum naturâ cognitâ, cùm viderent effusiones istas ministerium fluviorum implere posse, urbes in iis locis condiderunt & domicilia, sicut ad fluvios, quarum sunt [39] Asta, Nabrissa, Onoba, Sonoba,

---

brixa, nunc in mediterraneis sita, oblimato (ut conjicere licet) cui insidebat æstuario.

---

[38] *ad VIII usque stadia.*] Numerus hic stadiorum corruptus videtur Casaubono. Strabo enim infrà de his ipsis æstuariis scribit, quædam esse ultra CCCC stadia navigabilia. Verùm emendationem loci hujus tentare, librorum auctoritate destitutis, tutum non est.

[39] *Asta, Nabrissa, Onoba, Sonoba, Mænoba.*] De Astâ suprà diximus: de Nabrissâ vide not. [2]. Onobam nominant Plinius & Ptolemæus. Sonobam solus Strabo agnoscit; Mænobam & Plinius. De his conjecturas nostras exponemus ad Strab. Gallicè versum.

ϐα, καὶ Σόνοϐα, καὶ Μαίνοϐα, καὶ ἄλλαι πλείους. Προσλαμϐάνουσι δὲ καὶ διώρυγες ἔσθ᾽ ὅπου γεγονυῖαι, τοῦ πολλαχόθεν εἶναι, καὶ πολλαχόσε τὴν κομιδὴν πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ἔξω. Καὶ αἱ σύῤῥοιαι δὲ ὡσαύτως ὠφελοῦσι κατὰ τὰς ἐπιπολὺ πλήμας, καὶ διειργομένας ὑπὸ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους, καὶ πλωτὸν ἀπεργαζομένων, ὥστε πορθμεύεσθαι καὶ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὰς ἀναχύσεις, κἀκεῖθεν δεῦρο.

Ἅπασα δὴ ἐμπορεία πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ καὶ τὴν Ῥώμην, ἔχουσα τὸν πλοῦν μέχρι τῶν Στηλῶν ἀγαθὸν (πλὴν εἴ τις ἐστὶ περὶ τὸν πορθμὸν δυσκολία) καὶ τὸν πελάγιον, τὸν ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς θαλάττῃ· διὰ γὰρ εὐδίου κλίματος οἱ δρόμοι συντελοῦνται, καὶ μάλιστα τῷ πελαγίζοντι· τοῦτο δὲ πρόσφορόν ἐστι ταῖς ἐμπορικαῖς ὁλκάσιν· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄνεμοι τάξιν οἱ πελάγιοι· πρόσεστι δὲ καὶ ἡ νῦν εἰρήνη τῶν λῃστηρίων καταλυθέντων· ὥσθ᾽ ἡ σύμπασα ὑπάρχει ῥᾳστώνη τοῖς πλοϊζομένοις. Ἴδιον δέ τι φησὶ Ποσειδώνιος τηρῆσαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν τὸν ἐκ τῆς Ἰϐηρίας, ὅτι οἱ εὖροι κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ πέλαγος ἕως τοῦ Σαρδώου κόλπου πνέοιεν ἐτησίαι· διὸ καὶ τρισὶ μησὶν εἰς Ἰταλίαν [a] κατάραι μόλις, διενεχθεὶς περί τε τὰς Γυμνησίας νήσους, καὶ περὶ Σαρδόνα, καὶ τ᾽ ἄλλα ἀπαντικρὺ τούτων μέρη τῆς Λιϐύης.

Ἐξάγεται δ᾽ ἐκ τῆς Τουρδιτανίας σῖτός τε καὶ οἶνος πολύς, καὶ ἔλαιον, οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον· καὶ κηρὸς δέ, καὶ μέλι, καὶ πίττα ἐξάγεται, καὶ [b] κόκκος πολλή, καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς· τά τε ναυπήγια συνιστᾶσιν αὐτόθι ἐξ ἐπιχωρίας ὕλης· ἅλες τε ὀρυκτοὶ [c] παρ᾽ αὐ-

---

[a] κατάραι μόλις, διενεχθεὶς, &c.] Vulgò scribitur & interpungitur: κατάραι. Μόλις γὰρ διενεχθεὶς, &c. Casauboni verò interpunctionem amplexi sumus, quæ meliùs multo congruit, & quam ex veteribus libris hausisse se testatur. Eam quoque secutus est vetus interpres.

[b] κόκκος πολλή.] Κόκκος arbustum simul, & arbusti ejusdem rubens granum vocabatur, eo autem discrimine, quod pro arbusti nomine sumpta vox ea, masculini generis; pro grano, fœminini fieret. Vide Salmas. in Solinum, p. 774. Porrò hìc de grano agitur, quod in mercaturam venit, non de arbusto. Ergo omnino legendum est hoc loco κόκκος πολλή; & sic habent mss. Regius & Mediceus. Editi κόκκος πολύς.

Mænoba, aliæque plures. Adjuvant & fossæ quibusdam in locis actæ, quia multis de locis hinc inde merces trahuntur, & inter incolas, & ad exteros: similiter prosunt etiam confluxus in exundationibus, quæ impediuntur isthmis alveos dirimentibus, eosque navigabiles facientibus, ut etiam ex fluminibus ad effusiones hîc inde navigari possit.

Omnis autem negotiatio est versùs Italiam & Romam, habetque navigationem usque ad Columnas commodam, (nisi si qua est ad fretum difficultas) & in alto nostri maris. Per tranquillum enim clima cursus est, maximè altum mare navigantibus: quod commodum est mercatoriis onerariis: habent & venti altum mare proflantes suum ordinem: accedit etiam, quod nunc pax est abolitis latrocinis: itaque summa est navigantibus securitas. Peculiare autem aliquid se ex navigatione ab Hispaniâ observasse scribit Posidonius, nimirum in illo mari usque ad sinum Sardoum euros stato anni tempore, spirare: itaque se tribus mensibus [40] in Italiam vix pervenisse, jactatum circa Gymnesias, & juxta Sardiniam, aliaque è regione horum loca Africæ.

Exportatur è Turditaniâ multùm frumenti ac vini, oleumque non multum modò, sed & optimum. Præterea cera, mel, pix, & coccus multus, & minium Sinopicâ terrâ non deterius: naves conficiunt ex indigena materiâ, habentque & sales fossiles, & fluviorum salsorum fluxus

---

[c] παρ' αὐτῆς.] Legit Casaubonus παρ' αὐτοῖς; atque hoc quidem meliùs convenit. Editi tamen omnes & mss. quos novimus, habent παρ' αὐτῆς, quod etiam dici potest.

---

[40] *in Italiam vix pervenisse, jactatum circa Gymnesias*, &c.] Interpretationem Xylandri, Græci contextûs restitutioni accommodavimus. Xylander vulgatæ lectioni insistens, sic transtulit: *in Italiam pervenisse ægrè prætervectum Gymnesias*, &c. Vide suprà, not. [a].

τῆς εἰσί· καὶ ποταμῶν ἁλμυρῶν ῥεύματα οὐκ ὀλίγα· οὐκ ὀλίγη δὲ οὐδ᾽ ἡ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία, οὐκ ἔνθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἄλλης τῆς ἐκτὸς Στηλῶν παραλίας, οὐ χεῖρον τῆς Ποντικῆς· πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο· νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν Κοραξῶν· καὶ ὑπερβολή τις ἐστὶ τοῦ κάλλους· ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας· ὑπερβολὴ δὲ, καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων, ἅπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσιν.

Ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων ἀφθονία παντοίων, καὶ κυνηγεσίων. Τῶν δ᾽ [d] ὀλεθρίων θηρίων σπάνις, πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων, οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι· λυμαίνονται γὰρ καὶ φυτὰ, καὶ σπέρματα ῥιζοφαγοῦντες· καὶ τοῦτο συμβαίνει καθ᾽ ὅλην τὴν Ἰβηρίαν σχεδὸν· διατείνει δὲ καὶ μέχρι Μασσαλίας· ὀχλεῖ δὲ καὶ τὰς νήσους. Οἱ δὲ τὰς Γυμνησίας οἰκοῦντες, λέγονται πρεσβεύσασθαί ποτε πρὸς Ῥωμαίους κατὰ χώρας αἴτησιν· ἐκβάλλεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ζώων τούτων, ἀντέχειν μὴ [e] δυνάμενοι διὰ τὸ πλῆθος. Πρὸς μὲν οὖν τὸν τοσοῦτον ἴσως πόλεμον, ὃς οὐκ ἀεὶ συμβαίνει, [f] φθόρον δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει, καθάπερ ὄφεων καὶ μυῶν τῶν ἀρουραίων, χρεία τῆς τοσαύτης ἐπικουρίας. Πρὸς δὲ τὸ μέτριον, ἐξεύρηνται πλείους θῆραι· καὶ δὴ καὶ γαλᾶς ἀγρίας [g] ἃς ἡ Λιβύη φέρει, φέρουσιν ἐπίτηδες· ἃς φιμώσαντες παριᾶσιν εἰς τὰς ὀπάς· αἱ δ᾽ ἐξέλκουσιν ἔξω τοῖς ὄνυξιν, οὓς ἂν καταλάβωσιν, ἢ φεύγειν ἀναγκάζουσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν· ἐκπεσόντας δὲ θηρεύουσιν οἱ ἐφεστῶτες.

[d] ὀλεθρίων θηρίων.] Vocem θηρίων ex mſ. Regio reponimus & ex veteribus editis; cùm in poſterioribus deſit.

[e] δυνάμενοι.] Optima lectio, quam ex veteribus libris hauſerat Caſaubonus, nos ex mſ. Regio. Editi δυναμένων, omnino malè.

[f] φθόρον δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει.] Sic editi omnes. Certè ſpuria vox eo loco φθόρον. Quidam mſſ., teſte Caſaubono, ferunt ἀέρων: mſ. Regius habet θηρῶν. Neutra lectio ſatis liquido conſtat: prior tamen arrideret magis; ſed nihil ſtatuimus. Caſaubonus, non improbabili conjecturâ, legendum cenſet ἀέρων pro φθόρον; ita ut peſtilenti aeris conſtitutioni, cuniculorum, ſicut & aliquando murium & ſerpentum, copiam repentinam Strabo tribuerit.

[g] ἃς ἡ Λιβύη φέρει, φέρουσιν.] Scribit Caſaubonus τρέφουσιν pro φέρουσιν, nullo ſententiæ diſcrimine, neque ullâ fretus mſſ. auctoritate. Vetus interpres videtur legiſſe ἃς ἡ Λιβύη τρέφει, φέρουσιν. Quod eòdem quoque recidit.

42 *Coraxorum lanâ.*] Coraxi gens Pontica, de quâ apud veteres mentio non

non paucos : tum salsamenta copiosa, non inde modò habentur, sed ex reliquâ extra Columnas orâ, nihil cedentia bonitate Ponticis. Quondam etiam multùm vestium advehebatur, nunc lanæ, [41] Coraxorum lanâ præstantiores, longéque pulcherrimæ : quippe talento aries emitur, qui oves ineat : tum summè tenuia texta, quæ [42] Saltietæ faciunt.

Est ingens ibi pecoris copia, & venandi materies. Perniciosas habet bestias ferè nullas, exceptis cuniculis, lepusculis illis terram fodientibus, quos quidam [43] *leberides* nominant : ii enim radices vorantes, stirpibus seminibusque nocent. Idque usu venit per omnem Hispaniam, & ad Massiliam usque : quin & insulas infestant: traditumque memoriæ est, Gymnesiarum insularum incolas aliquando [44] missis legatis petiisse à Romanis terram sibi habitandam, quòd suâ se ab animalibus pelli, neque eorum multitudini resistere posse dicerent. Et sanè hoc auxilio opus esse potest, cùm, quod non semper fit, tantâ multitudine tanquam bello aut peste grassantur, veluti serpentes & mures terrestres etiam ubi invalescunt. Sed ubi mediocriter habet res, inventæ sunt jam cuniculos venandi plures rationes : quarum est, quòd feles Africos feros studiosè adhibent, & ore obligato in foramina immittuntur, qui unguibus extrahunt cuniculos inventos, aut in superficiem expellunt, ubi ab astantibus captantur.

---

infrequens : Corazi Tzetzæ, qui eorum lanas docet solis Milesiis cessisse. Vid. Chiliad. XII.

[42] *Saltietæ.*] Quinam sint isti quæritur adhuc. Docti plures emendant *Setabetæ*, ex Silio Italico, lib. III, vers. 373 :

Setabis & telas Arabum sprevisse superbas;
Et Pelusiaco filum componere lino.

Tum ex Catullo, epigr. 25 :

Nam sudaria Setaba ex Iberis
Miserunt mihi muneri, &c.

Sed apud Strabonem, in editis & mss. omnibus, legitur hoc loco Saltietæ, Σαλτιῆται.

[43] *leberides.*] Vox propria Massiliensium. Hi enim, ut docet Casaubonus ex Grammaticis Græcis, *leberidem* vocabant quem Romani cuniculum.

[44] *missis legatis petiisse à Romanis, &c.*] Id tempore Augusti evenisse testatur Plinius, lib. IX, cap. 55.

Τὴν δὲ ἀφθονίαν τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Τουρδιτανίας, ἐμφανίζει τὸ μέγεθος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν [h] ναυκλήρων· ὁλκάδες γὰρ μέγισται παρὰ τούτων πλέουσιν εἰς τὴν Δικαιαρχίαν, καὶ τὰ Ὤστια, τῆς Ῥώμης ἐπίνειον· τό, τε πλῆθος μικροῦ δεῖν ἐνάμιλλον τοῖς Λιβυκοῖς [i] ἐκ πολλαπλασιάσεως. Τοιαύτης δὲ τῆς μεσογαίας οὔσης τῆς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ, καὶ τὴν παράλιον ἐνάμιλλον εὕροι τις ἂν τοῖς ἐκ θαλάττης ἀγαθοῖς· τά τε γὰρ ὀστρεώδη πάντα καὶ κογχοειδῆ, καὶ τοῖς πλήθεσιν ὑπερβάλλει καὶ τοῖς μεγέθεσι, καθόλου κατὰ τὴν ἔξω θάλατταν πᾶσαν, ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως· ἅτε καὶ τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων ἐνταῦθα αὐξανομένων· ἃς εἰκὸς αἰτίας εἶναι καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ μεγέθους, διὰ τὴν γυμνασίαν· ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ περὶ τῶν κητέων ἁπάντων, ὀρύγων τε, καὶ φαλαινῶν, καὶ φυσητήρων· ὧν ἀναφυσησάντων, φαίνεταί τις νεφώδους ὄψις κίονος τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι· καὶ οἱ [k] γόγγροι δὲ ἀποθηριοῦνται, πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι κατὰ τὸ μέγεθος· καὶ αἱ σμύραιναι, καὶ ἄλλα πλείω τῶν τοιούτων ὄψων. Ἐν δὲ Καρτηΐᾳ [l] κήρυκας δεκακοτύλους καὶ πορφύρας φασίν· ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζονας ὀγδοήκοντα μνῶν τὴν σμύραιναν, καὶ τὸν γόγγρον· ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα· διπήχεις δὲ τὰς τευθίδας, καὶ τὰ παραπλήσια.

Πολὺς δὲ καὶ ὁ θύννος συνελαύνεται δεῦρο, ἀπὸ τῆς ἀλέης τῆς ἔξωθεν [m] παλαιᾶς, πίων καὶ παχύς. Τρέφεται δὲ βαλάνῳ δρυΐνῃ, φυομένῃ κατὰ τῆς θαλάττης, χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ, [n] ἁδρότατον δ' ἐκφερούσῃ καρπόν· ἥπερ καὶ ἐν τῇ γῇ

---

[h] ναυκλήρων.] Sic editi & mſ. Regius. Scripti quidam, Caſaubono teſte, ναυκληρίων.

[i] ἐκ πολλαπλασιάσεως.] Mſ. Regius ἐκ πολλαπλασιάσεις.

[k] γόγγροι.] Sana lectio, quam exhibent mſ. Regius & veteres editi. Poſteriores γόγροι.

[l] κήρυκας.] Ita veteres editi & mſ. Regius. Editi recentiores malè κήρηκας.

[m] παλαιᾶς.] Corrupta lectio, quam tamen cùm libri omnes mſſ. & editi ſervent, emendare auſi non ſumus. Certè Caſaubonus felici conjecturâ legit παραλίας, eo ſenſu: thynnos Hiſpaniæ occidentalem oram adire, tepore evocatos litoris externi, id eſt extra Columnas. Atque id mirè confirmatur iis quæ de thynnis referunt Ariſtoteles, animal. lib. VIII, cap. 19; & Plinius, lib. IX, cap. 15.

Abundantiam verò eorum, quæ ex Turditaniâ exportantur, navium magnitudo & multitudo indicant: maximæ enim onerariæ naves inde ad Dicæarchiam & Ostia, quod est Romæ navale, advehuntur, itáque multiplicatæ sunt, ut numero jam Africis ferè æquentur. Cùm hic sit status mediterraneorum Turditaniæ, ora ejus maritima opibus maritimis cum eâ quasi certare videtur. In universum enim, exterum mare omni ostreorum concharumque abundat genere, numero, & magnitudine: verùm ad Turditaniam id maximè fit, quippe maris affluxu ac refluxu ibi augescente, quam causam apparet esse multitudinis ac magnitudinis istarum rerum, [45] nudato scilicet litore. Idem intelligendum de cetorum omnibus generibus, orygibus, balænis, & physeteribus, qui cùm efflant, eminus intuentibus species quædam nubis in columnæ formam coactæ videtur: quin & congri ibi in belluas abeunt, longè nostrorum magnitudinem supergressi: & murænæ sunt ibi, aliique plures id genus pisces. Apud Carteiam buccinæ, & purpuræ inveniri dicuntur, decem cotylas implentia: & in exterioribus locis murænæ, congrique qui appendant XXC minas, polypi qui talentum: bicubitales teuthides, aliique id genus pisces.

Huc etiam plurimi thynni compelluntur, [46] à calore externi maris antiquo pingues & crassi. Vescuntur glande quernâ, quæ ad mare nascitur humilis planè, sed prægrandem generans fructum: hæc arbor etiam in terrâ

---

[n] *ἁδρότατον.*] Monet Casaubonus in scriptis quibusdam legi *πολὺν* pro *ἁδρότατον*, quod meliùs videtur convenire; nam ex sequentibus liquet, hîc glandium copiam potiùsquam magnitudinem commendari.

---

[45] *nudato scilicet litore.*] Interpretatur Xylander Græca verba *διὰ τὴν γυμνασίαν*, *ob exercitationem.* Feliciùs interpres vetus, *propter enudationes*, id est nudato litore, aquis scilicet refluentibus. Sensus hic videtur optimus: cùm enim maris refluxus in Turditaniâ major sit; majorem ibi litoris partem mare per refluxum deserit, ac majorem concharum numerum, magnitudine præstantium, in arido relinquit.

[46] *à calore externi maris antiquo.*] Calor ille antiquus vitiatum locum arguit. Vide suprà, not. [m], ubi Strabonis mentem, ex felicissimâ Casauboni restitutione, declaramus.

πολλὴ φύεται κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ῥίζας μὲν ἔχουσα μεγάλας ὡς ἂν τελείας δρυὸς, ἐξαιρομένη δὲ ἐκ θάμνου, ταπεινῆς ἧττον· τοσοῦτον δ᾽ ἐκφέρει καρπὸν, ὥστε μετὰ τὴν ἀκμὴν πλήρη τὴν παραλίαν εἶναι τήν τε ἐντὸς, καὶ τὴν ἐκτὸς Στηλῶν, ἣν ἐκβάλλουσιν αἱ πλῆμαι· ἡ δ᾽ ἐντὸς Στηλῶν, ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται. Λέγει δ᾽ ὁ Πολύβιος καὶ μέχρι τῆς Λατίνης ἐκπίπτειν τὴν βάλανον ταύτην· εἰ μὴ ἄρα φησὶ καὶ ἡ Σαρδὼ φέρει, καὶ ἡ πλησιόχωρος ταύτῃ. Καὶ οἱ θύννοι δ᾽ ὅσῳ πλέον συνεγγίζουσι ταῖς Στήλαις ἔξωθεν φερόμενοι, τοσῷ δ᾽ ἰσχναίνονται πλέον, τῆς τροφῆς ἐπιλιπούσης· εἶναί τε [o] παραθαλάττιον τὸ ζῶον τοῦτο· ἥδεσθαι γὰρ τῇ βαλάνῳ, καὶ πιαίνεσθαι διαφερόντως ὑπ᾽ αὐτῆς· φορᾶς τε τῆς βαλάνου γινομένης, φορὰν καὶ τῶν θύννων εἶναι.

Τοσούτοις δὲ τῆς προειρημένης χώρας ἀγαθοῖς κεχορηγημένοις, οὐχ ἥκιστα [p] ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἄν τις ἀποδέξαιτο καὶ θαυμάσειε, τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές· ἅπασα μὲν γὰρ μεστὴ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ τῶν Ἰβήρων χώρα· οὐ πᾶσα δ᾽ εὔκαρπος, οὐδ᾽ εὐδαίμων οὕτως· καὶ μάλιστα ἡ τῶν μετάλλων εὐποροῦσα. Σπάνιον δ᾽ ἐν ἀμφοτέροις [q] εὐτυχεῖν· σπάνιον δὲ, καὶ τὸ τὴν αὐτὴν ἐν ὀλίγῳ χωρίῳ παντοίοις πληθύνειν μετάλλοις. Ἡ δὲ Τουρδιτανία καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ, λόγον οὐδένα ἄξιον καταλείπει, περὶ τήνδε τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις. Οὔτε γὰρ χρυσὸς, οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ δὴ χαλκὸς, οὐδὲ σίδηρος, οὐδαμοῦ τῆς γῆς, οὔτε τοσοῦτος, οὔθ᾽ οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασται [r] γεννώμενος μέχρι νῦν. Ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται· καταφέρουσι δ᾽ οἱ ποταμοὶ καὶ οἱ χεί-

---

o παραθαλάττιον.] Mſ. Regius παρὰ θάλασσάντι, quod eòdem recidit: & ſic legerat interpres vetus. Emendat Caſaubonus ὗν θαλάττιον, *marinum porcum*; & certè thynnos porcorum marinorum nomine deſignat Polybius, apud Athen. p. 302. Sed cùm nulla adſit Caſaubono ſcriptorum auctoritas, vulgatam lectionem retinendam judicamus, ex quâ ſenſus non deſpiciendus elici poteſt.

p ἀλλὰ καὶ μάλιστα.] Verba hæc, ut gloſſema grammatiſtæ cujuſdam, delere jubet Caſaubonus, cùm in veteribus libris non appareant. Sed ea exhibet mſ. Regius; & ideo nos retinemus.

q εὐτυχεῖν.] Veteres editi τυχεῖν. Rectè Caſaubonus emendat εὐτυχεῖν; atque ipſi ſuffragatur Regius codex.

r γεννώμενος.] Sic veteres libri, teſte Caſaubono, quibus adde mſ. Regium. Editi quidam γενόμενος.

per

per Hispaniam frequens nascitur, magnâ radice, ut quercûs perfectæ, sed humilis ipsa fruticis instar à stirpe surgit: tantùm autem fert fructûs, ut post maturitatem litus maris intra extráque Columnas oppleatur eo alluvie ejecto: [47] semper tamen minor invenitur quæ intra Columnas nascitur. Polybius tradit, hanc glandem ab Hispanis etiam in Latium usque mitti, nisi fortè Sardinia etiam eam generet & vicina loca. Cæterùm thynni quanto magis ad Columnas accedunt, tanto fiunt tenuiores, defectu nutrimenti. Ferturque hoc animal prope terram in mari degere, glande enim delectari, atque admodum eâ pinguescere: cúmque glandium copia nascitur, multos etiam nasci thynnos.

Cùm autem Turditaniæ tot bona suppeditent, non leviter, sed vel apprimè observet mireturque aliquis, quòd ita ferax metallorum est. Etenim metallis quidem plena est tota Hispania: at non omnes regiones ita frugiferæ sunt ac felices, minimúmque eæ quæ metallis abundant. Rarum nimirum est cùm metallorum habere tum frugum copiam: rarum etiam in exiguâ regione opes omnis generis metallorum habere. At Turditania, eique contigua regio ita utrâque re abundat, ut nulla satis digna laudatio præstantiæ earum institui possit. Nondum enim adhuc compertum est ullibi terrarum, aurum, argentum, æs, aut ferrum tantâ, cùm copiâ, tum bonitate inveniri, atque hîc. Aurum non effoditur modò, sed & flumina & torrentes auro permixtam arenam volvunt: multis etiam in locis aquæ expertibus arena talis reperitur: verùm ibi aurum non apparet: in locis autem irriguis ra-

---

[47] *Semper tamen minor invenitur*, &c.] Juxta Casaubonum, sensus est: glandem quæ reperitur intra Herculis Columnas, minorem quidem esse, sed majori copiâ reperiri. At neque ipse, neque Xylander, mentem Strabonis assecuti sunt; mox enim Strabo innuit paucissimam glandem in maris mediterranei litoribus gigni. Ergo loci quem expendimus, sententia est: quò major sit intra Columnas excursus, eò minorem glandis reperiri copiam. Atque id quam maximè verbis Græcis videtur convenire.

μαῤῥοι τὴν χρυσίτιν ἄμμον, πολλαχοῦ καὶ ἐν τοῖς ἀνύδροις τόποις οὖσαν· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀφανής ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς ἐπικλύστοις ἀπολάμπει τὸ τοῦ χρυσοῦ ψῆγμα· καὶ τοὺς ἀνύδρους δὲ φορητῷ ἐπικλύζοντες ὕδατι, στιλπνὸν ποιοῦσι τὸ ψῆγμα· καὶ φρέατα δ' ὀρύσσοντες, καὶ ἄλλας τέχνας ἐπινοοῦντες, πλύσει τῆς ἄμμου τὸν χρυσὸν ἐκλαμβάνουσι· καὶ πλείω τῶν χρυσορυχείων ἐστὶ νῦν τὰ χρυσοπλύσια προσαγορευόμενα.

Ἀξιοῦσι δὲ Γαλάται τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω μέταλλα· τά τε ἐν τῷ Κεμμένῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῇ κείμενα τῇ Πυρήνῃ· τὸ μέντοι πλεῖον κἀντεῦθεν εὐδοκιμεῖ· ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς καθάρσεως δεομένας· φασὶ δὲ καὶ λίθων σχιζομένων εὑρίσκειν βωλάρια θηλαῖς ὅμοια· ἐκ δὲ τοῦ χρυσοῦ ἑψομένου καὶ καθαιρομένου στυπτηριώδει τινὶ γῇ, τὸ κάθαρμα ἤλεκτρον εἶναι· πάλιν δὲ τούτου καθεψομένου, μίγμα ἔχοντος ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ, τὸν μὲν ἄργυρον ἀποκαίεσθαι, τὸν δὲ χρυσὸν ὑπομένειν· εὐδιάχυτος γὰρ ὁ τύπος καὶ [s] λιθώδης· διὰ τοῦτο καὶ τῷ ἀχύρῳ τήκεται μᾶλλον ὁ χρυσός· ὅτι ἡ φλὸξ μαλακὴ οὖσα, συμμέτρως ἔχει πρὸς τὸ εἶκον, καὶ διαχεόμενον ῥᾳδίως· ὁ δὲ ἄνθραξ ἐπαναλίσκει πολύ, ὑπερτήκων τῇ σφοδρότητι, καὶ ἐξαίρων. [t] Ἐν δὲ τοῖς Ἐρυθροῖς σύρεται καὶ πλύνεται πλησίον ἐν σκάφαις, ἢ [u] θρύπτεται φρέαρ, ἡ δὲ ἀνενεχθεῖσα γῆ πλύνεται. Τὰς δὲ τοῦ ἀργύρου καμίνους ποιοῦσιν ὑψηλάς, ὥστε τὴν ἐκ τῶν βώλων λιγνὺν μετέωρον ἐξαίρεσθαι· βαρεῖα γάρ ἐστι καὶ ὀλέθριος. τῶν δὲ χαλκουργῶν τινα καλεῖται χρυσεῖα· ἐξ ὧν τεκμαίρονται χρυσὸν ἐξ αὐτῶν ὀρύττεσθαι πρότερον.

9. Ποσειδώνιος δὲ ὁ τὸ πλῆθος τῶν μετάλλων ἐπαινῶν, καὶ τὴν

---

[s] λιθώδης.] Id est *lapidea*, quod minimè convenit; sic tamen scripti & editi omnes. Feliciter Salmasius legendum conjicit λυτώδης, *solubilis*, Exercit. Plin., p. 761. Sed contra fidem librorum aliquid immutare nobis religio est.

[t] Ἐν δὲ τοῖς Ἐρυθροῖς.] Prava certè lectio, quam tamen omnes codices admittunt. Casaubono libenter suffragamur, emendanti ἐν δὲ τοῖς ῥείθροις, (in fluviorum alveis). Sermo enim est de Hispaniâ, ubi nulla Erythræorum nomine gens unquam memorata fuit: agitur autem de auro quod è fluviatilibus arenis hauritur; ita ut vox Ἐρυθροῖς nullo modo hic quadrare possit, vox autem ῥείθροις apprimè congruat.

menta auri fulgent : quanquam & arenas nullâ aquâ madentes, illatâ aquâ humectant, itaque ramenta auri ut splendeant efficiunt : quin & puteis actis, aliisque excogitatis artibus, abluendâ arenâ aurum excipiunt : pluraque nunc sunt loca in quibus elavetur, quàm in quibus effodiatur aurum.

Asserunt quidem Galli sua metalla esse præstantiora in Cemmeno monte, & sub ipsam Pyrenen : [48] tamen & hìc major pars laudatur. Cæterùm [49] inter auri ramenta aiunt inventas aliquando selibres glebas, quas ipsi *palas* nominant, exiguâ purgatione indigentes. Ferunt etiam lapidibus fissis inveniri glebulas uberibus similes. Porrò auro cocto, & purgato aluminosâ quâdam terrâ, [50] electrum esse id quod purgando rejicitur, quod cùm habeat argenti aurique mixturam, eo cocto argentum quidem comburi, aurum autem permanere : nam forma est fusilis & lapidea. Itaque etiam paleâ faciliùs liquefit aurum : quia flamma mollis cùm sit, proportionem habet temperatam ad id quod cedit & facilè funditur, carbo autem multùm absumit, nimis colliquans suâ vehementiâ & elevans. In Erythris terra hauritur, & ponè lavitur in scaphis, aut puteo acto terra inde egesta lavatur. Argenti autem caminos faciunt sublimes, ita ut fuligo à glebis in altum efferatur : est enim gravis ea ac pestilens. Ærariarum officinarum quædam vocantur aurariæ : unde conjiciunt priùs aurum inde fuisse effossum.

Posidonius verò multitudinem metallorum laudans &

---

[u] θρύττειν.] Legendum censet Casaubonus ὀρύττειν. Deest librorum fides.

---

[48] *tamen & hìc*, &c.] Sententia ambigua est ; nec satis ex Græcis liquet an ad Gallos, an ad Iberos id referendum sit.

[49] *inter auri ramenta aiunt*, &c.] His similia de metallis Galliarum refert Strabo, lib. IV.

[50] *electrum.*] Auro & argento mixtum metallum. Ubicumque auro inerat quinta argenti portio, electrum vocabatur. Vide Plin. lib. XXXIII, cap. 4.

ἀρετὴν, οὐκ ἀπέχεται τῆς συνήθους ῥητορίας, ἀλλὰ συνενθουσιᾷ ταῖς ὑπερβολαῖς· οὐ γὰρ ἀπιστεῖν τῷ μύθῳ φησὶν, ὅτι τῶν δρυμῶν ποτε ἐμπρησθέντων ἡ γῆ [x] τὰ καινὰ ἅ τε ἀργυρῖτις καὶ χρυσῖτις, εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξέζεσε· διὰ τὸ πᾶν ὄρος, καὶ πάντα βουνὸν [y] ὕλην εἶναι νομίσματος, ὑπό τινος ἀφθόνου τύχης σεσωρευμένην· καθόλου δ᾽ ἂν εἴποι φησὶν ἰδών τις τοὺς τόπους, θησαυροὺς εἶναι φύσεως [z] ἀεννάου, ἢ ταμεῖον ἡγεμονίας ἀνεκλείπτου· οὐ γὰρ πλουσία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπόπλουτος ἦν φησιν ἡ χώρα· καὶ παρ᾽ ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον, οὐχ ὁ Ἅδης, ἀλλ᾽ ὁ Πλούτων κατοικεῖ. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων, ὡς ἂν ἐκ μετάλλου καὶ αὐτὸς πολλῷ χρώμενος τῷ λόγῳ.

Τὴν δ᾽ ἐπιμέλειαν φράζων τὴν τῶν μεταλλευόντων, παρατίθησι τὸ τοῦ Φαληρέως· ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν Ἀττικῶν ἀργυρείων οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἂν προσδοκῶντας αὐτὸν ἀνάξειν τὸν Πλούτωνα· [a] καὶ τούτων οὖν ἐμφανίζει παραπλησίαν τὴν σπουδὴν καὶ τὴν φιλεργίαν, σκολιὰς τεμνόντων καὶ βαθείας τὰς σύριγγας· [b] καὶ πρὸς, τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς, πολλάκις, ταῖς Αἰγυπτίαις ἀναντλοῦνται [c] σκολιαῖς. [d] Τὸν δὲ λόγον, οὐ τὸν αὐτὸν εἶναι τούτοις ποτὲ καὶ

---

x τὰ καινά.] Suspectæ Xylandro voces, pro quibus legendum conjicit, τακεῖσα (*liquefacta*). Ipsi assentitur Casaubonus; sed vulgatam lectionem exhibent editi unanimes & mss.; atque ea intelligi potest eo sensu: terram, incensis nemoribus, nova metalla evomuisse.

y ὕλην.] Vox ea loco suo mota fuerat in prioribus editis; quod Casaubonus emendavit ex veteribus libris. His adde ms. Regium.

z ἀεννάου.... ἀνεκλείπτου.] Casaubono placet magis ἀεννάους.... ἀνεκλείπτους.

a καὶ τούτων οὖν.] Sic emendavit Casaubonus auctoribus libris, quibus ms. Regium addere par est. In editis prioribus legebatur καὶ τούτων νῦν.

b καὶ πρὸς, τοὺς ἐν αὐταῖς, &c.] Locum pravâ interpunctione vitiatum restituit Casaubonus, adhibitâ punctorum distinctione quam sequimur. Πρὸς autem sumit adverbialiter pro προσέτι, quod non insolitum est.

c σκολιαῖς.] Sic omnes editi & scripti. Legendum tamen censet Casaubonus κοχλίαις, ex Diodoro Siculo, qui eadem ex Posidonio referens, lib. IV, ait: ἀπαρύττουσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις.

d Τὸν δὲ λόγον, &c.] Phrasim hanc restituimus juxta Casauboni lectionem, quam is ex unico exemplari annotatam reperit à Lud. Budæo, & in codice Henrici Stephani. Hanc autem ipsa sermonis series mirè tuetur; adeò

præſtantiam, non abſtinet ſolitâ ſibi ſermonis exornatione, ſed nimiis amplificationibus quaſi inſtinctu quodam poetico rapitur. Ait enim ſe fidem huic fabulæ non derogare, quod nemoribus aliquando inflammatis terra liquefacta, cùm eſſet aureæ & argenteæ materiæ, in ſuperficiem ea metalla effervеſcendo ejecerit: itaque omnis mons, & omnis collis locupletiſſimæ cujuſdam fortunæ dono ſit nomiſmatis materiâ cumulatus: omninoque (ait) videns aliquis iſta loca, dixerit theſauros eſſe perennis naturæ, aut principatûs ærarium perpetui: non enim dives modò (inquit) terra illa eſt, ſed & infra ſe opes habet conditas: & re verâ apud iſtos homines infra terram [51] non Ades, ſed Plutus habitat. Hæc ille oratione ſpecioſâ, & quaſi ex metallis repetitâ illâ prolixè retulit.

Diligentiam porrò fodientium indicans, [52] Phalerei dictum adducit, qui de Atticis metallis dixerat, tantâ adſiduitate homines ibi fodere, ac ſi ſperarent ſe ipſum Plutum eruturos: atque nunc Turditanorum ſimilem demonſtrat induſtriam laborandique ſtudium, qui profundos obliquoſque agant cuniculos. Præterea fluvios, qui ſæpe in iſtis cuniculis occurſant, [53] cochleis Ægyptiacis exhauriunt. Neque verò idem uſu venire iſtis, quod olim Atticis metallis: verùm apud hos metallica opera ſimile quip-

---

ut ipſam in contextu recipere nos non piguerit. Vulgò legebatur: τοῦ δόλον ὡς τὸ αὐτὸν εἶναι τοῦτον ποτὲ τοῖς Ἀττικοῖς.

---

51 *non Ades, ſed Plutus.*] Id eſt, non inferorum, ſed divitiarum Deus.

52 *Phalerei.*] Demetrii ſcilicet Phalerei, qui regnante Ptol. Philadelpho obiit. Vitam ejus compoſuit Laertius Diogenes, quem vide; & Voſſium de hiſt. Gr., lib. I, p. 73. Multa ſcripſerat Phalereus, quæ omnia interierunt, exceptis rhetoricis. Id ipſum Phalerei dictum, à Poſidonio adductum, retulit quoque Athenæus.

53 *cochleis Ægyptiacis.*] De his dicemus infrà, ad lib. XVII, ubi de Nilo. Locum hunc integrum reſtituimus juxta Caſauboni interpretationem, miſſâ Xylandri tranſlatione. Hæc, & quæ ſequuntur, ex Poſidonio mutuata refert quoque iiſdem ferè verbis Diod. Sic., lib. IV.

τοῖς Ἀττικοῖς· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν· ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησὶν, οὐκ ἔλαβον· ὅσα δὲ εἶχον, ἀπέβαλον· τούτοις δ' ὑπεράγαν λυσιτελῆ· τοῖς μὲν γὰρ χαλκουργοῖς τέταρτον μέρος ἐξάγουσι τῆς γῆς τὸν χαλκὸν, τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον [e] ἐξαιρόντων. Τὸν δὲ καττίτερον οὐκ ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν, ὡς τοὺς ἱστορικοὺς θρυλλεῖν, ἀλλ' ὀρύττεσθαι· γεννᾶσθαι δ' ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάροις, καὶ ἐν ταῖς Καττιτερίσι νήσοις· καὶ ἐκ τῶν Βρεττανικῶν δὲ, εἰς τὴν Μασσαλίαν κομίζεσθαι. Ἐν δὲ τοῖς Ἀρτάβροις, οἳ τῆς Λυσιτανίας ὕστατοι πρὸς ἄρκτον καὶ δύσιν εἰσὶν, [f] ἐξανθεῖν φασὶν τὴν γῆν ἀργυρείῳ καττιτέρῳ, χρυσίῳ λευκῷ· ἀργυρομιγὴς γάρ ἐστι· τὴν δὲ γῆν ταύτην φέρειν τοὺς ποταμούς· τὴν δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν [g] ἰθητηρίοις πλεκτοῖς [h] ἐπὶ κίστῃ. Οὗτος μὲν περὶ τῶν μετάλλων τοιαῦτ' εἴρηκε.

Πολύβιος δὲ τῶν περὶ Καρχηδόνα νέαν ἀργυρείων μνησθεὶς, μέγιστα μὲν εἶναί φησι· διέχειν δὲ τῆς πόλεως ὅσον [i] εἴκοσι σταδίους, περιειληφότα κύκλον τετρακοσίων σταδίων, ὅπου τέτταρας [k] μυριάδας ἀνθρώπων μένειν τῶν ἐργαζομένων, ἀναφέροντας τότε τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δισμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. Τὴν δὲ κατεργασίαν τὴν μὲν ἄλλην ἐῶ· μακρὰ γάρ ἐστι· τὴν δὲ συρτὴν βῶλον τὴν ἀργυρῖτιν φησὶ κόπτεσθαι, καὶ κοσκίνοις εἰς ὕδωρ διαττᾶσθαι· κόπτεσθαι δὲ πάλιν τὰς ὑποστάσεις, καὶ πάλιν διηθουμένας ἀποχεομένων τῶν ὑδάτων

[e] ἐξαιρόντων.] Veteres editi & mss. Regius ἐξαίρουσι, quod malè congruit.

[f] ἐξανθεῖν φασὶν τὴν γῆν ἀργυρείῳ καττιτέρῳ, &c.] Ita mss. Regius & Mediceus. Vulgò ἐξανθεῖν φασὶν ἀργυρείῳ τὴν γῆν καττιτέρῳ, &c. Vide infrà, not. 55.

[g] ἰθητηρίοις.] Mss. Regius fert αἰθητηρίοις. Legit Casaubonus ἠθιστηρίοις, ab ἠθίζω quod est colare, unde ἠθιστήριον, instrumentum per quod aggesta ista terra mittitur.

[h] ἐπὶ κίστῃ.] Editi: ἐπὶ τὴν κίστην, quod non intellexisse se fatetur Xylander; & certè corruptus locus. Mss. Regius habet ἐπὶ κιστὴν, quod ad sinceram lectionem aliquantulùm accedit. In libris antiquis, teste Casaubono, legitur, ἐπὶ κίστῃ, quod veram lectionem apertè indigitat, ἐπὶ κίστῃ. Hâc autem admissâ, jam phrasis sana est & sententia plana. Lavatur terra metallis mixta, super crates calathis impositas.

[i] εἴκοσι.] Notat Casaubonus in quibusdam mss. legi ὀκτώ. Mss. Regii lectio dubia, per compendium scripta. Legi enim potest η̄ vel κ̄ *octo* vel *viginti*. Atqui ex utriusque notæ facili

piam habere [54] ænigmatis illius : nam Athenienses quæ adepti fuerint, non percepisse ; quæ autem habuissent, amisisse : Turditanis verò illa admodùm prosunt. Nam æris opificibus eruunt æs, quod quadras est glebæ effossæ : & argenti Euboicum talentum triduo. Addit porrò, stannum, non, ut historici divulgarunt, in superficie terræ inveniri, sed effodi : nasci verò apud barbaros qui supra Lusitaniam degunt & in Cassiteridibus insulis, ex Britannicis autem Massiliam adferri. Apud Artabros verò qui Lusitaniæ, versùs occasum & septentrionem, ultima habent, efflorescere ait terram [55] stanno inargentato, auro albo : est enim permixtum argento : hanc terram fluviis deferri, & à mulieribus sarculis exhauriri, lavarique [56] in textis cratibus, quas calathis imponunt. Hæc ille de his metallis.

Polybius autem mentionem argenteorum metallorum faciens quæ sunt ad Carthaginem novam, ea ait esse maxima, ab urbe ad XX stadia dissita, circulo CCCC stadiorum contenta : ibi XL millia hominum in labore versari, atque in singulos dies populo Romano tum temporis XXV millia drachmarum ab iis tributa fuisse. Quo modo conficiatur argentum, quia longum est, omitto narrare. Glebam autem, quæ amnibus devehitur argentariam, contundi ait : & cribris in aquâ suspendi : ac rursus quæ subsidunt

---

confusione, orta est horum numerorum diversitas.

[k] *μυριάδας.*] Scripti nonnulli habent *μοίρας*, teste Casaubono. Sic quoque scribitur in mſ. Regio.

---

[54] *ænigmatis.*] Alludit ad ænigma quod Homero piscatores proposuerunt, notius ut huic exscribendo immoremur. Videsis Homeri vitam.

[55] *stanno inargentato, auro albo.*] Sic interpretamur, auspice Casaubono. Ad id aliquid confert lectio mſſ. Regii & Medicei. Vide suprà, not. [f]. Minimè accuratè transtulit Xylander : *stanno aureo albo*, omissâ voce ἀργυρείῳ.

[56] *in textis cratibus, quas calathis imponunt.*] Xylander : *in textis cratibus, dum expurgatâ terrâ stannum purum fieret.* Legebat scilicet ἐπὶ τὴν πίστιν, quod nos scribimus ἐπὶ κίςῃ : eo sensu, ait, quo nardus πιστικὴ quibusdam dicta fuit. De nostrâ hujus loci interpretatione vide suprà, not. [h].

κόπτεσθαι· τὴν δὲ πέμπτην ὑπόστασιν χωνευθεῖσαν ἀποχυθέντος τοῦ [l] μολύβδου, καθαρὸν [m] τὸ ἀργύριον ἐξάγειν. Ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὔτε δὲ ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις· ἀλλ' εἰς ἰδιωτικὰς μετέστησαν [n] ἐκτίσεις· τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω. Ἔνθεν δὲ καὶ [o] Κασταῶνι καὶ ἄλλοις τόποις ἴδιόν ἐστι μέταλλον ὀρυκτοῦ μολύβδου· παραμέμικται δέ τι καὶ τούτῳ τοῦ ἀργύρου μικρὸν, οὐχ ὥστε λυσιτελεῖν ἀποκαθαίρειν αὐτόν. Οὐ πολὺ δ' ἄπωθεν τοῦ Κασταῶνός ἐστι καὶ τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖν φασι τὸν Βαῖτιν, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν, διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ.

Πολύβιος δὲ καὶ τὸν Ἄναν καὶ τοῦτον ἐκ τῆς Κελτιβηρίας ῥεῖν φησὶ, διέχοντας ἀλλήλων ὅσον ἐννακοσίους σταδίους· αὐξηθέντες γὰρ οἱ Κελτίβηρες, ἐποίησαν καὶ τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν ὁμώνυμον ἑαυτοῖς. Ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν, Ταρτησσόν· τὰ δὲ Γάδειρα, καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους, [p] Ἐρύθειαν· διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμβάνουσι Στησίχορον περὶ τοῦ Γηρυόνου βουκόλου,

Διότι γεννηθείη σχεδὸν ἀντιπέρας κλεινᾶς Ἐρυθείας
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους
Ἐν κευθμώνων πέτραις. [q]

Δυοῖν δὲ οὐσῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῷ μεταξὺ [r] χώρῳ κατοικεῖσθαι πρότερόν φασιν, ἣν καλεῖσθαι Ταρτησσὸν, ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ· καὶ τὴν χώραν Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φασὶν, ἣν νῦν Τουρδοῦλοι νέμονται· καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ, Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φησὶ, καὶ Ἐρύθειαν

---

l μολύβδου.] Sic editi & mſ. Regius. At mſ. Mediceus μολίβδου.

m τὸ ἀργύριον.] Mſ. Mediceus τὸν ἀργύριον.

n ἐκτίσεις.] Casaubonus κτήσεις emendat, & ſic legebat vetus interpres. Mſ. verò Regius habet, ut editi, quod non probamus.

o Κασταῶνι.] Seu potiùs Κασταλῶνι, ut emendat Caſaubonus. Infrà enim, libro x, Strabo memorat argenti fodinas ad Caſtulonem. Quidam veteres editi habent Κατασταῶνι.

p Ἐρύθειαν.] Mſ. Regius, & editi veteres, Ἐρυθίαν, hic & deinceps.

q Verſus Steſichori juxta metricam

contundi,

contundi, ac percolari, aliquoties id repeti: quod quintò ſubſedit, id liquari, itaque plumbo defuſo purum argentum produci. Extant etiamnum officinæ, in quibus argentum conficitur, non autem publicæ: neque ibi, neque aliis in locis, ſed ad privatos redactæ reditus. Auraria metalla pleraque ad rempublicam pertinent. Ad Caſtaonem & aliis in locis peculiare eſt metallum plumbi foſſilis, cui admixtum eſt paululum argenti, ſed quod ab eo ſeparare non ſit operæ pretium. Non procul [57] à Caſtaone mons eſt, unde Bætis dicitur profluere, quem montem Argenteum vocant, ob argenti in eo metalla.

Polybius ſcribit & hunc & Anam è Celtiberiâ labi, diſtantes invicem ad IↃCCCC ſtadia: nam Celtiberi aucti potentiâ, à ſe etiam regionibus omnibus circumjacentibus nomen fecerunt. Videntur autem veteres Bætim appellaſſe Tarteſſum, & Gades cum inſulis vicinis Erytheiam: ideóque putant [58] Steſichorum de Geryonis armento ſic cecinisse:

Nata ex adverſo ferè inclytæ Erytheiæ
Tarteſſi amnis ad fontes immenſos argenteis radicibus;
In cavernæ ſaxis....

Cùm autem Bætis duobus oſtiis in mare exeat, aiunt olim in medio horum, urbem fuiſſe habitatam Tarteſſum, fluvio cognominem, regionemque appellatam fuiſſe Tarteſſidem, quam nunc Turduli incolunt. Quin & Eratoſthenes Calpæ adjacentem regionem Tarteſſidem vocari

---

diſtinctionem exſcribi curavimus, hucuſque promiſcuos.

[r] χώρῳ.] Scripti juxta Caſaubonum πόρῳ. At mſ. Regius χώρῳ, ut editi omnes.

---

[57] *à Caſtaone.*] Hîc & paulo ſuperiùs, Caſaubonus Caſtaonis nomine Caſtulonem urbem intelligit. Vide ad Græca, not. °.

[58] *Steſichorum.*] Natus eſt Steſichorus Olymp. 37, Homero nondum denato, juxta Dodwellum de ætate Phalaridis, p. 59. Multa condiderat carmina, quorum nihil ſupereſt, præter fragmenta. De ipſo conſulenſis Biblioth. Græcam Fabricii, & Comment. Acad. Reg. Inſcrip., t. x, p. 209 & ſeqq.

νῆσον εὐδαίμονα. Πρὸς ὃν Ἀρτεμίδωρος ἀντιλέγων, καὶ ταῦτα φησὶ ψευδῶς λέγεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ [s] καὶ τὸ ἀπὸ Γαδείρων ἐπὶ τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον διάστημα ἀπέχειν ἡμερῶν πέντε πλοῦν, οὐ πλειόνων ὄντων ἢ χιλίων καὶ ἑπτακοσίων σταδίων· καὶ τὸ τὰς ἀμπώτεις μέχρι δεῦρο περατοῦσθαι, ἀντὶ τοῦ κύκλῳ περὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην συμβαίνειν· καὶ τὸ, τὰ προσαρκτικὰ μέρη τῆς Ἰβηρίας [t] εὐπαροδώτερα εἶναι πρὸς τὴν Κελτικὴν, ἢ κατὰ τὸν ὠκεανὸν πλέουσι· καὶ ὅσα δὴ ἄλλα εἴρηκε, Πυθέᾳ πιστεύσας δι' ἀλαζονείαν.

Ὁ δὲ ποιητὴς πολύφωνός τις ὢν, καὶ πολυΐστωρ, δίδωσιν ἀφορμὰς, ὡς οὐδὲ τούτων ἀνήκοος ἦν τῶν τόπων, εἴ τις ὀρθῶς βούλοιτο συλλογίζεσθαι ἀπ' ἀμφοῖν, τῶν τε χεῖρον λεγομένων περὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἄμεινον καὶ ἀληθέστερον· χεῖρον μὲν, ὅτι πρὸς δύσιν ἐσχάτην ἤκουεν αὐτὴν, ὅπου, καθάπερ φησὶν αὐτὸς, εἰς τὸν ὠκεανὸν

.... ἐμπίπτει λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν. [u]

Ἡ δὲ νὺξ ὅτι δύσφημον, καὶ τῷ ᾅδῃ πλησιάζον, δῆλον· ὁ δὲ ᾅδης τῷ Ταρτάρῳ· εἰκάζοι ἄν τις ἀκούων τὰ περὶ Ταρτησσοῦ, τὸν Τάρταρον ἐκεῖθεν παρονομάσαι τὸν ἔσχατον τῶν ὑποχθονίων τόπων· προσθεῖναι δὲ καὶ μῦθον, τὸ ποιητικὸν σώζοντα. Καθάπερ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς ἐν βορείοις καὶ ζεφυρίοις οἰκήσαντας τόποις τοῖς κατὰ τὸν Βόσπορον, ἵδρυσεν αὐτοὺς πρὸς τῷ ᾅδῃ· τάχα καὶ κατά τι κοινὸν τῶν Ἰώνων ἔθος πρὸς τὸ φῦλον τοῦτο· καὶ γὰρ καθ' Ὅμηρον ἢ πρὸ αὐτοῦ μικρὸν, λέγουσι τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον γενέσθαι, τῶν μέχρι τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας. Τὰς δὲ Κυανέας ἐποίησε παραπλησίως τὰς Πλαγκτὰς, ἀεὶ τοὺς μύθους ἀπό τινων ἱστοριῶν ἐνάγων· χαλεπὰς γάρ τινας μυθεύει πέτρας καθάπερ τὰς Κυανέας φασίν· ἐξ οὗ καὶ Συμπληγά-

---

[s] καὶ τό.] Sic mss. Regius & Mediceus. Vulgò καὶ τόν.

[t] εὐπαροδώτερα.] Sic rectè ms. Regius, & alii juxta Casaubonum scripti; sic quoque legerat vetus interpres. Vulgò εὐπαραδεξότερα, omnino malè. Ad restitutionem nostram Xylandri interpretationem revocavimus. Sententia est: quòd facilior sit navium appulsus ad oram Hispaniæ maritimam, quæ

tradit, & Eryteiam insulam fortunatam. Quem reprehendens Artemidorus, cùm id falsò eum dixisse ait, tum Sacrum promontorium à Gadibus quinque dierum navigatione distare mentitum, cùm non intersint ampliùs CIↃ IↃ CC stadiis: tum maris æstus ibi locorum dixit finiri, qui circumquaque ad omnes terræ partes fiunt: & partes Hispaniæ ad septentrionem spectantes faciliorem accessum præbere juxta Galliam quàm secus oceanum: & quæ id genus alia arrogantiùs perhibuit Pytheam secutus.

Homerus porrò multarum rerum præditus notitiâ, multaque canens, occasiones suggerit cogitandi, se ne horum quidem inscium fuisse locorum: modò quis ex utrisque, tam verè quam minùs rectè dictis, ratiocinari convenienter velit. Minùs rectè, quòd Tartessum audivit esse ad extremum occasum, ubi, ut ipse loquitur,

Incidit oceano lampas clarissima solis,
Frugiferæ noctem tellurique ingerit atram.

Constat autem noctem esse mali ominis, & Plutoni propinquam, Plutonem Tartaro. Audiens ergo aliquis de Tartesso, existimare possit Tartarum inde ab Homero nominatum extremum eorum quæ infra terram sunt, locum: & fabulam, more poëtico servato, ab eo fuisse additam. 59 Quemadmodum etiam Cimmerios cùm sciret ad Bosporum habitare loca versùs septentrionem & occasum sita, apud inferos collocavit: quanquam fortè secutus est in eo communem Ionum de iis loquendi consuetudinem: nam aut ætate Homeri, aut paulo antè, Cimmerii usque ad Ioniam & Æolidem impressione factâ progressi sunt.

Galliæ contigua est ad septentrionem, quàm ad eam quæ occidentali oceano alluitur; ad Cantabros, verbi gratiâ, quàm ad Artabros.

u Iliad. θ, vers. 485.

59 *Quemadmodum etiam Cimmerios, &c.*] Jam fusè de his disseruit Strabo, vir Homericæ doctrinæ defensor studiosissimus. Vide lib. 1, p. 23 & seqq.

δες καλοῦνται· διόπερ καὶ τὸν Ἰάσονα παρέθηκε δι' αὐτῶν πλοῦν· καὶ ὁ κατὰ τὰς Στήλας δὲ πορθμὸς, καὶ τὸ κατὰ Σικελίαν, ὑπηγόρευον αὐτῷ τὸν περὶ τῶν Πλαγκτῶν μῦθον. Πρὸς μὲν δὴ τὸ χεῖρον, ἀπὸ τῆς τοῦ Ταρτάρου μυθοποιΐας αἰνίττοιτό τις ἂν τὴν τῶν τόπων μνήμην τῶν περὶ Ταρτησσόν.

Πρὸς δὲ τὸ βέλτιον, ἐκ τούτων. Ἥ τε γὰρ Ἡρακλέους στρατεία μέχρι δεῦρο προελθοῦσα καὶ τῶν Φοινίκων, ὑπέγραφεν αὐτοῖς πλοῦτόν τινα, καὶ ῥαθυμίαν τῶν ἀνθρώπων· οὗτοι γὰρ Φοίνιξιν οὕτως ἐγένοντο ὑποχείριοι, ὥστε τὰς πλείους τῶν ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ πόλεων, καὶ τῶν πλησίον τόπων ὑπ' ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι. Καὶ ἡ τοῦ Ὀδυσσέως δὲ στρατεία δοκεῖ μοι δεῦρο γενηθεῖσα, καὶ ἱστορηθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ, παραδοῦναι πρόφασιν· ὥστε καὶ τὴν Ὀδύσσειαν, καθάπερ καὶ τὴν Ἰλιάδα, ἀπὸ τῶν συμβάντων μεταγαγεῖν εἰς ποίησιν, καὶ τὴν συνήθη τοῖς ποιηταῖς μυθοποιΐαν. Οὐ γὰρ μόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τόποι, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων σημεῖα ὑπογράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ [x] Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη [y] τῆς τε ἐκείνου πλάνης, καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομένων, καὶ ἐπίσης κακωσάντων τούς τε πολεμηθέντας, καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν. Καὶ γὰρ οὗτοι Καδμείαν νίκην ἐτύγχανον ἠρμένοι· τῶν τε οἴκων αὐτοῖς κατεφθαρμένων, καὶ τῶν λαφύρων εἰς ἕκαστον ὀλίγων ἐληλυθότων, συνέβη τοῖς περιλειφθεῖσιν [z] ἀπιοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων, κατὰ λῃστείας τρέπεσθαι, καὶ τοῖς Ἕλλησι· τοῖς μὲν διὰ τὸ ἐκπεπορθῆσθαι, τοῖς δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην, ἑκάστου ὑπολαβόντος,

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν (ἄνευ τῶν οἰκείων), κενεόν τε νέεσθαι (Παρ' αὐτούς). [a]

---

[x] Ὀδύσσεια.] Stephano Byzantino Ὀδυσσεῖς.

[y] τῆς τε ἐκείνου πλάνης.] Sic mſ. Regius. Deeſt τε in editis.

[z] ἀπιοῦσιν.] Scripti, juxta Caſaubonum, ἀπελθοῦσι, unde in mſ. Regium mendoſam lectionem ἀπειθοῦσι fluxiſſe credimus.

[a] Agnoſcas hic Homeri verſum, cui voces aliquot, inſtar gloſſematis, inſeruit Strabo. Sic enim apud Homerum, Iliad. 6, verſ. 298:

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Nos autem, quod omiſit Xylander, nec omiſſum Caſaubonus animadvertit, inſititia verba interpoſitionis notâ diſtinximus.

Ita ad exemplum Cyaneorum ſcopulorum ipſe Planctas petras ſinxit, ſemper ab hiſtoriâ aliquâ fabulam introducens. Fingit enim quædam periculoſa ſaxa, qualia erant Cyanea, quæ ideò Symplegades dicuntur : itaque etiam Iaſonem per ea navigaſſe addit : cæterùm ad Columnas & Siculum freta ei hanc fabulam etiam ſuggerebant. Ergo ex minùs commodè dictis, nempe Tartari figmento, exiſtimarit aliquis Tarteſſum Homero notam fuiſſe.

De [60] his autem quæ rectiùs dixit, hæc ſunt. Etenim & Herculis & Phœnicum expeditio [61] huc progreſſa, ſignificavit Homero opes & ſocordiam hominum : ita enim in poteſtatem Phœnicum venerunt, ut pleræque Turditaniæ urbes & viciniæ ab iis nunc habitentur. Ulyſſis ergo expeditio hucuſque progreſſa & cognita, Homero anſam videtur præbuiſſe, ut ſicut Iliadem, ita Ulyſſeam quoque ex hiſtoriâ in fabuloſam poetarum more narrationem torqueret. Non enim Italiæ modò & Siciliæ loca & alia quædam, hujus rei indicia ſuggerunt : ſed in Hiſpaniâ quoque [62] urbs Ulyſſea oſtenditur, & Minervæ templum, & alia ſexcenta errorum Ulyſſis veſtigia, & aliorum qui è bello Trojano cùm evaſiſſent, non minùs Trojæ victores quàm victos infeſtarunt. Nam [63] Cadmea fuit Græcorum victoria, rebus eorum domeſticis perditis, & ſingulis prædæ exiguâ parte potitis : itaque uſu venit ut & qui patriæ excidio ſupereſſent, ii ſe latrociniis darent : & Græci idem facerent : vel quòd eorum res familiaris eſſet everſa, vel quòd apud ſe quivis cogitaret,

Turpe tibi diu abeſſe domo, vacuumque redire eſt.

---

[60] *De his autem quæ rectiùs dixit,* &c.] Hucuſque ex iis quæ Homerus minùs rectè dixerat, argumentatus eſt Strabo ; nunc verò ad ea devenit quæ rectè poeta dixit : id verò non aſſecuti videntur interpretes.

[61] *huc progreſſa.*] Id eſt Tarteſſum uſque.

[62] *urbs Ulyſſea.*] Hanc Olyſſipponem (*Liſbonne*) eſſe, caput Luſitaniæ, cenſet Luſitanus Thomas de Pinedo, & pluribus probat Merula, Coſmogr. part. II, lib. II, cap. 26.

[63] *Cadmea... victoria.*] Notum adagium, de quo videſis Herodot., lib. I, cap. 43 ; & Suidam, voce Καδμεία νίκη.

Πάλιν ἥτε τοῦ Αἰνείου παραδέδοται πλάνη, καὶ Ἀντήνορος, καὶ ἡ τῶν Ἐνετῶν· ὡσαύτως καὶ ἡ Διομήδους τέ, καὶ Μενελάου, καὶ Ὀδυσσέως, καὶ ἄλλων πλειόνων. Ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιὰς ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστορηκώς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς (οἱ γὰρ Φοίνικες ἐδήλουν τοῦτο) ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον, καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον, οὗ φησιν ὁ Πρωτεὺς ἀποικίσειν τὸν Μενέλαον·

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
Οὐ νιφετός, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὐδέ ποτ' ὄμβρος·
Ἀλλ' ἀεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. [b]

Τότε γὰρ εὐάερον καὶ τὸ εὔπνουν τοῦ ζεφύρου ταύτης ἐστὶ τῆς χώρας οἰκεῖον, ἑσπερίου τε καὶ ἀλεεινῆς οὔσης· τό, τε ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς, [c] ἐφ' οἷς καὶ ᾅδην μεμυθεῦσθαι φαμέν, ὅ, τε Ῥαδάμανθυς παρατεθείς, ὑπογράφει τὸν πλησίον τῷ Μίνῳ τόπον, περὶ οὗ φησιν·

Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσι. [d]

Καὶ οἱ μὲν ταῦτα δὲ ποιηταὶ παραπλήσια θρυλλοῦσι, τήν τε ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας στρατιάν, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων τὰ χρύσεια ὡσαύτως στρατιάν· καὶ μακάρων τινὰς νήσους κατονομάζοντες, [c] ἃς καὶ νῦν δεικνυμένας ἴσμεν, οὐ πολὺ ἄπωθεν τῶν ἄκρων τῆς Μαυρουσίας, τῶν ἀντικειμένων τοῖς Γαδείροις. Τοὺς δὲ Φοίνικας λέγω μηνυτάς· καὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Λιβύης τὴν ἀρίστην οὗτοι κατέσχον πρὸ τῆς ἡλικίας τῆς Ὁμήρου· καὶ διετέλεσαν κύριοι

---

[b] Odyſſ. δ, verſ. 563 & ſeqq.

[c] ἐφ' οἷς.] Legitima lectio, quam Caſaubonus ſolis conjecturis divinaverat, & quam aſſerit codex Regius. Vulgò ἐφ' ἧς.

[d] Odyſſ. λ, verſ. 567 & ſeq.

Ergo cùm Æneæ peregrinatio memoriæ mandata eſt, & Antenoris atque Henetorum : tum Diomedis, Menelai, Ulyſſis, aliorumque complurium. Proinde Homerus cùm ſciret hujuſmodi expeditiones ultima Hiſpaniæ attigiſſe, & eorum locorum opulentiam atque alia bona Phœnicibus indicantibus cognoviſſet : ibi piorum ſedes, & campum Elyſium finxit, ubi Proteus Menelaum inculturum ait :

Sed te, quà terræ poſtremus terminus extat,
Elyſium in campum cæleſtia numina ducent,
Quem Rhadamanthus habet; quà vita facillima multo
Ducitur: haud operit campos nive Juppiter iſtos,
Hyberno tempus neque multum prorogat anno.
Nulli imbres: ſpirat ſemper grata aura Favonj,
Miſſaque ab oceano nimios demitigat æſtus.

Etenim propria eſt hujus regionis bona aëris conſtitutio, ac favonii bonus flatus, cùm ſit occidua illa terra & tepida : quòd autem ſita ſit ad fines terræ, ubi & inferos fingi diximus, & appoſitus eſt Rhadamanthus, id locum deſignat Minoi vicinum, de quo ait:

Hîc ego conſpexi prolem Minoa Tonantis,
Aureo qui ſceptro dat jura ſilentibus umbris.

Similia his recentiores poëtæ fabulantur, expeditionem ob boves Geryonis, & aliam ob Heſperidum mala aurea : & inſulæ beatorum commemorantur, quæ etiamnum apparent, novimuſque eas non multum diſtantes ab extremis Mauritaniæ, Gadibus oppoſitis. Phœnices porrò harum ego rerum fuiſſe indices dico, qui ante Homeri ætatem optima Africæ & Hiſpaniæ tenuerunt, &

---

[e] ἃς καὶ νῦν δεικνυμένας ἴσμεν, &c.] Mſ. Regius & editi veteres: ἃς καὶ νῦν δείκνυμεν, ἃς ἴσμεν, &c.

τῶν τόπων ὄντες μέχρις οὗ Ῥωμαῖοι κατέλυσαν αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν.

Τοῦ δ' Ἰβηρικοῦ πλούτου καὶ ταῦτα μαρτύρια. Καρχηδόνιοι μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες κατέλαβον, ὥς φασιν οἱ συγγραφεῖς, φάτναις ἀργυραῖς, καὶ πίθοις χρωμένους τοὺς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ. Ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας, καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα τοὺς ἡγεμόνας· καὶ διὰ τοῦτο Ἀνακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν·

Ἐγὼ τ' ἂν οὔτ' Ἀμαλθίης βουλοίμην κέρας, οὔτ' [f] ἔτεα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι.

Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον· ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις, [g] ἢ ἴσον τούτῳ τοῦ Ἀνακρέοντος, ἢ κοινότερον, οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι. Ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσι.

Τῇ δὲ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ καὶ τὸ ἥμερον καὶ τὸ πολιτικὸν συνηκολούθησε τοῖς Τουρδιτανοῖς, καὶ τοῖς Κελτικοῖς δὲ, διὰ τὴν γειτνίασιν, ὡς εἴρηκε Πολύβιος, διὰ τὴν συγγένειαν· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἧττον· τὰ πολλὰ γὰρ κωμηδὸν ζῶσιν. Οἱ μέντοι Τουρδιτανοὶ, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. Λατῖνοί τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι, καὶ ἐποί-

---

f Οὔτ' ἔτεα πεντήκοντα καὶ ἑκατόν.] MS. Mediceus οὔτε τὰ πεντήκοντα τ' ἔτη καὶ ἑκατόν: Casaubonus οὔτ' ἔτη πεντήκοντά τε καὶ ἑκατόν. Scribimus ut apud ipsum Anacreontem, ex edit. Plantin. 1567, in-16, pp. 97 & 98. Attamen vide edit. Jos. Barnes, qui hos versus ad metrum suum redegit, p. 238.

g ἢ ἴσον τούτῳ τοῦ Ἀνακρέοντος.] Legisse videtur vetus interpres ἢ ἴσον τούτῳ τὸ τοῦ Ἀνακρέοντος, ut observavit Abr. Gronovius; & sic emendandum conjecit Pauwius in notis ad Anacreontis fragmenta, p. 257.

---

64 *Barca duce.*] Amilcar, cognomine Barcas, pater magni Annibalis fuit, atque in Hispaniam trajecit circa annum 228 ante Christum natum.

domini

domini eorum fuere locorum, donec eorum à Romanis est abolitum imperium.

Hispanicarum porrò divitiarum id quoque testimonium scriptores perhibuerunt, Carthaginenses, qui [64] Barca duce expeditionem fecerunt, Turditanos argenteis [65] mensis & doliis usos deprehendisse. Judicare etiam aliquis possit ob multam felicitatem hos homines etiam longævos fuisse nominatos, maximè eorum principes, indéque esse, quod dixit Anacreon :

Non cornu Amaltheæ mî,
Non posco quinquaginta
Centumque regnare annos
Tartessis beatis:

& quòd Herodotus etiam regis eorum nomen expressit [66] Arganthonium : [67] nam aut hoc intelligi potest quasi de eodem sit, de quo ab Anacreonte dictum : aut communiùs ita : *nolim longo tempore rex Tartessi esse.* Sunt autem, qui Tartessum esse dicant, quæ nunc est [68] Carteia.

Cæterùm Turditanis ad felicitatem regionis, vitæ etiam civilitas & mansuetudo accedit : quod & Celticis ob vicinitatem & cognationem contingere Polybius scribit : minùs tamen his, cum ferè vicatim habitent. Turditani autem, maximè qui ad Bætim sunt, planè Romanos mores assumserunt, ne sermonis quidem vernaculi memo-

---

[65] *mensis.*] Græcè φάτναις. De *præsepibus* intelligebat Xylander, Casaubonus de *laquearibus*, nos potiùs de *mensis*. Hesychius : φάτνη· ἡ τράπεζα. Strabonis epitome pro φάτναις habet φιάλαις, quod meritò damnant Xylander & Casaubonus. Cujus enim magnificentiæ fuisset argenteis uti phialis ?

[66] *Arganthonium.*] Vide Herodot. lib. 1, cap. 163; Lucianum de Macrobiis, p. 513.

[67] *nam aut hoc intelligi potest quasi*, &c.] Malè, ut videtur, locum hunc transtulit Xylander, cujus verba sunt : *nam aut hoc modo est intelligendum, aut alium regem ab Anacreonte dictum, qui totidem annos regnavit*, &c.

[68] *Carteia.*] Nunc rudera sunt ubi Carteia fuit, in loco qui Hispanis *Rocadillo* dicitur. Ibi plurima Carteiæ numismata effossa fuerunt, & adhuc multa cernuntur magnæ urbis vestigia.

κους εἰλήφασι Ῥωμαίους· ὥστε μικρὸν ἀπέχουσι τοῦ πάντες εἶναι Ῥωμαῖοι· αἵ τε νῦν συνῳκισμέναι πόλεις, ἥ τε ἐν τοῖς Κελτικοῖς [h] Παξαυγοῦστα, καὶ ἡ ἐν τοῖς Τουρδούλοις Αὐγοῦστα Ἠμερίτα, καὶ ἡ περὶ τοὺς Κελτίβηρας Καισαραυγοῦστα, καὶ ἄλλαι ἔνιαι κατοικίαι, τὴν μεταβολὴν τῶν λεχθεισῶν πολιτειῶν ἐμφανίζουσι· καὶ δὴ τῶν Ἰβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας, στολάτοι λέγονται, [i] ἢ τογάτοι· ἐν δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ Κελτίβηρες οἱ πάντων νομισθέντες ποτὲ θηριωδέστατοι. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

---


h Παξαυγοῦστα.] Sic ex mſſ. legendum eſſe pronuntiaverant Caſaubonus & Palmerius. Sic ex mſ. Regio ſcribimus. Editi Πεζαυγοῦστα. Vide not. 70.

i ἢ τογάτοι.] Verba hæc nihil aliud videntur eſſe quàm ſcholion quoddam, quod è margine in contextu temerè receptum eſt: abſunt enim à nonnullis veteribus codicibus, teſte Caſaubono; neque illa agnoſcit mſ. Regius.

---

69 *plerique facti ſunt Latini.*] Juxta Plinium, triginta Bæticæ oppida Latio donata ſunt.

70 *Pax Auguſta.*] Scribit Xylander *Pezauguſta*, pravæ inſiſtens lectioni, quam in Græcis emendavimus. Vide ſuprà, not. h. Eadem hæc eſt Cellario, quæ Ptolemæo, lib. II, cap. I, & Itin. Anton., p. 427, *Pax Julia*; Plinio, lib. II, cap. 22, *Colonia*




res, ac [69] plerique facti sunt Latini, & colonos acceperunt Romanos: parúmque abest quin omnino Romani sint facti: & quæ nunc conditæ sunt urbes, [70] Pax Augusta in Celticâ, [71] Augusta Emerita in Turdulis, & [72] Cæsaraugusta apud Celtiberos, aliæque nonnullæ coloniæ, demonstrant mutationem dictarum reipublicæ formarum: & qui hanc formam sequuntur Hispani, stolati seu togati appellantur, in quibus sunt Celtiberi, quondam omnium maximè feri inhumaníque habiti. Verùm hæc de his hactenus.

Pacensis, hodiè *Badajoz*. Cellarium vide, t. I, p. 49 & 50. *Pacem Juliam* à *Pace Augustâ* diversam contendit Resendius, cui accedit doctissimus Wesselingius in Antonini Itinerarium, ubi suprà.

[71] *Augusta Emerita.*] Nobilissima colonia, sic dicta ab emeritis militibus ab Augusto in eam deductis. Dio. Cass., lib. III, p. 514. Eam nummi & lapides collaudant. Antiqui nominis servat vestigia hodiernum nomen, *Merida.*

[72] *Cæsaraugusta.*] Hæc quoque veteris nominis vestigia retinet: hodiè Hispanis *Zaragoça.* Ejus nummi frequentes sunt. Vaillantium videsis de nummis Imperat. in Col. cusis, p. 20, & sæpiùs passim. Plinius, l. IV, cap. 3, ait: *Cæsaraugusta, colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum anteà vocabatur Salduba.*



ΚΕΦ. Γ.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ πάλιν ἀκρωτηρίου τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσιν ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς παραλίας, τὸ πρὸς τὸν Τάγον, κόλπος ἐστίν· ἔπειτα ἄκρα τὸ Βαρβάριον, καὶ αἱ τοῦ Τάγου ἐκβολαὶ πλησίον· ἐφ᾽ ἃς εὐθύπλοιαι στάδιοι δ᾽ εἰσὶ δέκα· ἐνταῦθα καὶ ἀναχύσεις· ὧν μία ἐπὶ πλείους ἢ τετρακοσίους σταδίους ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου, [k] καθ᾽ ἣν ὑδρεύονται Εἴπον Λάκεια. Ὁ δὲ Τάγος καὶ τὸ πλάτος ἔχει τοῦ στόματος, εἴκοσί που σταδίων, καὶ τὸ βάθος μέγα, ὥστε μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι. Δύο δ᾽ ἀναχύσεις ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις ποιεῖται πεδίοις, ὅταν αἱ πλήμμαι γίνωνται· ὥστε πελαγίζειν μὲν ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους, καὶ ποιεῖν πλωτὸν τὸ πεδίον· ἐν δὲ τῇ ἐπάνω ἀναχύσει καὶ [l] νῆσον ἀπολαμβάνειν ὅσον τριάκοντα σταδίων τὸ μῆκος· πλάτος δὲ μικρὸν ἀπολεῖπον τοῦ μήκους, [m] εὐαλσεῖς καὶ διάμπε-

[k] καθ᾽ ἣν ὑδρεύονται Εἴπον Λάκεια.] Locus interpretibus desperatus. Sic tamen legitur in omnibus seu prælo editis, seu calamo exaratis codicibus. Urbium nomina frustra hîc quæsivisse videntur geographi. Quidni autem, juxta propriam vocum vim interpretamur? Εἴπον vox maximè Græca; λακεία vox proxima Græcæ voci λακκαῖα, quæ mirè congruit. Præmittatur vocula ἃ, quæ facillimè excidere potuit, & omnino legatur, καθ᾽ ἣν ὑδρεύονται ἃ εἴπον λακκαῖα. Sensus erit: *ad quam hauriunt aquam ea quæ dicuntur lacunosa.* Imò nec additâ vocè ἃ, sed verbo εἴπον intra parenthesin comprehenso. Tunc certè plana fiunt omnia. Alii, tamen, quibus nos fatemur debere multùm, viri Græcè peritissimi, emendare malunt καθ᾽ ἣν ὑδρεύονται, καὶ ταύτην εἴπον λακκαῖα· *ad quam aquam hauriunt, & ipsam appellant lacunosa loca.* Alii denique in nostram lectionem inclinantes magis, sed vocem λακκαῖα cum plurali numero ὑδρεύονται nimis insolitam judicantes, pro λακκαῖα scribunt λάκκοι, (*lacus, fossæ*). Verùm librorum fide destituti, meras hasce conjecturas judicio lectorum permittimus: videant insuper quæ hic Casaubonus.

[l] νῆσον.] Legere jubet Casaubonus, νησίον: imò & sic legi postulat phrasis ipsa.

[m] εὐαλσεῖς.] Sic editi. Mſ. Regius

CAPUT III.

De Lusitaniâ, & eo tractu qui Sacro promontorio ac Nerio includitur; & de iis gentibus quæ latus aquilonium habent.

JAM à Sacro rursum promontorio in alteram oræ maritimæ versùs Tagum progredientibus, sinus est: deinde [73] promontorium Barbarium: & propè, Tagi ostia, ad quæ rectà navigatur, x stadiorum intervallo. Ibi sunt & effusiones, quarum una [74] à dictâ turri ad cccc prodit stadia, unde etiam aquantur [75] Eipon Laceia. Tagi autem ostia latitudine sunt xx circiter stadiorum, profunda admodum, ita ut etiam navibus myriagogis subvehi liceat. Cùm autem mare effluit, duas Tagus effusiones facit in campos supra ostia positos, ita ut stagnet, maris instar, campus ad cl stadia & navigabilis sit. In superiore effusione, insula quoque includitur, longitudine xxx stadiorum, feréque tantâ etiam latitudine, lucis apta

---

ὠάλτὶς, & ita alii quidam, teste Casaubono. Sunt & qui habent ὠάλθίς. Lectionem editorum servamus, quæ Casaubono magis placet, & pulchrè huic loco convenit.

---

[73] *promontorium Barbarium.*] Id hodiè vocamus, *le cap d'Espichel.*

[74] *à dictâ turri.*] Nullam hucusque aliam turrim memoravit Strabo, præter turrim Cæpionis, quæ Bæti fluvio assidet, ac proinde prorsus aliena est ab eâ de quâ hoc loco, Tagi ostiis proximâ. Ergo non sine causâ conjecerunt interpretes, aliquid in superioribus deesse. Fortè paulo antè, ubi agitur de promontorio Barbario, post verba ἔπειτα ἄκρα τὸ Βαρβάριον, hæc exciderunt, ἐνταῦθα δὲ ὁ πύργος ἵδρυται: (*ubi & turris stat,*) vel aliquid simile. Sed ad id nihil libri conferunt.

[75] *Eipon Laceia.*] Quid hoc sit, prorsus ignorare se profitentur interpretes. Conjecturas nostras videsis suprà, not. k.

λον. [n] Κεῖται δ' ἡ νῆσος κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν κειμένην ἐν ὅσῳ τοῦ ποταμοῦ πλησίον ἀφεστῶσαν τῆς θαλάσσης, ὅσον πεντακοσίους σταδίους· ἔχουσαν δὲ καὶ χώραν ἀγαθὴν τὴν πέριξ, καὶ τοὺς ἀνάπλους εὐπετεῖς, μέχρι μὲν πολλοῦ, καὶ μεγάλοις σκάφεσι· τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς ποταμίοις λέμβοις· καὶ ὑπὲρ τὴν Μόρωνα δ' ἔτι μακρότερος ἀνάπλους ἐστί· ταύτῃ δὲ τῇ πόλει Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς, ὁρμητηρίῳ χρώμενος, ἐπολέμησε πρὸς τοὺς Λυσιτανοὺς, καὶ κατέστρεψε τούτους. [o] Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλίθροις ἐπεχείρησε τὴν ὄλοσιν, ὡς ἂν ἔχοι τοὺς ἀνάπλους ἐλευθέρους, καὶ τὰς ἀνακομιδὰς τῶν ἐπιτηδείων· ὥστε καὶ τῶν περὶ τὸν Τάγον πόλεων αὗται κράτισται. Πολύϊχθυς δ' ὁ ποταμὸς, καὶ [p] ὀστρέων πλήρης· ῥεῖ δ' ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐκ Κελτιβήρων, διὰ Οὐεττώνων καὶ Καρπητανῶν, καὶ Λυσιτανῶν, ἐπὶ δύσιν ἰσημερινὴν, μέχρι ποσοῦ παράλληλος ὢν τῷ τε Ἄνᾳ καὶ τῷ Βαίτι· μετὰ δὲ ταῦτα ἀφιστάμενος, ἐκείνων ἀποκλινόντων πρὸς τὴν νότιον παραλίαν.

Οἱ δ' ὑπερκείμενοι τῶν λεχθέντων ὀρῶν, Ὠρητανοὶ μὲν εἰσι νοτιώτατοι, καὶ μέχρι τῆς παραλίας διήκοντες ἐκ μέρους τῆς [q] ἐντὸς Στηλῶν. Καρπητανοί τε μετὰ τούτους πρὸς ἄρκτους, εἶτα [r] Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, δι' ὧν [s] ὁ Δούριος ῥεῖ, κατ' [t] Ἀκου-

---

[n] Κεῖται δ' ἡ νῆσος κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν κειμένην, &c.] Corrupta ſanè verba, quæ ſic reſtituere aggreditur Caſaubonus, κεῖται δ' ἡ νῆσος κατὰ Μόρωνα πόλιν, κειμένην, &c. Huic reſtitutioni obſtat editorum pro lectione vulgatâ cum manuſcriptis conſenſus. Hoc unicum diſcrimen habet mſ. Regius, quòd ferat κεῖται ἡ νῆσον, pro κεῖται δ' ἡ νῆσος. Hinc nobis in mentem venit fortè legendum eſſe καὶ τὴν δὲ νῆσον. Facilis enim lapſus librarii ſcribentis κεῖται δ' ἡ, pro καὶ τὴν δὲ: ita ut noſtra hæc reſtitutio minori diſpendio quàm Caſauboniana, fieri videatur; ac manuſcripti Regii lectioni propior ſit: quin & veteris interpretis tranſlationi eſt omnino conſentanea. Variarum lectionum ſententiam exponemus infrà, not. 76.

[o] Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλίθροις ἐπεχείρησε τὴν ὄλοσιν.] Sic editi & mſ. Regius. Locus depravatus admodùm, torſit interpretes. Emendat, audacter conjectando, Caſaubonus τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς ἐτείχισε τινὰς πόλεις, quod quidem ſenſum optimum præfert; ſcilicet, *in fluminis ripis aliquot urbes munivit*, &c.

[p] ὀστρέων.] Mſ. juxta Caſaubonum, ὀστρακίων: & ſic habet Regius codex.

[q] ἐντός.] Vulgo ἐκτὸς: at Caſaubonus ἐντὸς emendare jubet, tum ex ipsâ locorum poſitione, tum ex mſſ., quibus codicem Regium liceat accenſere.

[r] Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι.] Mſ. Regius

& vitifera. [76] Sita eſt inſula ratione . . . . diſtare ſitam in monte prope fluvium à mari diſſitam ferè 10 ſtadia, habentem etiam circùm ſe ſolum bonum, & ſurſum navigationes faciles, aliquantiſper etiam magnis ſcaphis, deinde fluvialibus lembis: & ſuper [77] Moronem adhuc longior eſt ſurſum navigatio. Hâc urbe [78] Brutus, qui cognomentum Callaïci tulit, tanquam arce belli uſus, bellum contra Luſitanos geſſit, eoſque devicit; fluminiſque oſtia ita munivit, ut navigationes in mediterranea, & commeatûs ſubvectiones liberas haberet. Itaque hæ urbium ad Tagum ſitarum ſunt optimæ. Fluvius piſcium & oſtreorum copiâ abundat. Oritur ex Celtiberis, ac per Vettones, Carpetanos, & Luſitanos, occaſum æquinoctialem versùs, meat: & cùm aliquandiu Anæ & Bætis reſpectu æqualibus intervallis decurrit, avertitur, illis ad oram meridionalem declinantibus.

Qui ſupra dictos montes ſiti ſunt, eorum maximè ad meridiem vergunt Oretani, parte aliquâ pertingentes uſque ad litus maris quod eſt [79] intra Columnas. Ab his

---

Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι: & ſic deinceps. Mſ. Mediceus ſcribit quoque Οὐακκαῖοι: ſic Ptolemæus, & Strabo in ipſis editis infrà. Stephanus Byzantinus eos appellat Βοκκαῖον ἔθνος.

[s] ὁ Δύριος.] Sic mſ. Regius. Editi, Δυρίας; at ipſi infrà Δύριος, rectè.

[t] Ἀκοντίαν.] Sic ſcripti & editi. Vetus interpres habet *Contiam*; Stephanus Byzantinus ſcribit Ἀκόντιαν. Hujus urbis apud reliquos ſcriptores altum ſilentium eſt.

---

[76] *Sita eſt inſula*, &c.] Xylander locum mutilum cenſuit; cùm verba inter ſe non cohærerent, juxta lectionem quam ſecutus eſt. Nullum tamen in mſſ. lacunæ veſtigium eſt aut indicium. Caſaubonianam primò conjecturam exhibuimus ſuprà, not. [n]; tum Regii codicis lectionem tum noſtram ex hâc lectione reſtitutionem, veteris interpretis ſuffragio fultam. Juxta Caſaubonum autem interpretandum foret: *jacet inſula juxta Moronem urbem ſitam in monte propè fluvium à mare diſſitum*, &c., quæ à vulgatâ lectione quantùm abſunt! Juxta lectionem noſtram ſic locus eſt intelligendus: *& verò inſula, ut par eſt, in monte ſita propè fluvium, à mare diſtat.* Plana ſententia, quam breviùs quidem, ſed eodem omnino ſenſu, expreſſit vetus interpres: *ea* (inſula) *in monte, flumini proxima jacet, diſtans à mari*, &c. De his autem, penès lectorem eſto judicium.

[77] *Moronem.*] A ſolo Strabone, quod ſciamus, urbs ea memoratur.

[78] *Brutus, qui cognomentum Callaïci tulit.*] Circa annum ante Chriſtum 138. Vide Oroſium & Eutropium.

[79] *intra.*] Xylander interpretatur *extra*, ad id compulſus depravatâ lectione quam ſanamus. Vide ſuprà, not. q.

τίαν πόλιν τῶν Οὐακκαίων ἔχων διάβασιν. Καλλαϊκοὶ δ' ὕστατοι τῆς ὀρεινῆς ἐπέχοντες πολλήν· διὸ καὶ δυσμαχώτατοι ὄντες, τῷ τε καταπολεμήσαντι τοὺς Λυσιτανοὺς, αὐτοὶ παρέσχον τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ νῦν ἤδη τοὺς πλείστους τῶν Λυσιτανῶν, Καλλαϊκοὺς καλεῖσθαι παρεσκεύασαν. Τῆς μὲν οὖν Ὠρητανίας, κρατιστεύουσα ἐστὶ πόλις [u] Καίτυλον, καὶ Ὠρία.

Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον, ἡ Λυσιτανία, ἐστὶ μέγιστον τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, καὶ πλείστοις χρόνοις ὑπὸ Ῥωμαίων πολεμηθέν· περιέχει δὲ τῆς χώρας ταύτης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ὁ Τάγος, τὸ δ' ἑσπέριον καὶ τὸ ἀρκτικὸν, ὁ ὠκεανὸς, τὸ δ' ἑωθινὸν, οἵ τε Καρπητανοὶ καὶ οἱ Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Καλλαϊκοὶ τὰ γνώριμα ἔθνη. τἄλλα δὲ οὐκ ἄξιον ὀνομάζειν, διὰ τὴν μικρότητα καὶ τὴν ἀδοξίαν· [x] ὑπεναντίως δὲ τοῖς νῦν, ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσιν. Ὅμοροι δ' εἰσὶν ἐκ τοῦ πρὸς ἕω μέρους, οἱ μὲν Καλλαϊκοὶ τῷ τῶν Ἀστυρίων ἔθνει καὶ τοῖς Ἴβηρσιν, οἱ δ' ἄλλοι τοῖς Κελτίβηρσι. Τὸ μὲν οὖν μῆκος μυρίων καὶ τρισχιλίων σταδίων· τὸ δὲ πλάτος πολὺ ἔλαττον, ὃ ποιεῖ τὸ ἑωθινὸν πλευρὸν, εἰς τὴν ἀντικειμένην παραλίαν· ὑψηλὸν δ' ἐστὶ τὸ ἑωθινὸν καὶ τραχύ· ἡ δὲ ὑποκειμένη χώρα, πεδιὰς πᾶσα, καὶ μέχρι θαλάττης, πλὴν ὀλίγων ὀρῶν οὐ μεγάλων. Ἤδη καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων· παλιῤῥοεῖν γὰρ φάναι τὴν θάλατταν, διὰ τὸ τὰς ἄκρας ὑψηλάς τε καὶ τραχείας εἶναι, δεχομένας τε τὸ κῦμα σκληρῶς, καὶ ἀνταποδιδούσας τῇ Ἰβηρίᾳ· τἀναντία γὰρ θινώδεις εἶναι καὶ ταπεινὰς τὰς πλείστας, ὀρθῶς λέγων.

Ἡ δ' οὖν χώρα περὶ ἧς λέγομεν, εὐδαίμων τέ ἐστι, καὶ

---

[u] Καίτυλον.] Legendum censet Casaubonus Καστάλων, ex Artemidoro apud Stephanum Byzantinum, voce Ὠρισία.

[x] ὑπεναντίως.] Sic rectè mſ. Regius & veteres editi. Posteriores malè ὑπεναντίους.

---

80 *Durias.*] Seu potiùs *Durius*; ſic enim Latini nomen hujus fluvii effe-

versùs

versùs ſeptentrionem ſunt Carpetani, deinde Vettones & Vaccæi, per quos [80] Durias fluit, ad urbem Vaccæorum Acontiam trajici ſolitus. Ultimi ſunt Callaici, montanæ regionis multum incolentes: quare etiam difficillimi ſuperatu: ei qui Luſitaniam debellavit cognomentum eſt Callaici ab iis inditum, & effecerunt, ut nunc plurimi Luſitanorum Callaici vocentur. Oretaniæ primariæ urbes ſunt Cætulum & Oria.

A Tago versùs ſeptentrionem eſt Luſitania, maximam complectens Hiſpanorum gentem, plurimoque tempore bellis Romanis petita. Hujus regionis auſtrinum latus Tagus includit, occiduum & ſeptentrionale oceanus, ortivum Carpetani, Vettones, Vaccæi & Callaici, nobiles gentes: reliquæ enim ob parvitatem & obſcuritatem non ſunt dignæ mentione. Secus autem quàm nunc quidam etiam hos Luſitanos appellant. Contermini ſunt versùs ortum, Calaici Aſturibus & Iberis, reliqui Celtiberis. Longitudo eſt [81] XIII millia ſtadiorum, latitudo longè minor, ab ortivo latere ad oppoſitam oram maritimam. Latus illud ortivum ſublime eſt & aſperum: infra eam tota regio eſt plana uſque ad mare, exceptis paucis non magnis montibus. Jam Ariſtotelem Poſidonius ait, æſtuum marinorum, qui fiunt in Hiſpaniâ, cauſas non rectè adſcribere litori & Mauritaniæ: dicentem mare ideò reciprocare, quia extrema terrarum ſublimia ſunt & aſpera, quæ & fluctum duriter excipiant, & in Hiſpaniam repercutiant: cùm pleraque litora ſint humilia, & arenæ tumulis conſtent. Rectè hic quidem.

Luſitania ergo, de quâ nobis ſermo, opulenta eſt,

---

runt, hodiè *le Duero*.

[81] XIII *millia ſtadiorum.*] Xylander & Caſaubonus numerum hunc ſtadiorum falſi arguunt: nec immeritò quidem emendandum conjiciunt, χιλίων καὶ τριακοσίων, pro μυρίων καὶ τρισχιλίων. Mſ. Regius vulgatam lectionem tuetur, quæ tamen apertè mendoſa eſt; ut primo tabulæ geographicæ intuitu patet.

ποταμοῖς μεγάλοις διαρρεῖται καὶ μικροῖς, ἅπασιν ἐκ τῶν ἑωθινῶν μερῶν παραλλήλοις τῷ Τάγῳ· ἔχουσι δὲ καὶ ἀνάπλους οἱ πλείους καὶ ψῆγμα τοῦ χρυσοῦ πλεῖστον· γνωριμώτατοι δὲ τῶν ποταμῶν, ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ Μουλιάδας, ἀνάπλους ἔχων μικρούς, καὶ Οὐακούα, ὡσαύτως· μετὰ δὲ τούτους, Δούριος, μακρόθεν τε ῥέων παρὰ Νουμαντίαν, καὶ πολλὰς ἄλλας τῶν Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων κατοικίας, μεγάλοις τ' ἀναπλεόμενος σκάφεσιν, ἐπὶ ὀκτακοσίους σχεδόν τι σταδίους. Εἶτ' ἄλλοι ποταμοί· καὶ μετὰ τούτους, ὁ τῆς Λήθης, ὅν τινες Λιμαίαν, οἱ δὲ [y] Βελιῶνα καλοῦσι· καὶ οὗτος δ' ἐκ Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων ῥεῖ· καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Βαῖνις (οἱ δὲ Μίνιον φασὶ) πολὺ μέγιστος τῶν ἐν Λυσιτανίᾳ ποταμῶν, ἐπὶ ὀκτακοσίους καὶ αὐτὸς ἀναπλεόμενος σταδίους. Ποσειδώνιος δὲ ἐκ Καντάβρων καὶ αὐτὸν ῥεῖν φησι· πρόκειται δὲ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ νῆσος, καὶ χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι. Ἐπαινεῖν δ' ἄξιον τὴν φύσιν, ὅτι τὰς ὄχθας ὑψηλὰς ἔχουσιν οἱ ποταμοί, καὶ ἱκανὰς δέχεσθαι τοῖς ῥείθροις τὴν θάλατταν πλημμυροῦσαν, ὥστε μὴ ὑπερχεῖσθαι, μηδ' ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς πεδίοις. Τῆς μὲν οὖν Βρούτου στρατείας ὅρος οὗτος· περαιτέρω δ' εἰσὶν ἄλλοι πλείους ποταμοὶ παράλληλοι τοῖς λεχθεῖσιν.

Ὕστατοι δ' οἰκοῦσιν Ἄρταβροι περὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον, ἣ καὶ τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς καὶ τῆς βορείου πέρας ἐστί· περιοικοῦσι δ' αὐτὴν Κελτικοί, συγγενεῖς τῶν ἐπὶ τῷ Ἀνᾳ· καὶ γὰρ τούτους καὶ Τουρδούλους στρατεύσαντας ἐκεῖσε, στασιάσαι φασὶ μετὰ τὴν διάβασιν τοῦ [z] Λιμαίου ποταμοῦ· πρὸς δὲ τῇ στάσει καὶ ἀποβολῆς τοῦ ἡγεμόνος γενομένης, καταμεῖναι σκεδασθέντας αὐτόθι· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Λήθης ἀγορευθῆναι.

---

y Βελιῶνα.] Paulus Merula legi vult Ὀβλιουιῶνα (Cosmogr. part. II, lib. II, cap. 7); censet enim allusum esse hoc nomine ad vocem latinam *Oblivionis*, quâ cognominatus fuit hic amnis, ut dicemus infrà, not. 83: ad id quoque facit Plutarchus, Quæst. Romanar. 34. Editi & mss. quos novimus Βελιῶνα retinent, quod tamen, cum Merula, emendandum censemus.

z Λιμαίου.] Vulgò Λημίου: in quibusdam mss., teste Casaubono, Λιμέου. Omnino legendum est Λιμαίου: & hujus lectionis in ms. Regio vestigia remanent, etsi aliquid erosi habeat hoc in loco pagina. Certè, paulo suprà Strabo retulit à quibusdam *Oblivionis* fluvium Λιμαίαν appellari.

ac magnis parvisque fluminibus pervia, quæ omnia Tagi parallela sunt, & ab oriente manant: per pleraque à mari subvehi in continentem licet, habentque auri ramenta plurima. Notissimi autem istorum amnium deinceps à Tago sunt [82] Muliades, subvectiones habens exiguas, & Vacua itidem: tum Durius, è longinquis fluens partibus præter Numantiam multasque alias Celtiberorum & Vaccæorum habitationes, magnisque per eum subvehi licet scaphis ferè ad IↃCCC usque stadia, deinde alii fluvii: ac post hos [83] Oblivionis amnis, quem alii Limæam vocant: profluens è Celtiberis & Vaccæis. Post hunc [84] Bænis, quem alii Minium nominant, fluviorum Lusitaniæ longè maximus, ipse quoque adversus navigatur ad IↃCCC stadia: hunc quoque è Cantabris delabi auctor est Posidonius: ante ostia ejus, sita est insula, & duæ crepidines portubus præditæ. Natura autem loci laudem meretur, quòd ripas habent flumina sublimes, & quæ sufficiant ad expediendum alveis mare exundans, ita ut non effundantur, neque in campos dimanent. Atque hic est finis expeditionis Bruti. Ulteriùs autem plures sunt amnes, dictorum paralleli.

Ultimi colunt Artabri ad promontorium quod vocatur Nerium, in quod occidua atque septentrionalis linea desinunt: habitant circùm Celtici, cognati eorum Celticorum qui sunt ad fluvium Anam. Ferunt enim inter hos & Turdulos, cùm fecissent expeditionem eò, Limæâ (quem diximus) flumine transito, ortam seditionem: ad quam cùm accessisset ducis obitus, mansisse illos ibi dispersos, indeque Oblivioni fluvio factum nomen.

---

[82] *Muliades.... Vacua.*] *Muliades* idem est qui Ptolemæo *Mundas*, hodierno nomine *le Mondego*. *Vacua*, Ptolemæo *Vacus*, Plinio *Vacca*, nunc dicitur *le Vouga*.

[83] *Oblivionis amnis, quem alii Limæam vocant.*] *Limiam* Oblivionis cognomen habuisse testatur Mela, l. III, c. 1; Plinius *Limæam*, Oblivionis amnem vocat, l. IV, cap. 22. Hodiernum nomen videtur huic fluvio esse, *la Lima*.

[84] *Bænis, quem alii Minium.*] Minius, hodierno nomine *le Minho*. Hunc Casaubonus & alii à Bæne diversum pronuntiant, ex eo quòd Bænim eundem esse conjiciant qui Ptolemæo *Nebis*. Id verò conjiciunt quidem, probant minimè.

Ἔχουσι δὲ οἱ Ἀρταβροι πόλεις συχνὰς, ἐν κόλπῳ συνοικουμένας· ὧν οἱ πλέοντες χρώμενοι τοῖς τόποις, Ἀρτάβρων λιμένας προσαγορεύουσιν· οἱ δὲ νῦν τοὺς Ἀρτάβρους, Ἀροτρέβας καλοῦσιν. Ἔθνη μὲν οὖν [a] περὶ πεντήκοντα τὴν χώραν νέμεται, τὴν μεταξὺ Τάγου καὶ τῶν Ἀρτάβρων. Εὐδαίμονος δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, κατά τε καρποὺς καὶ βοσκήματα, καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν παραπλησίων πλῆθος, ὅμως οἱ πλείους αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀφέντες βίον, ἐν λῃστηρίοις διετέλουν καὶ πολέμῳ συνεχεῖ, πρός τε ἀλλήλους, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς, διαβαίνοντες τὸν Τάγον· ἕως ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, ταπεινώσαντες, καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν τὰς πλείστας, ἐνίας δὲ καὶ συνοικίζοντες βέλτιον. [b] Ἤρξαντο δὲ τῆς ἀνοίας ταύτης οἱ ὀρεινοὶ, καθάπερ εἰκός· λυπρὰν γὰρ νεμόμενοι, καὶ μικρὰ κεκτημένοι, τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμουν· οἱ δὲ ἀμυνόμενοι τούτους, ἄκυροι τῶν ἰδίων ἔργων καθίσταντο ἐξ ἀνάγκης· ὥστ' ἀντὶ τοῦ γεωργεῖν ἐπολέμουν καὶ οὗτοι· καὶ συνέβαινε τὴν χώραν ἀμελουμένην, στεῖραν εἶναι τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν, οἰκεῖσθαι δ' ὑπὸ λῃστῶν.

Τοὺς δ' οὖν Λυσιτανούς φασιν ἐνεδρευτικοὺς, ἐξερευνητικοὺς, ὀξεῖς, κούφους, εὐεξελίκτους· ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον, κοῖλον εἰς τὸ πρόσθεν, τελαμῶσιν ἐξηρτημένον· οὔτε γὰρ πόρπακας, οὔτ' ἀντιλαβὰς ἔχει· παραξιφὶς πρὸς τούτοις, ἢ κοπὶς· λινοθώρακες οἱ πλείους· σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται, καὶ τριλοφίαις· οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσιν· οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημῖδας ἔχουσιν· ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω· τινὲς δὲ καὶ δόρατι χρῶνται· ἐπιδορατίδες δὲ χάλκεαι. Ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίῳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασὶν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων, καὶ

[a] περὶ πεντήκοντα.] Sic ſcribimus ex mſ. Regio. Editi τριάκοντα. Lectioni noſtræ ſuffragantur & alii ſcripti, Caſaubono teſte, & Plinius, qui totam Luſitaniam XLV populorum eſſe tradit.

[b] Ἤρξαντο δὲ τῆς ἀνοίας ταύτης.] Mſ. Regius: ἦρχον δὲ τῆς ἀνομίας ταύτης.

85 *Gentes ſunt ad L.*] Xylander, *Gentes ſunt ad triginta*, quod emendamus ex mſ. Regio. Vide ſuprà, not. a.

Habent Artabri complures urbes, sitas juxta sese in sinu: qui eò navigant, Artabrorum portus appellant: nostrâ ætate Artabris Arotrebarum tribuitur appellatio. [85] Gentes sunt ad L, quæ regionem inter Tagum & Artabros incolunt. Quanquam autem solum illud felix est, quod ad fruges & pecus attinet, itemque auri, argenti, & similium rerum copiam: tamen plerique Lusitanorum victûs è terrâ petendi omisso studio, latrociniis belloque continenter cùm sese invicem, tum Tago transmisso finitimos infestarunt: donec Romani malo isti finem imposuerunt, repressis eis, & plerisque eorum urbibus in pagos mutatis, nonnullis etiam meliùs conditis. Initium hujusmodi injuriarum fecerunt montani, ut par erat: cùm enim sterile solum colerent, & pauca possiderent, aliena concupiverunt: alii dum horum injurias defendunt, ipsi quoque necessariò à suorum operum curatione abstracti, pro agriculturâ militiam tractavere: quo factum est ut terra neglecta bonorum suorum ferax esse desineret, & à latronibus habitaretur.

Ferunt [86] Lusitanos esse insidiandi indagandique peritos, celeres, leves, versatiles. Aspide utuntur parvâ, cujus diameter duum pedum, cavâ foras, loris suspensâ: non enim fibulas aut ansas habet: ad hæc sica, aut ensis: plerique lineis, rari loricatis utuntur thoracibus, aut tres cristas habentibus galeis, cæteri nervis contra ictus firmatis [87] cassidibus utuntur: pedites ocreas quoque usurpant: spicula singulis plura: nonnulli etiam hastâ utuntur, æreâ cuspide. Quosdam eorum, qui ad Durium amnem accolunt, [88] Laconicâ ferunt uti vitæ ratione, bis unguento utentes, & candentibus lapidibus calefacientes,

---

86 *Ferunt Lusitanos esse, &c.*] Confer, si lubet, Diodorum Siculum, l. v.

87 *cassidibus.*] Xylander, *aspidibus:* Græcè κράνεσιν. At κράνος cassis, seu galea; quod ignorare herclè non potuit vir Græcè peritissimus. Ergo typothetarum oscitantiæ tribuendus error quem emendamus.

88 *Laconicâ ferunt uti vitæ ratione.*] Lacones olim in Hispaniâ fuisse testatur infrà Strabo.

ψυχρολουτροῦντας, καὶ μονοτροφοῦντας καθαρίως καὶ λιτῶς. Θυτικοὶ δ' εἰσὶ Λυσιτανοί· τά τε σπλάγχνα ἐπιβλέπουσιν οὐκ ἐκτέμνοντες· προσεπιβλέπουσι δὲ καὶ τὰς ἐν τῇ πλευρᾷ φλέβας· καὶ ψηλαφῶντες δὲ τεκμαίρονται· σπλαγχνεύονται δὲ καὶ δι' ἀνθρώπων αἰχμαλώτων, καλύπτοντες σάγοις· εἶθ' ὅταν πληγῇ ὑπὸ τὰ σπλάγχνα, ὑπὸ τοῦ ἱεροσκόπου μαντεύονται, πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος. Τῶν δ' ἁλόντων τὰς χεῖρας ἀποκόπτοντες τὰς δεξιὰς, ἀνατιθέασιν.

Ἅπαντες δὲ οἱ ὄρειοι λιτοὶ, ὑδροπόται, χαμαιεῦναι, καὶ βαθεῖαν [c] κατακεχυμένοι τὴν κόμην, γυναικῶν δίκην· μιτρωσάμενοι δὲ τὰ μέτωπα, μάχονται. Τραγοφαγοῦσι δὲ μάλιστα, καὶ τῷ Ἄρει τράγον θύουσι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ἵππους· ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι,

Πάντα θύειν ἑκατόν.

Τελοῦσι δὲ καὶ ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ὁπλιτικοὺς καὶ ἱππικοὺς, πυγμῇ, καὶ δρόμῳ, καὶ διακροβολισμῷ, καὶ τῇ σπειρηδὸν μάχῃ. Οἱ δ' ὄρειοι τὰ δύο μέρη τοῦ ἔτους δρυοβαλάνῳ χρῶνται, ξηράναντες καὶ κόψαντες, εἶτα ἀλέσαντες καὶ ἀρτοποιησάμενοι, ὥστε ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον. Χρῶνται δὲ καὶ ζύθει· οἴνῳ δὲ σπανίζονται· τὸν δὲ γινόμενον ταχὺ ἀναλίσκουσι, κατευωχούμενοι μετὰ τῶν συγγενῶν· ἀντ' ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται· καθήμενοί τε δειπνοῦσι, περὶ τοὺς τοίχους καθέδρας οἰκοδομητὰς ἔχοντες· προκάθηνται δὲ καθ' ἡλικίαν καὶ τιμήν. Περιφορητὸν δὲ τὸ δεῖπνον. Καὶ παρὰ πότον ὀρχοῦνται πρὸς αὐλὸν καὶ σάλπιγγα χορεύοντες, ἀλλὰ καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες. Ἐν Βαστητανίᾳ δὲ καὶ γυναῖκες ἀναμὶξ ἀντιπροσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. Με-

c κατακεχυμένοι.] Malè posteriores editi κατακεχυμέναι. Editi priores & mſ. Regius ferunt ut emendamus.

89 *deinde cùm ea pulſum edunt infrà.*] Hunc locum, ut videtur nobis, Xylander aſſecutus non eſt. Verba hæc, ὅταν πληγῇ ὑπὸ σπλάγχνα, interpretan-

& frigidâ lavantes, unoque cibi genere purè ſugaliterque utentes. Immolando ſtudent Luſitani, & exta intuentur non exſecta: præterea & laterum venas inſpiciunt, ac tangendo etiam divinant. Quin & ex captorum extis conjiciunt, ſagis ea occultantes: [89] deinde cùm ea pulſum edunt infrà, primùm ex cadavere aruſpex futura prædicit. Captivorum manus dextras amputant, diiſque conſecrant.

Omnes, qui in montibus degunt, victu utuntur tenui, aquam bibunt, humi cubant, crines mulierum in morem demittunt, [90] mitris faciem velati pugnant. Maximè capros edunt, & Marti caprum immolant, præterea que captivos, & equos. Quin & ritu Græco centurias victimarum [91] cujuſcunque generis inſtituunt, ut & Pindarus ait:

Immolare centena omnia.

Certamina etiam gymnica, arma, & equeſtria edunt, pugno, curſu, velitatione, & inſtructo cohortatim prœlio. Montani duobus anni temporibus glande veſcuntur quernâ, ſiccatam indeque contuſam molentes, atque è farinâ panem conficientes: itáque eas ad ſuum tempus reponunt. Zytho etiam utuntur: vini parum habent, &, quod provenit, ſtatim in convivia cum cognatis inſumunt. Butyrum eis olei uſum implet. Cœnant ſedentes, habentque ad parietes conſtructa in hunc uſum ſedilia. Priora in ſedendo loca ætati dignitatique deferuntur. Cœna circumgeſtatur. Inter potandum ad tibiam

---

da ducimus, *cùm ſub exta victimam aruſpex percuſſerit.*

[90] *mitris ſaciem velati pugnant.*] Seu potiùs faſciâ frontes cingunt, quâ ſcilicet effuſos crines recolligunt pugnaturi.

[91] *cujuſcunque generis.*] Græcè enim legitur, tum in editis, tum in ſcriptis codicibus, ἑκάστου γένους. Xylander legiſſe videtur ἑκάστου ἔτους: interpretatur enim *quotannis*; ſed ſine ullâ auctoritate: vulgatam autem lectionem tuetur Pindarus mox à Strabone ipſo adductus. Vide apud Athenæum, lib. IV, cap. 10, quæ narrat Theopompus de quodam Paphlagoniæ rege, cui fercula *omnia centena*, ἑκατὸν πάντα, menſæ apponebantur.

λανείμονες ἅπαντες τὸ πλέον ἐν σάγοις, ἐν οἷς περ καὶ στιβαδοκοιτοῦσι· [d] κηρίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται, καθάπερ καὶ οἱ Κελτοί. Αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ἐνδύμασι καὶ ἀνθιναῖς ἐσθῆσι διάγουσιν. Ἀντὶ δὲ νομίσματος, [e] οἱ δὲ λίαν ἐν βαθεῖ, φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται, ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι. Τοὺς δὲ θανατουμένους καταπετροῦσι· τοὺς δὲ πατραλοίας [f] ἔξω τῶν ὄρων ἢ τῶν ποταμῶν καταλεύουσι. Γαμοῦσι δ᾽ ὥσπερ οἱ Ἕλληνες. Τοὺς δὲ ἀρρώστους, ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ παλαιὸν, προτιθέασιν εἰς τὰς ὁδοὺς, τοῖς πεπειραμένοις τοῦ πάθους ὑποθήκης χάριν. Διφθερινοῖς τε πλοίοις ἐχρῶντο, ἕως ἐπὶ Βρούτου, διὰ τὰς [g] πλημμυρίδας καὶ τὰ τενάγη· νυνὶ δὲ καὶ τὰ μονόξυλα, ἃ δὴ σπάνια. Ἅλες πορφυροῖ, τριφθέντες δὲ λευκοί.

Ἔστι δὲ τῶν [h] ὀρείων ὁ βίος οὗτος, ὥσπερ ἔφην, λέγω τοὺς τὴν βόρειον πλευρὰν ἀφορίζοντας τῆς Ἰβηρίας, Καλλαϊκοὺς καὶ Ἄστουρας καὶ Καντάβρους μέχρι Οὐασκώνων, καὶ τῆς Πυρήνης· ὁμοειδεῖς γὰρ ἁπάντων οἱ βίοι. Ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν, φεύγων τὸ [i] ἀηδὲς τῆς γραφῆς· εἰ μή τινι πρὸς ἡδονῆς ἐστιν ἀκούειν [k] Πλευταύρους καὶ Βαρδυήτας καὶ Ἀλλότριγας, καὶ ἄλλα χείρω καὶ ἀσημότερα τούτων ὀνόματα. Τὸ δὲ δυσήμερον καὶ ἀγριῶδες, οὐκ ἐκ τοῦ πολεμεῖν συμβέβηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· καὶ γὰρ ὁ πλοῦς ἐπ᾽ αὐτοὺς μακρὸς, καὶ αἱ ὁδοὶ δυσεπίμικτοι δ᾽ ὄντες, ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον· ἧττον δὲ νῦν τοῦτο πάσχουσι, διὰ τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν

---

d κηρίνοις.... ἀγγείοις.] *cereis vasis.* Etsi lectionem hanc tueantur mss. pariter ac editi libri, corruptam tamen eam fuisse nemo non suspicabitur. Legendum omnino videtur nobis, κεραμέοις ἀγγείοις, (vasis fictilibus). Athenæus enim, qui libro IV, p. 152, vasa Celtarum memorat, loquitur quidem de vasis argenteis & fictilibus: *qui sunt à poculis* (ait) *potum ferunt in vasis aut fictilibus aut argenteis*, ἢ κεραμέοις ἢ ἀργυροῖς: de cereis, seu κηρίνοις, ne verbum quidem.

e οἱ δὲ λίαν ἐν βαθεῖ.] Id est, juxta Casaubonum, *qui mediterranea incolunt:* locutio apud Strabonem hoc sensu frequens. Verba hæc à Xylandro omissa in Latinis supplevimus.

f ἔξω τῶν ὄρων.] Legi vult Casaubonus ἔξω τῶν ὀρῶν: & sic legisse videtur Xylander; siquidem vertit, *extra fines*; quod probamus satis. Cùm verò mss. & editi vocem ὀρῶν, cum spiritu tenui, retineant, eam mutare ausi non sumus.

g πλημμυρίδας.] Sic ms. Regius. Editi πλημμυρίας.

saltant,

ſaltant, & ad tubam choreas ducunt: interim exilientes & poplitibus flexis rectum corpus demittentes. In Baſtetaniâ id etiam mulieres faciunt, [92] viris admixtæ, facie adverſâ, manus invicem tenentes. Nigro omnes utuntur veſtitu, plerumque in ſagis degunt, in quibus etiam ſupra thoros herbaceos dormiunt. Vaſis utuntur cereis, ut & Celtæ: mulieres veſtibus utuntur floridis. Loco pecuniæ permutatione utuntur, qui mediterranea incolunt, aut de laminâ argenteâ aliquid abſciſſum dant. Morti addictos conjectos de ſaxis præcipites agunt, patricidas eductos extra fines aut flumina, lapidibus obruunt. Matrimonia more Græco contrahunt. Ægrotos vetere Ægyptiorum conſuetudine in viis deponunt, ut qui eum morbum experti ſunt, iis conſulant. Coriaceis uſi ſunt navigiis uſque ad Brutum, ob exundationes & paludes, nunc raris utuntur lintribus. Sal illis purpureus, ſed albus fit terendo.

Talis ergo vita eſt montanorum, eorum qui ſeptentrionale Hiſpaniæ latus terminant, Callaicorum, Aſturum, Cantabrorum, uſque ad Vaſcones & Pyrenam: omnes enim eodem vivunt modo. Plura autem nomina apponere piget, fugientem tædium injucundæ ſcriptionis: niſi fortaſſis alicui volupe eſt audire Pleutauros, Barduetas, & Allotrigas, & alia his deteriora obſcurioraque nomina. Morum autem immanitas & feritas non tantùm à bellis, iis adeſt, ſed & ob remotam ab aliis habitationem: nam terrâ marique ad eos longa ſunt itinera: quo factum eſt, ut commerciis carentes, ſocietatem & humanitatem ami-

[h] ὀρειῶν.] Sic rectè editi & mſ. Regius; de montanis enim gentibus hìc agitur. Ergo βορειῶν prava lectio eſt, quam adducit ex ſcriptis quibuſdam Caſaubonus.

[i] ἀνδές.] Mſ. Regius ἀειδὲς, quod minùs convenit.

[k] Πλευταύρους.] Libri veteres habent, juxta Caſaubonum, Πλευτάρους. Lectionem vulgatam ſequimur, quam exhibet Regius codex.

[92] *viris admixtæ, faci adverſâ*, &c.] Ita Caſaubonus feliciter interpretatur verba Græca, quæ Xylander omiſerat, ἀναμὶξ ἀντιπροσαντιλαμβανόμεναι, &c.

τῶν Ῥωμαίων ἐπιδημίαν· ὅσοις δ᾽ ἧττον τοῦτο συμβαίνει, χαλεπώτεροί εἰσι καὶ θηριωδέστεροι· τοιαύτης δ᾽ οὔσης καὶ ἀπὸ τῶν τόπων λυπρότητος ἐνίοις, καὶ τῶν ὀρῶν, εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν. Ἀλλὰ νῦν (ὡς εἶπον) πέπαυται πολεμοῦντα πάντα· τούς τε γὰρ συνέχοντας ἔτι νῦν μάλιστα τὰ λῃστήρια Καντάβρους, καὶ γειτονεύοντας τοὺς αὐτοῖς, κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ· καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους, στρατεύουσι νῦν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, οἵ τε Κωνιακοὶ, καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες, πλὴν [1] Τουίσοι. Ὅ τ᾽ ἐκεῖνον διαδεξάμενος Τιβέριος, τριῶν ταγμάτων στρατιωτικῶν ἐπιστήσας τοῖς τόποις τὸ ἀποδειχθὲν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, οὐ μόνον εἰρηνικοὺς, ἀλλὰ καὶ πολιτικοὺς ἤδη τινὰς αὐτῶν ἀπεργασάμενος τυγχάνει.

[1] Τουίσοι.] Mſ. Regius Τίσοι.

ΚΕΦ. Δ.

Λοιπὴ δ᾽ ἐστὶ τῆς Ἰβηρίας, ἥτε ἀπὸ τῶν Στηλῶν, μέχρι τῆς Πυρήνης καθ᾽ ἡμᾶς παραλία, καὶ ἡ ταύτης ὑπερκειμένη μεσόγαια πᾶσα, τὸ μὲν πλάτος [m] ἀνώμαλος, τὸ δὲ μῆκος μικρῷ πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων σταδίων· τὰ δὲ τῆς παραλίας ἔτι [n] πλείονι καὶ β εἴρηται σταδίοις. Φασὶ δὲ ἀπὸ μὲν Κάλπης τοῦ κατὰ Στήλας ὄρους ἐπὶ Καρχηδόνα νέαν δισχιλίους καὶ διακο-

[m] ἀνώμαλος.... πλειόνων.] Sic libri veteres, juxta Caſaubonum; & ſic mſ. Regius. Vulgò ἀνώμαλον.... πλεῖον.

[n] πλείονι καὶ β εἴρηται σταδίοις.] Mſ. Regius & veteres editi pro β habent μ, id eſt quadraginta ſtadia pro duobus millibus. Xylander ex conjecturis locum emendavit, & emendationem aſ-

ſerint. Minùs tamen hodie eo vitio laborant, ob pacem, & Romanorum ad illos profectiones: quibus iſta minùs obtingunt, importuniores ſunt & inhumaniores: quod vitium augeri par eſt, cùm nonnullis accedat locorum & montium incommoditas habitandi. Verùm jam, ut dixi, omnia bella ſunt ſublata. Nam Cantabros, qui maximè hodie latrocinia exercent, iiſque vicinos, Cæſar Auguſtus ſubegit: & qui antè Romanorum ſocios populabantur, nunc pro Romanis arma ferunt, ut Coniaci, & qui ad fontes Iberi amnis accolunt, Tuiſis exceptis. Et qui Auguſto ſucceſſit Tiberius impoſitis in ea loca tribus cohortibus, quas Auguſtus deſtinaverat, non pacatos modò, ſed & civiles quoſdam eorum redegit.

CAPUT IV.

De Tarraconenſi, ac reliquis, à Columnis ad montes uſque Pyrenæos.

RESTAT adhuc explicanda ea Hiſpaniæ ora maritima, quæ à Columnis eſt uſque ad Pyrenam, & quæ mediterranea ſunt ſupra hanc oram ſita, quorum non eadem eſt ubique latitudo: longitudo paulo major ſtadiorum quatuor millibus. [93] Oræ major duobus ſtadiorum millibus perhibetur longitudo. A Calpe, qui mons eſt ad Co-

---

ſeruit Caſaubonus, ex libris ſcriptis, in quibus legitur ἐπὶ πλεῖον ἢ διχιλίους σταδίους εὕρηται. De cætero vide infrà, not. 93.

---

93 *Oræ major duobus ſtadiorum millibus perhibetur longitudo.*] Rectè Xylander, quidquid dixerit Caſaubonus. Ex ſummis enim ſtadiorum quæ Strabo numerat in oræ maritimæ tractu, ſex millia colliguntur. Ergo 2000 ſtadiorum major eſt longitudo illius oræ, quàm longitudo mediterranea, quæ 4000 ſtadiorum eſſe dicta eſt.

σίους σταδίους· οἰκεῖται δὲ τὴν ἠϊόνα ταύτην ἀπὸ Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν· ἐκ μέρους δὲ καὶ ὑπὸ Ὠρητανῶν. Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ἄλλους τοσούτους σχεδόν τι· ταύτην δ' ἔχειν [o] Αἰλητανούς· ἐντὸς δὲ τοῦ Ἴβηρος μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηΐου ἀναθημάτων, χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι· οἰκεῖν δὲ Αἰλητανῶν τε ὀλίγους, καὶ λοιπὸν τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας, μεμερισμένους τετραχα.

Κατὰ μέρος δὲ ἀρξαμένοις ἀπὸ Κάλπης, ῥάχις ἐστὶν ὀρεινὴ τῆς Βαστητανίας καὶ τῶν Ὠρητανῶν, δασεῖαν ὕλην ἔχουσα καὶ μεγαλόδενδρον, διορίζουσα τὴν παραλίαν ἀπὸ τῆς μεσογαίας· πολλαχοῦ δὲ κἀνταῦθα ἐστὶ χρυσεῖα, καὶ ἄλλα μέταλλα· πόλις δὲ ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πρώτη [p] Μάλακα, ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης, ὅσον καὶ τὰ Γάδειρα· ἐμπορεῖον δ' ἐστὶν [q] ἐν τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ σαίμασι· καὶ ταριχείας δὲ ἔχει μεγάλας. Ταύτην τινὲς τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσιν, ἣν ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην παρειλήφαμεν· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἀπωτέρω τῆς Κάλπης ἐστὶ, κατεσκαμμένη, τὰ δ' ἴχνη σώζουσα Ἑλληνικῆς πόλεως· ἡ δὲ Μάλακα, [r] καὶ πλησίον μᾶλλον Φοινίκης τῷ σχήματι. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται. Μετὰ ταύτην [s] Ἄβδηρα, Φοινίκων κτίσμα καὶ αὐτή.

---

[o] Αἰλητανούς.] Mſ. Regius Ἐλητανοὺς: ſed habet infrà, ut editi, Αἰλητανούς. Monet tamen Caſaubonus vulgò in ſcriptis Ἐλητανοὺς legi. Λαλητανοὺς emendat Merula, Coſmogr. part. II, lib. II, cap. 15.

[p] Μάλακα.] Scripti, inter quos Regius codex, errore perpetuo ſcribunt Μάλα, καὶ, &c., unicâ voce in duas perperam diviſâ. Stephano Μαλάκη: *Malacha* Plinio, lib. III, cap. I; & Avieno, Oræ marit., verſ. 426. Vide infrà, not. 95.

[q] ἐν τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ σαίμασι.] Locus corruptus. Legendum conjicit Xylander τοῖς pro ἐν τοῖς, & vocem σαίμασι accipit pro gentis nomine; ita ut hic ſenſus emergat: *emporium ea eſt Sæmadibus, in oppoſito degentibus littore.* At gens nulli memorata *Sæmades.*

[r] καὶ πλησίον μᾶλλον Φοινίκης τῷ σχήματι.] Legit Caſaubonus, nihil ad id juvantibus libris, καὶ πλησίον μᾶλλον, Φοινικικὴ τῷ σχήματι, eo ſenſu; Malacam, & à Calpe minus diſſitam eſſe quàm Mænace, & formâ urbi Punicæ propiorem.

[s] Ἄβδηρα.] Editi Αὔδηρα. Sequimur mſſ. Regium & Mediceum. Sic & apud Stephanum ſcribitur. Apud Ptolemæum, lib. II, cap. 5, Ἄβδαρα. Apud

lumnas, ad Carthaginem novam, ſtadia numerant CIↃ CIↃ CC: eam oram coli à Baſtetanis, qui & Baſtuli dicuntur, partim etiam ab Oretanis. Hinc ad Iberum fluvium totidem ferè ſtadia, eam coli ab Æletanis. Ab Ibero uſque ad Pyrenem & Pompeii tropæa, CIↃ IↃ, habitari à paucis Æletanorum, ac deinde [94] ab Indigetibus, in quatuor diſtributis partes.

Ut autem à Calpe ſumpto initio ſingula perſequamur, dorſum eſt in Baſtetaniâ & Oretaniâ montoſum, densâ ſylvâ & magnis arboribus præditâ tectum, quod oram à mediterraneis dividit: in eo multis locis ſunt auri aliaque metalla. In hâc orâ prima urbs eſt [95] Malaca, tanto à Calpe, quantum ab hâc Gades, intervallo: ea habet emporium, quo utuntur qui oppoſito litore vivunt, multumque ibi conficitur ſalſamenti. [96] Sunt qui hanc eandem putant cum Mænace, quam ultimam Phocæorum versùs occaſum civitatem accepimus; ſed errant: nam Mænaces longiùs à Calpe diſſitæ atque everſæ rudera, Græcanicæ urbis veſtigia retinent: Malaca magis ad Punicæ formam accedit. Sequitur [97] Exitanorum urbs, unde ſalſamentis Exitanis nomen. Poſt hanc Abdera, Pœnorum opus hæc quoque.

Plinium, lib. III, cap. I, & Melam, lib. II, cap. 6, *Abdera*; nec ſecus in nummis. Juxta Marianam & Nonium, nunc *Almeria* vocatur. Marianam videſis hiſt. Hiſp. lib. X, cap. 18; Nonium, cap. 23; Petrum de Marca, p. 107 Marcæ Hiſpanicæ.

---

94 *ab Indigetibus.*] Strabo eos *Indicetas* vocat, ab *Indice* urbe. Vide Stephanum Byzantinum, voce Ἰνδική. Ii populi Ptolemæo ſunt *Endigetæ*, lib. II, cap. 6; Plinio *Indigetes*, l. III, c. 3; quo etiam nomine eos memorat Avienus, Oræ maritimæ verſu 523.

95 *Malaca.*] Hiſpanis, parum corrupto nomine, *Malaga* hodiè dicitur. Vide not. P.

96 *Sunt qui hanc eandem putant cum Mænace.*] Inter quos Avienus, Oræ maritimæ verſ. 426 & ſeq.

Malachæque flumen, urbe cum cognomine,
Mænace priore quæ vocata eſt ſæculo.

97 *Exitanorum urbs.*] Melæ, *Hexi*, lib. II, cap. I: Ptolemæo Σὲξ: Plinio *Sexi.* Idem Plinius *ſalſamenta Sexitana* memorat, quæ laudat Athenæus, lib. III, cap. 4, p. 121, ubi *Sexitaniam* urbem appellat.

Ὑπὲρ δὲ τῶν τόπων ἐν τῇ ὀρεινῇ, δείκνυται Ὀδύσσεια καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ, ὡς Ποσειδώνιός τε εἴρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ, καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ. Οὗτος δέ φησιν ὑπομνήματα τῆς πλάνης τῆς Ὀδυσσέως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς, ἀσπίδας προσπεπατταλεῦσθαι καὶ ἀκροστόλια. Ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινὰς οἰκῆσαι· καὶ ὑπάρξαι πόλεις αὐτόθι, τὴν μὲν καλουμένην Ἕλληνες, τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι· ὡς καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τελευτήσαντος δεῦρο, καὶ τῶν συνόντων πλανηθέντων μέχρι τῆς μεσογαίας. Καὶ τῶν μεθ' Ἡρακλέους δέ τινας, καὶ τῶν ἀπὸ Μεσσήνης [t] ἱστορῆσθαί φησιν ἐποικίσαι τὴν Ἰβηρίαν· τῆς δὲ Κανταβρίας μέρος τι καταχεῖν Λάκωνας, καὶ οὗτος φησὶ, καὶ ἄλλος· ἐνταῦθα δὲ, καὶ Ὀψικέλλαν πόλιν [u] ὁ Ὀψικέλλα κτίσμα λέγουσι τῶν μετ' Ἀντήνορος, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, διαβάντος εἰς τὴν Ἰταλίαν.

Καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ δὲ πεπιστεύκασι τινὲς, τοῖς τῶν Γαδειρητῶν ἐμπόροις προσέχοντες, ὡς καὶ Ἀρτεμίδωρος εἴρηκεν, ὅτι οἱ ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας οἰκοῦντες [x] πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοπες, Λωτοφάγοι καλοῦνται, σιτούμενοι λωτὸν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν· οὐ δεόμενοι δὲ ποτοῦ, οὐδὲ ἔχοντες, διὰ τὴν ἀνυδρίαν, διατείνοντες μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων· ἄλλοι τε πάλιν καλοῦνται Λωτοφάγοι, τὴν ἑτέραν οἰκοῦντες τῶν πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νήσων, τὴν Μήνιγγα. Οὐ δὴ θαυμάζοι τις ἂν οὔτε τοῦ ποιητοῦ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην μυθογραφή-

---

t ἱστορῆσθαι ... ἐποικίσαι.] MSS. Regius & Mediceus ἱστορεῖσθαι.... ἐποικῆσαι. Certè ἐποικῆσαι, ex ἐποικέω, meliùs hic convenit quàm ἐποικίσαι, ex ἐποικίζω.

u ὁ Ὀψικέλλα κτίσμα λέγουσι.] MS. Regius ὁ καὶ Λάκτισμα λέγουσι (*urbem Opsicellam, quam & Lactisma dicunt*); malè, ut credimus. Phrasis enim lectionem hanc videtur respuere. Ex eâ tamen lectione Nebrissensis urbem memorat, nomine *Lactisma*.

x πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοπες, Λωτοφάγοι καλοῦνται.] Casaubonus legit Αἰθίοψι pro Αἰθίοπες, ita ut sententia sit: nec Æthiopes ipsos, sed eos qui Æthiopibus occiduis erant vicini, vocari Lotophagos; quod quidem placet valdè. Strabo enim fusè disseruit, libro I, de Æthiopum divisione in orien-

Supra hæc loca in montanis monſtratur Ulyſſea, & in eâ fanum Minervæ: ut Poſidonius tradit, & Artemidorus, & [97] Aſclepiades Myrleanus, qui in Turditaniâ grammaticam docuit, & deſcriptionem gentium in iſtis regionibus agentium edidit. Is tradit, monimenta errorum Ulyſſis in templo illo Minervæ affixa eſſe, aſpides & ſumma navium roſtra. Apud Callaicos autem conſediſſe quoſdam, qui Teucrum in bellum fuerant ſecuti, ibique fuiſſe urbes, quarum una Hellenes diceretur; altera Amphilochi: mortuo ſcilicet ibi Amphilocho, & ſociis uſque ad mediterranea vagatis: quin & id ait ſe comperiſſe, quoſdam Herculis ſociorum, & [99] à Meſſenâ, inhabitaſſe Hiſpaniam. Partem Cantabriæ à Laconibus occupatam fuiſſe & is & alii perhibent: ibique Opſicellam urbem conditam ab Opſicella, qui cum Antenore ejuſque liberis in Italiam trajecit.

Quin & Gaditanis mercatoribus quidam credunt, ut & Artemidorus tradidit, Æthiopes, qui ſupra Mauritanos versùs occaſum habitant, Lotophagos dici, quòd herbâ quâdam & radice loto veſcantur, nihilque opus habeant potu, neque ob aquæ penuriam habere eum poſſent: eoſque uſque ad loca Cyrenæ imminentia pertinere: rurſumque alii vocantur Lotophagi, qui Meningem incolunt, alteram inſularum parvæ Syrti præpoſitarum. Mirum ergo non eſt Homerum errores Ulyſſis ita fabulæ in morem deſcripſiſſe, ut pleraque extra Co-

---

tales & occiduos. Id verò mirè confirmat Euſtathius, qui Lotophagos collocat à locis ſupra Cyrenem, ad occiduos Æthiopes: μέχρι τῶν ὑπὲρ Κυρήνην τόπων, ἀπὸ ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας ἑσπερίων Αἰθιόπων. Sed deficiente ſcriptorum ſuffragio, nihil in contextu mutamus.

---

98 *Aſclepiades.*] Is videtur quem Suidas ait Myrleanum, & ſi altiùs repetas genus, Nicæenſem fuiſſe, grammaticum, qui vixit Attali & Eumenis Pergamenorum Regum tempore. Romæ docuit ſub Pompeio magno. Alexandriæ, regnante Ptolemæo quarto, adoleſcens commoratus eſt. Laudatur & à Stephano Byzantino, voce Μύρλεια.

99 *à Meſſenâ.*] De Meſſanâ, Laconiæ urbe, id intelligendum eſt; ut ex ſequentibus patet.

σαντος τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς ἔξω Στηλῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει τὰ πολλὰ διατιθέντος τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ· τὰ γὰρ ἱστορούμενα ἐγγὺς ἦν καὶ τόποις καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπ' ἐκείνου πεπλασμένων. Ὥστε οὐκ ἀπίθανον ἐποίησε τὸ πλάσμα, οὔτ' εἴ τινες αὐταῖς τε ταύταις ταῖς ἱστορίαις πιστεύσαντες, καὶ τῇ πολυμαθίᾳ τοῦ ποιητοῦ, καὶ πρὸς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις ἔτρεψαν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καθάπερ Κράτης τε ὁ Μαλλώτης ἐποίησε, καὶ ἄλλοι τινές· [y] οἱ δ' οὕτως ἀγροίκως ἐδέξαντο τὴν ἐπιχείρησιν τὴν τοιαύτην, ὥστε οὐ μόνον τὸν ποιητὴν σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην ἐκ πάσης τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης ἐξέβαλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἁψαμένους τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ μαινομένους ὑπέλαβον· συνηγορίαν δὲ ἢ ἐπανόρθωσιν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον εἰς τὰ λεχθέντα ὑπ' ἐκείνων, εἰσενεγκεῖν οὐκ ἐθάῤῥησεν, οὔτε τῶν γραμματικῶν, οὔτε τῶν περὶ τὰ μαθήματα δεινῶν οὐδείς. Καίτοι ἔμοι γε δοκεῖ δυνατὸν εἶναι καὶ συνηγορῆσαι πολλοῖς τῶν λεχθέντων, καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν [z] ἀγαγεῖν· καὶ μάλιστα εἰς ταῦτα ὅσα Πυθέας παρεκρούσατο τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ κατ' ἄγνοιαν τῶν τε ἑσπερίων τόπων, καὶ τῶν προσβόῤῥων, τῶν παρὰ τὸν ὠκεανόν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσθω, λόγον ἔχοντα ἴδιον καὶ μακρόν.

Τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων πλάνης τῆς εἰς τὰ βάρβαρα ἔθνη, νομίζοι τις ἂν αἴτιον τὸ διεσπάσθαι κατὰ μέρη μικρά, καὶ δυναστείας ἐπιπλοκὴν οὐκ ἐχούσας πρὸς ἀλλήλους κατ' αὐθάδειαν· ὥστε ἐκ τούτου πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἔξωθεν ἀσθενεῖς εἶναι. Τοῦτο δὲ αὔθαδες ἐν δὲ τοῖς Ἴβηρσι μάλιστα ἐπέτεινε, προσλαβοῦσι καὶ τὸ πανοῦργον φύσει, καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν· ἐπίθετοι γὰρ καὶ λῃστρικοὶ τοῖς βίοις ἐγένοντο τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλοις δ' οὐκ [a] ἐπιβαλλόμενοι διὰ τὸ μεγάλας [b] μὴ κατασκευάζεσθαι δυνάμεις

[y] οἱ δ' οὕτως, &c.] Editi οὐδ' οὕτως, & sic mſ. Regius. Cùm autem interpres vetus legerit οἱ δ' οὕτως, atque ita ſcriptos codices habere teſtetur Caſaubonus; hanc lectionem reſtituendam cenſuimus. Certè ex eâ ſenſus optimus emergit; ad quem, tranſlationem Xylandri revocavimus. Vide ad Lat. not. [1].

[z] ἀγαγεῖν.] Mſ. Regius ἄγειν.

[a] ἐπιβαλλόμενοι.] Ita legendum docet

lumnas

lumnas in Atlantico gesta ab eo fingeret. Quæ enim historiæ perhibentur, parum absunt à locis reliquisque ab eo confictis circumstantiis. Itaque neque absurdum Homerus & incredibile proposuit figmentum: neque inepti fuerunt, si qui fidem istarum historiarum, ac multiplicem poëtæ peritiam secuti, poësin ejus ad scientiæ accommodatas quæstiones traduxerunt, ut fecit Crates Mallotes: [1] quidam autem poëtæ institutum ita rusticè interpretati sunt, ut non ipsum modò tanquam fossorem aut messorem ex omni hâc scientiâ ejicerent, sed & omnes, qui hanc tractare aggrederentur, eos pro insanis haberent; cùm neque grammatices neque mathematices peritorum quisquam patrocinari poëtæ, aut emendationem eorum, quæ ii dicebant, aliudve tale proferre auderet: quanquam meâ quidem sententiâ & defendi multa possunt, & corrigi, maximè qualia sunt, in quibus Pytheas decepit sibi credentes, ignoratione ad occasum aut boream juxta oceanum vergentium locorum. Verùm hæc, quia peculiarem & longum requirunt sermonem, omittamus.

Quòd autem Græci ad barbaras gentes evagati sunt, causa videtur fuisse in exiguas portiones distractio principatûs eorum, qui ob fastum coalescere invicem & consortia tueri non possent: unde contigit, ut contra extrinsecus invadentes viribus non essent pares. Hæc contumacia maximè apud Hispanos aucta est, accedente vafricie ingenii & dolosâ varietate; nam homines ii insidiosum & prædatorium vitæ genus sectati sunt, ad parva au-

Casaubonus ex scriptis, quibus msf. Regium adnumeramus. Editi ἐπιλαβόμενοι.

[b] μὴ καλλωπιζέσθαι.] Negationem hîc adhibemus ex msf. Regio & Mediceo, quæ quidem excidit ex editis, sed quam vetus interpres agnoscit, & quam Casaubonus divinaverat.

[1] *quidam autem.*] Ex Casaubono Xylandrum emendamus, corruptâ lectione deceptum. Vide suprà, not. 7. Aristarchum hîc tangit Strabo, & alios qui Homeri omnia, ut fabulosa interpretabantur.

καὶ κοινωνίας. Εἰ γὰρ δὴ συνασπίζειν ἐβούλοντο ἀλλήλοις, οὔτε Καρχηδονίοις ὑπῆρξεν ἂν καταστρέψασθαι ἐπελθοῦσι τὴν πλείστην αὐτῶν ἐκ περιουσίας· καὶ ἔτι πρότερον Τυρίοις, εἶτα Κελτοῖς, οἳ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται· οὔτε τῷ λῃστῇ Οὐριάθῳ καὶ Σερτωρίῳ μετὰ ταῦτα, καὶ εἴ τινες ἕτεροι δυναστείας ἐπεθύμησαν μείζονος. Ῥωμαῖοί τε τὰ κατὰ μέρη πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν καθ' ἑκάστην, διὰ ταύτην τὴν δυναστείαν, πολύν τινα διετέλεσαν χρόνον, ἄλλοτ' ἄλλους καταστρεφόμενοι τέως, ἕως ἅπαντας ὑποχειρίους ἔλαβον [c] διακοσιοστῷ σχεδόν τι ἔτει, ἢ μακρότερον. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν περιήγησιν.

Μετὰ τοίνυν τὰ Ἄβδηρα ἐστὶν ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα, κτίσμα Ἀσδρούβα, τοῦ διαδεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα, κρατίστη πολὺ τῶν ταύτῃ πόλεων· καὶ γὰρ [d] ἐρυμνότητι, καὶ τείχει κατεσκευασμένῳ καλῶς, καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται, καὶ τοῖς τῶν ἀργυρείων μετάλλοις περὶ ὧν εἰρήκαμεν· κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τοῖς πλησίον τόποις πολλὴ ἡ ταριχεία· καὶ ἔστι τοῦτο μεῖζον ἐμπορεῖον τῶν μὲν ἐκ θαλάττης, τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ· τῶν δ' ἐκεῖθεν, τοῖς ἔξω πᾶσιν. Ἡ δ' ἐνθένδε μέχρι τοῦ Ἴβηρος παραλία, κατὰ μέσον πως τὸ διάστημα ἔχει τὸν Σούκρωνα ποταμὸν, καὶ τὴν ἐκβολὴν αὐτοῦ, καὶ πόλιν ὁμώνυμον· ῥεῖ δὲ ἐκ τοῦ συνεχοῦς ὄρους τῇ ὑπερκειμένῃ ῥάχει τῇ τε Μαλάκας καὶ τῶν περὶ Καρχηδόνα ὑπερκειμένων τόπων, περατὸς πεζῇ, παράλληλος δέ πως τῷ Ἴβηρι, [e] μικρὸν δὲ διέχει τῆς Καρχηδόνος, ἢ τοῦ Ἴβηρος. Μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Σούκρωνος καὶ τῆς Καρχηδόνος, τρία πολίχνια Μασσαλιωτῶν εἰσὶν οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ ποταμοῦ· τούτων δ' ἐστὶ γνωριμώτατον, τὸ Ἡμε-

---

[c] διακοσιοστῷ σχεδόν τι ἔτει.] Sic ſcripti, teſte Caſaubono; ſic quoque mſ. Regius. Vulgò διακοσίοις ἔτεσι σχεδόν τι.

[d] ἐρυμνότητι.] Lectionem hanc quam nullâ quidem adductâ librorum auctoritate, Caſaubonus propoſuit, recepimus; cùm eam & vetus interpres agnoverit & mſ. R. exhibeat. Editi ἐρυμνοτάτη.

[e] μικρὸν δὲ διέχει τῆς Καρχηδόνος ἢ τοῦ Ἴβηρος.] Mendoſus locus, cui reſtituendo nihil opis ſcripti ferunt. Legebat vetus interpres καὶ τοῦ Ἴβηρος. Xylander emendabat μικρῷ δὲ ἧττον διέχει, quod magis videtur convenire.

---

[a] *cùm magnas vires ſocietateſque non comparaſſent.*] Hîc Xylandri interpretationi manum tantillùm admovimus, cùm ſententiam non omnino aſſecutus

daces, nihil magnum moliti, [2] cùm magnas vires societatesque non comparassent. Qui si conjunctis viribus tueri se voluissent, nunquam licuisset, neque Carthaginensibus, incursione factâ, majorem Hispaniæ partem [3] nemine prohibente subigere: neque ante hos Tyriis & Celtis, qui nunc Celtiberi & Berones dicuntur: neque postea temporis, latroni Viriatho & Sertorio, & si qui alii ad majus in Hispanos imperium animos adjecerunt. Et Romani, per partes, Hispanorum modò hanc modò, aliam ditionem bello impetentes, aliàs alios domando, multum temporis traxerunt, donec tandem omnes in suam redegerunt potestatem, ducentis ferè & pluribus usi ad hoc annis. Verùm ego ad narrationem revertor.

Ergo post Abdera sequitur Carthago nova, ab Asdrubale condita, eo qui Barcæ Annibalis patri successit, longè præstantissima omnium ejus regionis urbium: nam & loci naturâ est munitissima, & muro præclarè extructo, & ornata est portubus ac lacu, & argenteis, quæ dixi, metallis, & cùm ibi, tum in vicinis locis multum consit salsamentorum, estque hoc magnum emporium, ubi & mediterranei maritimas, & maritimi mediterraneas mercantur merces. Ora hinc usque ad Iberum fluvium, medio ferè spatio, habet Sucronem fluvium, ejusque ostium, & [4] urbem cognominem: amnis delabitur è monte, qui contiguus est dorso supra Malacam & Carthaginem, pedibusque potest transiri, parallelus ferè Ibero, à quo aliquanto quàm à Carthagine distat longiùs. Inter Sucronem & Carthaginem tria sunt Massiliensium oppida, non procul à fluvio: inter quæ celeberrimum est

---

videretur. Sic autem transferebat: *nihil magnum moliti, magnæ potentiæ societatisque constituendæ conatum posthabuerunt.* Causam accepit vir doctus pro effectu.

3 *nemine prohibente.*] Græcè ἐκ περιουσίας, id est *facilè*, sine labore.

4 *urbem cognominem.*] Jam Plinii tempore excisa urbs ea. Plinius enim ait, lib. III, cap. 3: *Sucro, fluvius, & quondam oppidum.* Extabat autem urbs Sucro, circa annos 200 ante Christum natum, ut ex Livio discimus, lib. XXXVIII, cap. 24 & seqq.

ῥοσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ, τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν Σερτώριος· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικὸν, κάτοπτον δὲ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι. Καλεῖται δὲ Διάνιον, οἷον Ἀρτεμίσιον, ἔχον [f] σιδηρεῖα εὐφυῆ πλησίον· καὶ νησίδια, Πλανησίαν καὶ Πλουμβαρίαν, καὶ λιμνοθάλατταν ὑπερκειμένην, ἔχουσαν ἐν κύκλῳ σταδίων τετρακοσίων. Εἶθ' ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἤδη [g] πρὸς Καρχηδόνα, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον· εἴκοσι δὲ διέχει σταδίους καὶ τέσσαρας τῆς Καρχηδόνος.

Πάλιν δ' ἐπὶ θάτερα τοῦ Σούκρωνος ἰόντι ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἴβηρος, Σάγουντον, κτίσμα Ζακυνθίων· ἣν Ἀννίβας κατασκάψας παρὰ τὰ συγκείμενα πρὸς Ῥωμαίους, τὸν δεύτερον αὐτοῖς ἐξῆψε πόλεμον πρὸς Καρχηδονίους. Πλησίον δὲ πόλεις εἰσὶ, Χεῤῥόνησός τε, καὶ Ὀλέαστρον, καὶ Καρταλίας· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, [h] Δέρκιωσα κατοικία· ῥεῖ δὲ ὁ Ἴβηρ ἀπὸ Καντάβρων ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐπὶ μεσημβρίαν διὰ πολλοῦ πεδίου, παράλληλος τοῖς Πυρηναίοις ὄρεσι. Μεταξὺ δὲ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκτροπῶν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης, ἐφ' ὧν ἵδρυται τὰ ἀναθήματα τοῦ Πομπηΐου, πρώτη [i] Ταρακὼν ἐστι πόλις, ἀλίμενος μὲν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη, καὶ κατεσκευασμένη τοῖς ἄλλοις ἱκανῶς, καὶ οὐχ ἧττον εὐανδροῦσα νυνὶ τῆς Καρ-

[f] σιδηρεῖα.] Ita scribimus cum Casaubono ex codice H. Stephani. Ms. Regius habet σιδηρία, editi σιδηρᾶ.

[g] πρὸς Καρχηδόνα.] Ms. Regius πρὸς Καρχηδόνι.

[h] Δέρκιωσα.] Sic constanter scripti & editi omnes. Interpretibus *Dertossa*, quæ infrà Δερτῶσσα, seu potius Δερτῶσα, ad transitum Iberi sita, ab ipso Strabone vocatur. Vide p. 501, not. r

[i] Ταρακών.] Meliùs apud Ptolemæum & Stephanum Ταῤῥακὼν: in nummis enim & inscriptionibus vocatur *Tarraco*.

[9] *Hemeroscopium.*] Xylander nomen Græcum, juxta vocis Græcæ vim propriam, exposuit, *id quod habet diurnam speculam;* meticulosiùs sanè. *Hemeroscopium* enim, oppidum hoc Avienus appellat, Oræ marit. versu 79 & seqq.

. . . . . Hemeroscopium quoque
Habitata pridem hîc civitas: nunc jam solum
Vacuum, inclarum, languido stagno madet.

[5] Hemeroſcopium, habens in promontorio fanum Dianæ Epheſiæ magnâ religione cultum, quo ad res mari gerendas uſus eſt arce & receptaculo Sertorius: munitum enim eſt editi loci naturâ, & latrociniis aptum, longéque ab adnavigantibus cerni poteſt. Nomen eſt ei [6] Dianium, habetque in propinquo bonas ſecturas ferrarias, tum exiguas inſulas Planeſiam ac Plumbariam, ac lacum marinum supernè, cujus circuitus ſtadiorum CCCC. Sequitur Herculis inſula jam ponè Carthaginem, quam Scombrariam vocant, à captis ibi ſcombris, ex quibus optimum fit garum: diſtat à Carthagine ſtadiis XXIV.

Rurſus à Sucrone in alteram partem proficiſcenti versùs oſtia Iberi, Saguntum à Zacynthiis conditum: quam urbem cùm Annibal deleviſſet contra pacta cum Romanis conventa, ſecundum illorum contra Carthaginienſes bellum inflammavit. In propinquo urbes ſunt [7] Cherroneſus, [8] Oleatrum, [9] Cartalias, & in ipſo Iberi trajectu Dertoſſa colonia. Iberus ortus apud Cantabros, per longam planitiem versùs meridiem fluit, parallelus Pyrenæis montibus. Inter Iberi oſtia & Pyrenes extrema, ubi ſunt Pompeii tropæa, prima urbs eſt [10] Tarracon, portu quidem carens, ſed in ſinu condita, & aliis ſatis inſtructa rebus, nunc non paucioribus quàm Carthago frequentata viris. Commodè enim ſita eſt ad præfecto-

---

6 *Dianium.*] Vulgò Hemeroſcopium cum Dianio confundunt recentiores geographi. Utrumque diſtinguendum eſſe contendit Petrus de Marca, Marcæ Hiſp. p. 116; atque id locus hic Strabonis ſatis evincit. Dianium, hodiè *Denia* dicitur, & gaudet Marchionatûs titulo.

7 *Cherroneſus.*] Variis urbibus id nomen inditum fuit, ab ipſius loci naturâ ſumptum. Sonat enim vox Græca χιῤῥόνησος, idem ac Latinis peninſula. Porrò urbs eſt eodem in tractu, quæ hodiè nomen Hiſpanicum peninſulæ ſervat, *Peniſcola*; & eadem eſſe videtur quæ *Cherroneſus* Straboni.

8 *Oleatrum.*] Non Plinii Oleaſtrum, ab Ibero procul ſitum; ſed potiùs Oleaſtrum Antonini, Tarracone diſſitum XXI M paſſuum; p. 399. edit. Weſſel.

9 *Cartalias.*] Soli Straboni memorata urbs.

10 *Tarracon.*] Hodiernis Hiſpanis *Tarragona.*

χεδόνος· πρὸς γὰρ τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας εὐφυῶς ἔχει, καὶ ἔστιν ὥσπερ μητρόπολις οὐ τῆς ἐντὸς Ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς. Αἵ τε Γυμνήσιαι νῆσοι προκείμεναι πλησίον, καὶ ἡ Ἔβυσος, ἀξιόλογοι νῆσοι, τὴν θέσιν εὔκαιρον τῆς πόλεως ὑπαγορεύουσιν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ ναύσταθμον ἔχειν φησὶν αὐτήν· οὐδὲ [k] ἀγκυροβόλοις σφόδρα εὐτυχοῦσαν, ὡς ἀντιλέγων εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος.

Καὶ ἡ σύμπασα δ' ἀπὸ Στηλῶν, σπανίζεται λιμέσι μέχρι δεῦρο· ἐντεῦθεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς, εὐλίμενα· καὶ χώρα ἀγαθὴ, τῶν τε Λεητανῶν, καὶ Λαρτολαιητῶν, καὶ ἄλλων τοιούτων μέχρι Ἐμπορείου. Αὐτὸ δ' ἐστὶ Μασσαλιωτῶν κτίσμα, ὅσον [l] τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σταδίους, καὶ τῶν μεθορίων τῆς Ἰβηρίας πρὸς τὴν Κελτικήν· καὶ αὕτη δ' ἐστὶ πᾶσα ἀγαθὴ καὶ εὐλίμενος. Ἐνθαῦθα δ' ἐστὶ καὶ ἡ [m] Ῥοδόπη, πολίχνιον Ἐμποριτῶν· τινὲς δὲ κτίσμα Ῥοδίων φασί· κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τῷ Ἐμπορείῳ τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν τιμῶσιν· ἐροῦμεν δὲ τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς περὶ Μασσαλίας. Ὤκουν οἱ Ἐμπορῖται πρότερον νησίον τι προκείμενον, ὃ νῦν καλεῖται παλαιὰ πόλις· νῦν δ' οἰκοῦσιν ἐν τῇ ἠπείρῳ. Δίπολις δ' ἐστὶ, τείχει διωρισμένη, πρότερον τῶν Ἰνδικητῶν τινὰς προσοίκους ἔχουσα, οἳ καίπερ ἰδίᾳ πολιτευόμενοι, κοινὸν ὅμως περίβολον ἔχειν ἐβούλοντο πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἀσφαλείας χάριν· διπλοῦν δὲ τοῦτο, τείχει μέσῳ διωρισμένον· τῷ χρόνῳ δ' εἰς ταυτὸ πολίτευμα συνῆλθον μικτόν τι, ἔκ τε βαρβάρων καὶ Ἑλληνικῶν νομίμων, ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν συνέβη.

Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς πλησίον ἐκ τῆς Πυρήνης ἔχων τὰς ἀρχὰς, ἡ δ' ἐκβολὴ λιμήν ἐστι τοῖς Ἐμπορίταις· λινουργοὶ δὲ

---

[k] ἀγκυροβόλοις.] Legere jubet Casaubonus ἀγκυροβολίοις.

[l] τετρακισχιλίους.] Sic editi & mss. Numerus hic stadiorum immane quantùm à vero distet, jam diu notavit Palmerius, cui loca hæc fuerunt notissima. Scribit ergo 400 pro 4000; & emendatio eadem in translatione Latinâ Xylandri adhibita est.

[m] Ῥοδόπη.] Ptolemæo vocibus duabus temere mixtis Ῥοδίπολις, Stephano Byzantino Ῥόδη, sicut & Scymno Chio in Perieg., vers. 204: *Rhoda* Melæ, lib. II, cap. 6. Olim dejecta fuit

rum in Hispaniâ peregrinationes: estque metropolis non tantùm intra Iberum sitæ Hispaniæ, sed & magnæ partis ejus quæ extra est: tum Gymnesiæ & Ebusus, memorabiles insulæ, ostendunt situm urbis esse opportunum. Eratosthenes ei navium quoque tribuit stationem, cùm Artemidorus eum refellens dicat eam ne anchoris quidem jaciendis esse satis opportunam.

Sanè tota à Columnis ora huc usque raros habet portus: deinceps autem portus sunt passim boni, & solum fertile, cùm [11] Leetanorum, tum Lartolæetarum, aliorumque usque ad [12] Emporium. Urbs ea à Massiliensibus condita, à Pyrenâ distat, & Hispaniæ cum Galliâ confinio, ad stadia CCCC: regio tota bona est, & bonos habet portus. Ibi quoque est [13] Rhodope, urbs Emporiensium: quidam à Rhodiis conditam dicunt. Ibi & Emporiis, Dianam Ephesiam colunt: causam dicemus, ubi de Massiliâ sermo erit. Habitarunt Emporienses antè, insulam quandam oppositam, quæ nunc vetus urbs dicitur: modò in continente degunt. Est autem in duas urbes divisa, muro ducto, cùm olim accolerent Indigetum quidam: qui etsi suâ uterentur reipublicæ formâ, tamen quo essent tutiores, iisdem, cum Græcis, voluerunt includi mœnibus, muro tamen intus ab iis distincti. Tempore in unam coaluerunt civitatem, mixtam ex barbaricis & Græcis constitutionibus, quod & multis aliis evenit.

In proximo fluvius labitur, è Pyrenâ ortus, cujus ostio pro portu utuntur Emporienses. Linificio magnam

---

urbs illa; sed eam reparatam fuisse, quidam volunt, atque hodiè extare, quam nunc *Rosas* vocamus, retentâ Græcæ dictionis significatione. Contradicunt alii: de quibus videsis P. de Marca, Marcæ Hisp., p. 177.

---

11 *Leetanorum.*] Ii Plinio *Leletani*, lib. III, cap. 3. Hoc autem verum esse eorum nomen arguitur ex inscriptione veteri, quam retulit P. de Marca, p. 148 Marcæ Hispanicæ.

12 *Emporium.*] Aliis pluribus *Emporiæ*, hodierno nomine *Ampurias*.

13 *Rhodope.*] Seu potiùs *Rhoda*, ut apud Melam. Vide suprà, not. m.

ἱκανῶς οἱ Ἐμπορῖται· χώραν δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσι, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ σπαρτοφόρον, τῆς [n] ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας σχοίνου· καλοῦσι δὲ [o] Ἰουγγαρίον πεδίον· τινὲς δὲ καὶ [p] τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται, μέχρι τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου, δι' ὧν βαδίζουσιν εἰς τὴν ἔξω καλουμένην Ἰβηρίαν ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ μάλιστα τὴν Βαιτικήν· αὕτη δ' ἡ ὁδὸς, ποτὲ μὲν πλησιάζει τῇ θαλάττῃ, ποτὲ δ' ἀφέστηκε, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν μέρεσι. [q] Φέρεται ἐπὶ Ταρράκωνα, ἀπό τε τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου, διὰ τοῦ Ἰουγγαρίου πεδίου, καὶ Βετλέρων, καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον· ἐκ δὲ Ταρράκωνος ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος, καὶ [r] Δερτῶσαν πόλιν· ἐντεῦθεν διὰ Σαγούντου καὶ Σετάβιος πόλεως ἐνεχθεῖσα, κατὰ μικρὸν ἀφίσταται τῆς θαλάττης, καὶ συνάπτει τῷ Σπαρταρίῳ [s] ὡς ἂν Ἀλισχοινοῦντι καλουμένῳ πεδίῳ· τοῦτο δ' ἐστὶ μέγα καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοκικὴν φύον σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχουσαν εἰς πάντα τόπον, καὶ μάλιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν· πρότερον μὲν οὖν διὰ μέσου τοῦ πεδίου καὶ Ἐγελάστας, συνέβαινεν εἶναι τὴν ὁδὸν, χαλεπὴν καὶ πολλήν· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰ πρὸς [t] θάλατταν μέρη πεποιήκασιν αὐτὴν, ἐπιψαύουσαν μόνον τοῦ σχοινοῦντος, εἰς τ' αὐτὸ καὶ τείνουσαν τῇ προτέρᾳ, τὰ περὶ Κλάστωνα καὶ Ὀβούλκωνα· δι' ὧν εἴς τε Κορδύβην, καὶ εἰς Γάδειρα ἡ ὁδὸς τὰ μέγιστα τῶν ἐμπορίων. Διέχει δὲ τῆς Κορδύβης ἡ Ὀβούλκων περὶ τριακοσίους σταδίους. Φασὶ δ' οἱ συγ-

---

[n] ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας.] Legit Casaubonus ex mss. εὐχρηστοτέρας καὶ λείας. Suffragatur Petrus de Marca, p. 180, eo quòd Hispanici sparti magna laus sit apud Plinium, l. XVIII, cap. 2. Consentit tamen ms. Regius in lectionem vulgatam, quam ideò retinemus. Salmasius ad hunc locum multa commentatur, quæ videsis in Exercit. Plinianis, p. 185.

[o] Ἰουγγαρίον.] Mss. Regius & Mediceus Ἰουγαρίον & sic deinceps. Lectionem hanc probat Petrus de Marca, p. 182. Hodiè extat in hoc campo vicus *Juncaria*, quod campi juncarii memoriam revocat; atque ibi, etsi agricolarum studio mutata sit agri superficies, spartum tamen adhuc alicubi, frustra reluctante eorum industriâ, nascitur.

[p] τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται.] Locum aliquâ voce mutilum censet Casaubonus. Ut ut sit, sententia plana est.

[q] Φέρεται ἐπὶ, &c.] Veteres, teste Casaubono, Φέρεται δ' ἐπὶ, &c.

[r] Δερτῶσαν.] Vulgò Δερτώσσαν. Ms.

impendunt

impendunt operam: mediterranea habent partim bona, partim sparti feracia, & schæni seu junci palustris ac minùs utilis: vocant Jungarium campum. Quidam & extrema Pyrenes accolunt, usque ad tropæa Pompeii: per quæ iter est ex Italiâ in exteriorem quam vocant Hispaniam, maximè Bæticam. Hoc iter aliquando appropinquat mari, aliquando recedit, maximè in occiduis partibus. Tendit ad Tarraconem à tropæis Pompeii per Jungarium campum, & [14] Veteres, & campum Fœnicularium, Latinè à fœniculi ibi nascentis copiâ dictum: à Tarracone ad transitum Iberi ad urbem [15] Dertosam: inde per Saguntum & [16] Setabim urbem ductum, paululum à mari recedit, & Spartario (quasi dicas junci marini feraci) campo applicatur. Is magnus & aquæ expers spartum producit funibus texendis aptam, quæ exportatur usquequaque, & maximè in Italiam: ac priùs quidem per medium campum & [17] Egelastas via ducebat, longa & difficilis: nunc autem eam ad maritimas partes averterunt, ita ut tantummodo attingat junciferum illum campum, pergatque, ut via prior, [18] ad Clastonem & Obulconem, unde iter ad Cordubam & Ga-

Regii lectionem asserunt lapides & nummi. Vide suprà, not. [h].

[s] ὡς ἂν ἁλιχοινῦντι.] In mss. Regio deest ἂν, quod etiam non extat in aliis mss. à Casaubono adductis. Conjicit autem vir doctus, priùs scriptum fuisse ὡς ἂν χοινῦντι. Quod emendantes perperam, scripserunt posteriores librarii ὡς ἁλιχοινῦντι, unde, utrâque lectione admissâ, emersit lectio ὡς ἂν ἁλιχοινῦντι. Divinavit acerrimus conjector. Fert enim codex Mediceus ὡς ἂν χοινῦντι. Hâc lectione receptâ, *junci* ferax campus dici debet; non *marini junci: juncus* enim *spartum* est, non *juncus marinus*.

[t] θάλατταν.] Ms. Regius θαλάττῃ.

[14] *Veteres.*] Juxta Græci nominis lectionem vulgatam *Betteres* vel *Betterones*, ut scripsit interpres vetus. At notissima commutatio litterarum labialium V & B. Ergo nomen hoc efferri potest *Veteres*, id est *Veterani*, quod pluribus locis à Romanis inditum est. Porrò ejus nominis vestigia superesse videntur in vico quem hodiè vocant *Vidreras*, eodem in tractu etiam nunc extantem.

[15] *Dertosam.*] Quæ nunc, parum mutato nomine, *Tortosa* dicitur.

[16] *Setabim.*] Seu potiùs *Sætabim*: sic enim lapides scribendum esse docent. Urbs ea hodiè *Xativa* nuncupatur, teste P. de Marca, p. 118.

[17] *Egelastas.*] Urbs Egelasta in Tarraconensi memoratur à Plinio, lib. XXXI, cap. 6.

[18] *ad Clastonem.*] Id videtur Casaub. intelligendum de Castulone. Confer not. [9], p. 444, not. [33], p. 445 & [o], p. 464.

γραφεῖς, [u] εἰσελθεῖν Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα, καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ ἐνταῦθα, ἡνίκα ἔμελλε συνάπτειν εἰς τὸν περὶ τὴν Μοῦνδαν πόλεμον.

Ἡ μὲν δὴ παραλία πᾶσα ἡ ἀπὸ Στηλῶν μέχρι τῆς μεθορίας τῆς Ἰβήρων καὶ Κελτῶν, τοιαύτη. Ἡ δ' ὑπερκειμένη μεσόγαια, λέγω δὲ τὴν ἐντὸς τῶν τε Πυρηναίων ὀρῶν καὶ τῆς προσαρκτίου πλευρᾶς, [x] μέχρις Ἀσύρων δυοῖν μάλιστα ὄρεσι διορίζεται· τούτων δὲ τὸ μὲν παράλληλόν ἐστι τῇ Πυρήνῃ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν Καντάβρων ἔχον· τελευτὴν δ' ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καλοῦσι δὲ τοῦτο [y] Ἰδούβεδα· ἕτερον δ' ἀπὸ τοῦ μέσου διῆκον ἐπὶ τὴν δύσιν, ἐκκλῖνον δὲ πρὸς νότον, καὶ τὴν ἀπὸ Στηλῶν παραλίαν· ὃ κατ' ἀρχὰς μὲν γεώλοφόν ἐστι καὶ ψιλὸν, διέξεισι δὲ τὸ καλούμενον Σπαρτάριον πεδίον· εἶτα συνάπτει τοῖς δρυμοῖς τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς τε Καρχηδονίας καὶ τῶν περὶ τὴν Μάλακαν τόπων· καλεῖται δὲ Ὀρόσπεδα. Μεταξὺ μὲν δὴ τῆς Πυρήνης καὶ τῆς Ἰδουβέδας ὁ Ἴβηρ ῥεῖ ποταμὸς, παράλληλος τοῖς ὄρεσιν ἀμφοτέροις, πληρούμενος ἐκ τῶν ἐντεῦθεν καταφερομένων ποταμῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων. Ἐπὶ δὲ τῷ Ἴβηρι, πόλις ἐστὶ Καισαραυγοῦστα καλουμένη· καὶ Κέλσα κατοικία τις, ἔχουσα γεφύρας λιθίνης διάβασιν. Συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα· γνωριμωτάτου δὲ [z] τοῦ τῶν Ἰακκητανῶν λεγομένου. Τοῦτο δ' ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρορίας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται, καὶ συνάπτει τοῖς περὶ Ἰλέρδαν καὶ [a] Ἰλεόσκαν χωρίοις, τοῖς τῶν Ἰλεργετῶν, οὐ πολὺ ἀπω-

---

[u] εἰσελθεῖν Καίσαρα.] Sic mſ. Regius. Vulgò ἐλθεῖν καὶ Καίσαρα, quod jam diu corruptum animadverterat Caſaubonus.

[x] μέχρις Ἀσύρων.] Scripti omnes & veteres editi μέχρι Σατύρων. Xylander ex conjecturâ emendavit μέχρις Ἀσούρων: nos ut infrà ſcribitur, Ἀσύρων.

[y] Ἰδούβερα.] Mſ. Mediceus hîc & deinceps Ἰδουβαίδα. Mſ. Regius, ſibi ipſi non conſtans, utroque modo ſcribit. Ptolemæus Ἰδούβεδα, lib. II, cap. 6.

[z] τοῦ τῶν.] Mſ. Regius uno verbo τούτων.

[a] Ἰλεόσκαν.] Magna de hoc nomine controverſia eſt inter doctos. Claudius Puteanus emendabat Ὄσκαν, quin & legere malebat Λίσσαν καὶ Ὄσκαν, cum Liſſam & Oſcam vicinas Ilerdæ urbes Ptolemæus agnoſcat. Puteano ſuffragatur Caſaubonus; ſed conjecturam hanc totis viribus impugnat P. de Marca, & lectionem vulgatam Strabonis retinendam eſſe cenſet. Videſis quæ de his

des, maxima emporia. Abest [19] Obulco à Cordubâ circiter CCC stadia. Historici perhibent Cæsarem pervenisse XXVII dierum itinere, Româ Obulconem, [20] ubi castra fuere, cùm esset ad Mundam conserturus prœlium.

Explicatum est jam, qualis sit tota maritima ora à Columnis usque ad Hispaniæ & Galliæ confinium. At interior terra, quæ Pyrenæis montibus & septentrionali includitur latere usque ad Astures, duobus præcipuè montibus continetur: horum unus parallelus Pyrenæ est, à Cantabris incipiens, & ad nostrum mare desinens: Idubeda vocant: alter à medio versùs occasum porrectus, ad meridiem & oram Columnis vicinam declinat, initio nudus collis, deinde per Spartarium campum pergens, sylvæ committitur, quæ est supra Carthaginem & Malacam positis in locis. Vocatur hic Orospeda. Inter Pyrenam & Idubedam Iberus fluvius labitur, parallelus utrique montium, impleturque amnibus inde defluentibus, & aliis aquis. Ad Iberum amnem est Cæsaraugusta, & [21] Celsa oppidum, ubi ponte lapideo amnis jungitur. Regionem eam complures incolunt gentes: quarum nobilissima Jaccetani. Ea à Pyrenes radicibus incipiens, in campos dilatatur, & contingit propinqua [22] Ilerdæ

---

fusè disputat vir doctissimus, Marcæ Hispan., p. 216 & seqq. Rationes utrimque minimè pœnitendas judicat Cellarius, lib. II, cap. I, p. 95.

---

[19] *Obulco.*] Nihil satis certo argumento, de vero Obulconis loco statui potest. Si Marianæ credimus, hist. Hisp. liv. III, cap. 21, hodiè *Porcuna* vocatur, Cordubam inter & Jaennam; & certè ibi plures inventæ sunt inscriptiones Obulconis memores. Si Caro fides adhibetur, antiq. Hisp. lib. III, cap. I, Obulco nunc *Monclova* dicitur. Vide suprà, p. 442, not. [k].

[20] *ubi castra fuere.*] Hæc omisit Xylander, quæ nos supplevimus.

[21] *Celsa.*] Quidam oppidum hoc esse volunt quod nunc *Vililla* dicitur; ubi supersunt veteris pontis reliquiæ: quidam, quod hodiè *Xelsa* vocatur, retento ferè veteri nomine; atque ibi vidisse se vetustæ urbis rudera testantur. Adi P. de Marca, p. 220 & seqq. *Celsæ* coloniæ nummi non infrequentes.

[22] *Ilerdæ & Ileoscæ.*] Ilerda sæpè oppugnata, capta, ac demum eversa, instaurata nunc *Lerida* vocatur. *Ileosca* quid sit aut fuerit ambigitur. Vide suprà, not. [a].

θεν τοῦ Ἴβηρος. Ἐν δὲ ταῖς πόλεσι ταύταις, ἐπολέμει τὸ τελευταῖον Σερτώριος, καὶ ἐν Καλάγουρι Οὐασκώνων πόλει, καὶ τῆς παραλίας ἐν Ταρακῶνι, καὶ ἐν τῷ Ἡμεροσκοπείῳ, μετὰ τὴν ἐκ Κελτιβήρων ἔκπτωσιν· [b] ἐτελεύτα δὲ νόσῳ. Καὶ περὶ Ἰλέρδαν ὕστερον Ἀφράνιος καὶ Πετρήϊος, οἱ τοῦ Πομπηΐου στρατηγοὶ, κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ. Διέχει δὲ ἡ Ἰλέρδα τοῦ μὲν Ἴβηρος, ὡς ἐπὶ δύσιν ἰόντι σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα: Ταρακῶνος δὲ πρὸς νότον περὶ υξ: πρὸς ἄρκτον δὲ [c] Ὄσκας πεντακοσίους τεσσαράκοντα· διὰ τούτων δὲ τῶν ὀρῶν ἡ ἐκ Ταρακῶνος ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ Οὐάσκωνας τοὺς κατὰ Πομπέλωνα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ [d] Ἰδάνουσαν πόλιν, ὁδός ἐστι σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων, πρὸς αὐτὰ τὰ τῆς Ἀκουϊτανίας ὅρια καὶ τῆς Ἰβηρίας. Ἰακκητανοὶ δ' εἰσὶν ἐν οἷς τότε μὲν Σερτώριος ἐπολέμει πρὸς Πομπήϊον· ὕστερον δὲ ὁ Πομπηΐου υἱὸς Σέξτος, πρὸς τοὺς Καίσαρος στρατηγούς. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰακκητανίας πρὸς ἄρκτον τὸ τῶν Οὐασκώνων ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν Πομπηϊόπολις.

Αὐτῆς δὲ τῆς Πυρήνης τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν, εὔδενδρόν ἐστι παντοδαπῆς ὕλης, καὶ τῆς ἀειθαλοῦς· τὸ δὲ Κελτικὸν ψιλόν· τὰ δὲ μέσα περιέχει καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένους αὐλῶνας· ἔχουσι δ' αὐτοὺς Κερρητανοὶ, τὸ πλέον, τοῦ Ἰβηρικοῦ φύλου· παρ' οἷς πέρναι διάφοροι συντίθενται [e] ταῖς Κανθαρικαῖς ἐνάμιλλοι,

---

[b] ἐτελεύτα δὲ νόσῳ.] Corruptum locum docti judicant. Sertorius enim non morbo periit, sed à suis per insidias interemptus, ut discimus ex Velleio Paterculo, lib. II. Idem Paterculus eum Ætoscæ interemptum memorat. Quidni dicatur Ætoscam Paterculi, Ileoscam esse Strabonis? Ibi enim Strabo dixit Sertorium postremam confecisse belli partem. Ergo legendum erit ἐτελεύτα δ' ἐν Ἰλεόσκᾳ. Hanc conjecturam debemus summo viro P. de Marca. Nec minùs fortè vero similis videbitur Claudii Puteani lectio, ἐτελεύτα δ' ἐν Ὄσκῃ, Nonnium, Casaubonum, Wesselingium, & alios magni nominis vindices habet. De cætero, mss. omnes & editi consentiunt in lectionem vulgatam, quam ideò retinemus. Nihil enim obstat quominùs morbo interemptum Sertorium Strabo perperam crediderit.

[c] Ὄσκας.] Ms. Regius & veteres editi ferunt ὁ Ἴσκας. Xylander ex conjecturâ Ὄσκας reposuit; & certè id maximè congruit: nam ex Itinerario Antonini discimus Ilerdam ab Oscâ distare 69 millibus passuum. Id autem proximè accedit ad intervallum stadiorum 540 quæ Strabo ab Ilerdâ numerat ad

& Ileoſcæ loca, quæ ſunt regionis Ilergetum, non procul ab Ibero remota. In his urbibus poſtremam belli partem Sertorius confecit, & [23] Calaguri Vaſconum urbe, & in orâ circum Tarraconem, atque [24] in Hemeroſcopio, poſtquam Celtiberiâ fuit ejectus, deceſſit autem è morbo. Et apud Ilerdam poſtmodò Afranius & Petreius Pompeiani duces à D. Cæſare ſunt victi. Diſtat Ilerda ab Ibero versùs occaſum ſito, ſtadiis CLX : à Tarracone versùs auſtrum diſtante abeſt ad CCCCLX, versùs ſeptentrionem ab Ilerda abeſt Oſca ſtadiis IↃXL. Per dictos montes à Tarracone ad extremos ad oceanum habitantes Vaſcones, qui ſunt circa Pompelonem & Idanuſam urbem ad ipſum ſitam oceanum, iter eſt ſtadiorum CIↃ CIↃ CCCC, deſinens in ipſos Aquitaniæ & Hiſpaniæ limites. In Jaccetanis & Sertorius bellum contra Pompeium geſſit, & poſtea Sextus Pompeius hujus filius contra Cæſaris legatos. Supra Jaccetaniam versùs ſeptentrionem habitant Vaſcones, in quibus urbs eſt [25] Pompelon, quaſi Pompeii ſi urbem diceres.

Ipſius Pyrenes Hiſpanicum latus arborum dives eſt, omnis generis ſylvam habet, etiam perpetuò virentem. Gallicum latus nudum eſt. In medio convalles continentur, habitationibus opportunæ. Eas majori ex parte

eam urbem quam Xylander Oſcam eſſe arbitratur.

[d] Ἰδάνουσαν.] Mſ. Regius, &, teſte Caſaubono, nonnulli codices alii, ferunt Οἰδάσουναν : in aliis, eodem teſte, ſcribitur Οἰάσωνα, quod valdè accedit ad Pyrenes promontorii nomen Οἰάσω, apud Ptolemæum, lib. II, cap. 7; unde conjicit Caſaubonus fortè legendum eſſe Οἰασῶνα : & id Pintiano quoque placet; ut Caſaubonus ipſe monuit.

[e] ταῖς Κανθαρικαῖς.] Reſtituit Caſaubonus Κανταβρικαῖς, ex interprete veteri, & codice H. Stephani. Mſ. Regius habet, ut editi, Κανθαρικαῖς. Suſpicionem nobis movet de Caſauboni reſtitutione Athenæus, lib. XIV, p. 657 & ſeqq. Is enim locum Strabonis citat, & ſcribit Κιβυρικαῖς : idemque Athenæus, paulo antè, laudibus extollit pernas ex Aſiaticâ advectas Cibyrâ. Lectores viderint.

23 *Calaguri.*] Quæ hodiè *Calahorra.*

24 *in Hemeroſcopio.*] Xylander *Dianium* interpretabatur, accuratè non ſatis: ſuprà enim monuimus à Dianio Hemeroſcopium eſſe diſtinguendum. Vidè p. 501, not. 6.

25 *Pompelon.*] Vocatur hodiè *Pampelune.*

πρόσοδον οὐ μικρὰν τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαι. Ὑπερβάλλοντι δὲ τὴν Ἰδούβεδαν, ἡ Κελτιβηρία παραχρῆμα πολλὴ καὶ ἀνώμαλος· τὸ μὲν πλέον αὐτῆς ἐστὶ τραχὺ, καὶ ποταμόκλυστον· διὰ γὰρ τούτων ὅ, τε Ἄνας φέρεται, καὶ ὁ Τάγος, καὶ οἱ ἐφεξῆς ποταμοὶ οἱ πλείους, οἱ ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν καταφερόμενοι, τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἐκ [f] τῆς Ἰβηρίας· ὧν ὁ Δουρίας φέρεται παρὰ τὴν Νομαντίαν, καὶ τὴν Σεργουντίαν· ὁ δὲ Βαῖτις ἐκ τῆς Ὀροσπέδας τὰς ἀρχὰς ἔχων, διὰ τῆς Ὠρητανίας εἰς τὴν Βαιτικὴν ῥεῖ.

Οἰκοῦσι δ᾽ ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν τοῖς Κελτίβηρσι Βήρωνες, Καντάβροις ὅμοροι τοῖς Κονίσκοις, καὶ αὐτοὶ τοῦ Κελτικοῦ στόλου γεγονότες· ὧν ἐστὶ πόλις Οὐαρία κατὰ τὴν τοῦ Ἴβηρος διάβασιν κειμένη· συνεχεῖς δ᾽ εἰσὶ καὶ [g] Βαρδυΐταις, οὓς οἱ νῦν Βαρδυάλους καλοῦσιν· ἐκ δὲ τοῦ ἑσπερίου τῶν τε Ἀστύρων τινὲς καὶ τῶν Καλλαϊκῶν καὶ Οὐακκαίων· ἔτι δὲ Οὐεττόνων καὶ Καρπητανῶν· ἐκ δὲ τῶν νοτίων, Ὠρητανοί τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι τὴν Ὀρόσπεδαν οἰκοῦσι Βαστητανῶν τε καὶ [h] Διττανῶν. Πρὸς ἕω δὲ Ἰδούβεδα· αὐτῶν τε τῶν Κελτιβήρων εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένων, οἱ κράτιστοι μάλιστα πρὸς ἕω εἰσὶ, καὶ πρὸς νότον, [i] οἱ Ἀρευάκοι, συνάπτοντες Καρπητανοῖς, καὶ ταῖς τοῦ Τάγου πηγαῖς· πόλις δ᾽ αὐτῶν ὀνομαστοτάτη Νομαντία· ἔδειξαν δὲ τὴν ἀρετὴν τῷ Κελτιβηρικῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ῥωμαίους, ἑκο-

---

[f] τῆς Ἰβηρίας.] Intellige cum Casaubono τῆς Κελτιβηρίας.

[g] Βαρδυΐταις.] Hos arbitramur eosdem esse, quos suprà jam Strabo Βαρδυήτας appellavit, & inter septentrionales Iberiæ ad Pyrenem accolas recensuit.

[h] Διττανῶν.] Legi vult Casaubonus Λαιητανῶν, eo quòd sint ii suprà memorati, Dittannosque nunquam se reperisse fateatur, etsi diligenter eos conquisiverit. Attamen apud Plinium *Deitaniæ* mentio est hâc in ipsâ orâ, t. 1, p. 140. Ergo nihil mutandum in contextu Strabonis hoc loco; *Deitania* enim Plinii, videtur esse patria *Dittanorum* Strabonis.

[i] οἱ Ἀρευάκοι.] Rectè sic emendavit Xylander ex Plinio & Ptolemæo. Editi veteres & mss. habent Οἰυεράκοι. Ita & ms. Regius qui tamen paulo post, veræ lectioni propior, scribit Ἀρυακτῶν.

---

26 *Numantiam & Serguntiam.*] Numantia notissima urbs; Serguntia mi-

tenent Cerretani, Hiſpanica gens : apud hos pernæ conficiuntur præſtantes, Cantabricis non cedentes, multúmque inde iſtis eſt emolumenti. Porrò Idubedæ ſuperato ſtatim Celtiberia additur, ampla regio & inæqualis. Major ejus pars aſpera eſt, & amnibus alluitur : nam per hanc defluunt Anas, & Tagus, ac deinceps alii fluvii, qui in Hiſpaniæ hâc parte orti in mare occiduum deferuntur. Ex his Durius fluvius [26] Numantiam & Serguntiam præterlabitur : Bætis ex Oroſpeda ortus, per Oretaniam in Bæticam fluit.

A Celtiberis versùs ſeptentrionem ſunt Berones, [27] Cantabrorum Coniſcorum, finitimi, [28] & ipſi è Celticâ tranſmigratione orti. Horum urbs eſt [29] Varia, ſita ad trajectum Iberi : contigui ſunt Bardyetis, quos nunc [30] Bardyalos vocant. Ad occiduum latus accolunt Aſtures quidam, Callaici, Vaccæi, Vettones, & Carpetani. Versùs meridiem Oretani, & qui alii de Baſtetanis & Dittanis Oroſpedam habitant. Ad ortum eſt Idubeda : & Celtiberis in quatuor partes diviſis, præſtantiſſimi eorum, maximè versùs ortum habitant & meridiem, Arevaci, Carpetanis & Tagi oſtiis contermini. Horum eſt celeberrima urbs Numantia. Virtutem ſuam demonſtrarunt bello Celtiberico adversùs Romanos, quod bellum annos duravit XX, multis Romanorum exercitibus cum eorum ducibus ad internecionem deletis : tandem Numantini obſidio-

---

nimè nota. *Seguntiam* vel *Sagontiam* intelligunt vulgò interpretes. At inter plures hujus nominis urbes nulla memoratur quam alluat Durius. Si quid hîc igitur nobis conjectandum foret, Serguntiam Strabonis eamdem eſſe diceremus quæ Ptolemæo Σεγυϐία (lib. II, cap. 6) ſub eâdem cœli parte quâ Numantia.

[27] *Cantabrorum Coniſcorum.*] Num iidem ſint Coniſci, quos ſuprà, Coniacos appellat Strabo, dubitant interpretes.

[28] *& ipſi è Celticâ tranſmigratione orti.*] Locum hunc ſic rectè intellexerunt vetus interpres & Caſaubonus. Xylander omnino malè interpretabatur : *ipſi quoque Gallico utentes veſtitu.*

[29] *Varia.*] Hanc Plinius, lib. III, cap. 3, ad eam Iberi partem collocat, quâ jam navigabilis fit.

[30] *Bardyalos.*] Eodem in tractu memorantur à Ptolemæo Varduli (Οὐάρδουλοι), lib. II, cap. 6, qui ad Bardyalorum nomen proximè accedunt.

σαετεῖ γενομένῳ· πολλὰ γὰρ στρατεύματα σὺν ἡγεμόσιν ἐφθάρη· τὸ δὲ τελευταῖον οἱ Νομαντῖνοι πολιορκούμενοι, διεκαρτέρησαν, πλὴν ὀλίγων τῶν ἐνδόντων τὸ τεῖχος. Καὶ οἱ Λούσωνες δὲ ἑῷοι εἰσὶ, συνάπτοντες καὶ αὐτοὶ ταῖς τοῦ Τάγου πηγαῖς· τῶν δ' Ἀρευακῶν ἐστι καὶ Σεγίδα πόλις, καὶ Παλλαντία· διέχει δὲ Νομαντία τῆς Καισαραυγούστας, ἣν ἔφαμεν [k] ἐπὶ τῷ Ἴβηρι ἱδρῦσθαι, σταδίους ἐπὶ ὀκτακοσίους. Καὶ [l] Σηγόβριγα δ' ἐστὶ τῶν Κελτιβήρων πόλις, καὶ Βίλβιλις· περὶ ἃς Μέτελλος καὶ Σερτώριος ἐπολέμησαν. Πολύβιος δὲ τὰ τῶν Οὐακκαίων καὶ τῶν Κελτιβήρων ἔθνη καὶ χωρία διεξιὼν, συλλέγει ταῖς ἄλλαις πόλεσι καὶ Σεγεσάμαν καὶ Ἰντερκατίαν. Φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, [m] Μάρκον Μάρκελλον πράξασθαι φόρον ἐκ τῆς Κελτιβηρίας τάλαντα ἑξακόσια· ἐξ οὗ τεκμαίρεσθαι πάρεστιν, ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ Κελτίβηρες, καὶ χρημάτων εὐποροῦντες, καίπερ οἰκοῦντες χώραν παράλυπρον. Πολυβίου δ' εἰπόντος τριακοσίας αὐτῶν καταλῦσαι πόλεις Τιβέριον Γράκχον, κωμωδῶν φησι τοῦτο τῷ Γράκχῳ χαρίσασθαι τὸν ἄνδρα, τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις, ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς. Καὶ ἴσως οὐκ ἄπιστον τοῦτο λέγει· καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ συγγραφεῖς, ῥᾳδίως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα, καλλωπίζοντες τὰς πράξεις· ἐπεὶ καὶ οἱ φάσκοντες πλείους ἢ χιλίας τὰς τῶν Ἰβήρων ὑπάρξαι πόλεις, ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαί μοι δοκοῦσι, τὰς μεγάλας κώμας, πόλεις

k ἐπὶ τῷ Ἴβηρι.] Editi ἐν τῷ Ἴβηρι. Monuerat jam Casaubonus legendum esse ἐπὶ pro ἐν. Ejus conjecturam asserunt codices Regius & Mediceus.

l Σηγόβριγα.] Sic legimus ex Ptolemæo, lib. II, cap. 6, & ex ipso Strabonis mſ. Regio, qui etsi hoc loco aliquantulùm attritus, ita videtur habuisse. Editi veteres Σεγίβοριδα: Plinius, lib. III, cap. 3, *Segobriga*. De hâc urbe vide infrà, not. 33.

m Μάρκον Μάρκελλον.] Monet Casaubonus in libris mſſ. deesse vocem Μάρκον. Nos eam in mſ. Regio distinctè extare testamur. Is est M. Cl. Marcellus qui, sexto exeunte ab Urbe conditâ sæculo, Celtiberos debellavit & Cordubam condidit. Vide, p. 441, not. 24.

31 *Segida.*] Steph. Byzantino Σεγίδη: Appiano de Ibericis, Σεγίδη: fortè eadem quæ Livio, lib. XXXIV, c. 17, *Segestica*.

32 *Pallantia.*] Stephano, Appiano, & Ptolemæo, Παλλαντία: Melæ, *Pallantia*. Hodiè instaurata extat, & servato ferè incolumi nomine *Palentia* dicitur.

nem

nem tolerarunt, paucis tantùm muros deferentibus. Lusones quoque orientales sunt, & ipsi ad fontes Tagi pertingentes. Arevacorum urbes sunt & præterea [31] Segida & [32] Pallantia. Distat Numantia à Cæsaraugustâ, quam diximus ad Iberum sitam, ad IↃCCC stadia. Celtiberorum urbes porrò sunt [33] Segobriga, & [34] Bilbilis: circa quas Metellus & Sertorius bellum gesserunt. Polybius Vaccæorum & Celtiberorum populos ac loca recensens, inter alias urbes [35] Segesamam refert, & Intercatiam. Narrat Posidonius, M. Marcellum exegisse è Celtiberiâ tributum talentorum IↃC: quod argumento est Celtiberos & populosam fuisse gentem & pecuniosam, quanquam solum colerent utcunque incommodum. Quod autem dixit Polybius, [36] Tib. Gracchum CCC urbes Celtiberiæ dejecisse, id comicè exagitat, in Gracchi gratiam inquiens ab eo turribus urbium nomen inditum, ut fit in pompis triumphalibus. Atque id fortassis non ab re dixit. Nam & bellorum duces, & scriptores rerum gestarum, proclives sunt ad hoc mendacii, ut actiones exornent: quando ii etiam, qui plures quàm CIↃ fuisse urbes Hispaniæ dicunt, eò adducti videntur,

[33] *Segobriga.*] De hujus nominis scriptione variâ, diximus suprà, not. [1]. Plures habemus nummos in quibus inscriptum nomen *Segobriga*; sed ad urbem de quâ hic agitur minimè videntur pertinere. Vide Vaillantium, de nummis Imperat. in Col. percussis, t. I, p. 64 & 116. Gemina extitit urbs Segobriga in Hispaniâ Tarraconensi; altera ad Turulim fluvium, altera àd radices Orospedæ montis: & hæc est quæ Straboni & Plinio, Celtiberorum caput. Cùm autem inter urbes stipendiarias ab eodem Plinio recenseatur; ad eam nummi, Segobrigæ nomine signati, non pertinent; sed potiùs ad alteram, veteris Latii jure donatam.

[34] *Bilbilis.*] Urbs olim notissima, cujus frequentes nummi sunt, & quam sæpè scriptores memorant; nec tamen hodiè de ejus situ magis constat.

[35] *Segesamam ...... & Intercatiam.*] *Segesamæ* nomen est apud Florum, lib. IV, cap. 12. Apud Ptolemæum lib. II. cap. 6. Σιγίσαμα scribitur (*Segisama*); atque ita nummus Tiberii, nomen hoc effert. Cellar. t. I. p. 74. Idem nummus, urbem eam coloniæ dignitate & Juliæ agnominatione nobilitatam testatur; quod facit & Ptol. ubi suprà. Intercatiam celebrant Livius, epit. lib. XLVIII, & Appianus in Ibericis. Situm ejus indicat Antonini Itinerarium, p. 440, scilicet in itinere per Cantabriam, ab Asturicâ Cæsaraugustam usque.

[36] *Tib. Gracchum,* &c.] Videsis Liv., lib. XLI, cap. 3, de rebus Tib. Sempronii Gracchi in Celtiberiâ feliciter gestis, circa annum ab Urbe conditâ 574.

ὀνομάζοντες. Οὔτε γὰρ ἡ τῆς χώρας φύσις, πόλεων ἐπιδεκτικὴ πολλῶν ἐστι διὰ τὴν λυπρότητα, ἢ διὰ τὸν ἐκτοπισμὸν, καὶ τὸ ἀνήμερον· οὔθ' οἱ βίοι καὶ αἱ πράξεις αὐτῶν (ἔξω τῶν κατὰ τὴν παραλίαν τὴν καθ' ἡμᾶς) ὑπαγορεύουσι τοιοῦτον οὐδέν· ἄγριοι γὰρ οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες· τοιοῦτοι δ' οἱ πολλοὶ τῶν Ἰβήρων· αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν οὐδ' αὐταὶ ῥᾳδίως, [n] ὅταν πλεονάζῃ τὸ τὰς ὕλας ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον οἰκοῦντων. Μετὰ δὲ τοὺς Κελτίβηρας, πρὸς νότον εἰσὶν οἱ τὸ ὄρος οἰκοῦντες, τὴν Ὀροσπέδαν, καὶ τὴν περὶ τὸν Σούκρωνα χώραν Σιδητανοὶ μέχρι Καρχηδόνος, καὶ Βαστητανοὶ, καὶ Ὠρητανοὶ, σχεδὸν δέ τι καὶ μέχρι Μαλάκας.

Πελτασταὶ δ' ἅπαντες, ὡς εἰπεῖν, ὑπῆρξαν Ἴβηρες, καὶ κοῦφοι κατὰ τὸν ὁπλισμὸν διὰ τὰς λῃστείας, οἵους ἔφαμεν τοὺς Λυσιτανοὺς· ἀκοντίῳ καὶ σφενδόνῃ καὶ μαχαίρᾳ χρώμενοι· ταῖς δὲ πεζαῖς δυνάμεσι, παρεμέμικτο καὶ ἱππεία, δεδιδαγμένων ἵππων ὀρειβατεῖν, καὶ κατοκλάζεσθαι ῥᾳδίως ἀπὸ προστάγματος, ὅτε τούτου δέοι. Φέρει δὲ ἡ Ἰβηρία δορκάδας πολλὰς, καὶ ἵππους ἀγρίους· [o] ἔστι δ' ὅπου καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν· ὄρνεις δὲ, κύκνοι, καὶ τὰ παραπλήσια· πολλαὶ δὲ καὶ ὠτίδες· κάστορας φέρουσι μὲν οἱ ποταμοί· τὸ δὲ καστόριον οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν δύναμιν τῷ Ποντικῷ· ἴδιον γὰρ τῷ Ποντικῷ πάρεστι τὸ φαρμακῶδες, καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς. Ἐπεὶ, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, καὶ ὁ Κύπριος χαλκὸς μόνος φέρει τὴν Καδμείαν λίθον, καὶ τὸ χαλκανθὲς, καὶ τὸ σπόδιον· ἴδιον δ' εἴρηκεν ἐν Ἰβηρίᾳ ὁ Ποσειδώνιος, καὶ τὸ τὰς κορώνας [p] μὴ μελαίνας εἶναι· καὶ τὸ τοὺς ἵππους τοὺς τῶν Κελτιβήρων ὑποψάρους ὄντας, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἔξω [q] μεταχθῶσιν Ἰβηρίαν, μεταβάλλειν τὴν χρόαν·

---

[n] ὅταν πλεονάζῃ τὸ τὰς ὕλας, &c.] Casaubonus censet hic aliquid deesse, & ita legendum: ὅταν πλεονάζῃ τὸ [γένος τῶν] τὰς ὕλας. Lectionem vulgatam exhibent tum editi, tum scripti omnes.

[o] ἔστι δ' ὅπου καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν.] Malè editi quidam πληθύουσι. Sententia non ambigua. Suspicatur tamen Casaubonus mutilum esse locum, & legendum conjicit πληθύουσιν ὄρνισι, vel aliquid simile. Nihil deesse videbitur si sic intelligatur locus ille; *est ubi lacus frequentes sunt; aves, cycnique*, &c.

[p] μὴ μελαίνας εἶναι.] Sic legimus cum

quòd magnos pagos urbium loco censerent. Nam neque regionis natura multarum est capax urbium ob ariditatem, vel longinquitatem, vel feritatem hominum : neque Hispanorum vita & actiones quicquam tale significant, si oram versùs nostrum mare demas : nam qui vicos habitant, quod faciunt plerique Hispanorum, agrestes sunt : ac ne ipsæ quidem urbes facilè mansuetos reddunt, ubi abundant qui, vicinos infestandi causâ, sylvas incolunt. Secundùm Celtiberos versùs meridiem sunt, qui montem Orospedam & loca circa Sucronem amnem incolunt, Sidetani usque ad Carthaginem; & Bastetani, & Oretani, propè usque ad Malacam.

Cæterùm Hispani ferè omnes peltis usi sunt in bello, levique armaturâ, latrociniorum causâ, quales Lusitanos diximus, jaculo, fundâ, & gladio usi. Peditatui etiam equitatus admiscebatur, equis montes scandere, & in genua promtè subsidere, ubi usu ferente juberentur, doctis. Multas alit Hispania capreas, & equos feros. Quibusdam locis paludes exundant : aves habet, olores & id genus, multas etiam otides. Fibros, seu castores, producunt fluvii : sed Hispanicum castorium non easdem habet cum Pontico vires : huic enim vis medica peculiaris est, [37] quemadmodùm in aliis rebus multis videre est. Nam & Posidonius refert, solum Cyprium æs, ferre [38] Cadmiam lapidem, & vitriolum, & spodium. Idemque, hoc Hispaniæ tradit peculiare esse, quòd cornices nigræ non sunt : & quòd Celtiberorum equi cùm sint subvariegati & versicolores, ubi in exteriorem Hispaniam per-

Casaubono, codice Jac. Dalecampii suffragante. Vulgò abest particula negativa μὴ, quam phrasis postulat; neque enim esset peculiare Iberiæ, quòd cornices nigræ forent.

[q] μιλαχθῶσιν.] Ita legendum esse, ex veteribus scriptis & epitome Strabonis, docuerat Casaubonus : accedit mſ. Regius. Editi μιλαλιθῶσιν.

37 *quemadmodùm*, &c.] Id omiserat Xylander. Sententia est : quemadmodùm castoreo contingit ut optimum è Ponto afferatur, sic & aliis multis contingere, quæ in certis locis optima nascuntur; atque id exemplis confirmat Strabo.

38 *Camiam lapidem, & vitriolum, & spodium.*] Dioscoridem vide, & confer Plinium, lib. XXXIV, capp. 10, 11 & 13.

ἐοικέναι δὲ τοῖς Παρθικοῖς· καὶ γὰρ ταχεῖς εἶναι καὶ εὐδρόμους μᾶλλον τῶν ἄλλων.

Καὶ τῶν ῥιζῶν τῶν εἰς τὴν βαφὴν χρησίμων, πλῆθος. Ἐλαίας δὲ πέρι, καὶ ἀμπέλου καὶ συκῆς καὶ τῶν παραπλησίων φυτῶν, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰβηρικὴ παραλία πάντων εὐπορεῖ· συχνὴ δὲ καὶ τῶν ἐκτός, ἡ μὲν παρωκεανῖτις ἡ πρόσβορρος ἀμοιρεῖ διὰ τὰ ψύχη· ἡ δ' ἄλλη τὸ πλέον διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ μὴ πρὸς διαγωγήν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀνάγκην καὶ ὁρμὴν θηριώδη μετὰ ἔθους φαύλου ζῆν· εἰ μή τις οἴεται πρὸς διαγωγὴν ζῆν, τοὺς οὔρῳ λουομένους ἐν δεξαμεναῖς παλαιουμένῳ, καὶ τοὺς ὀδόντας σμηχομένους, καὶ αὐτοὺς καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καθάπερ τοὺς Καντάβρους φασί, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς. Καὶ τοῦτο δέ, καὶ τὸ χαμευνεῖν, κοινόν ἐστι τοῖς Ἴβηρσι πρὸς τοὺς Κελτούς. Ἔνιοι δὲ τοὺς Καλλαϊκοὺς ἀθέους φασί· τοὺς δὲ Κελτίβηρας καὶ τοὺς προσβόρρους τῶν ὁμόρων αὐτοῖς ἀνωνύμῳ τινὶ Θεῷ, ταῖς πανσελήνοις νύκτωρ πρὸ τῶν πυλῶν [1] πανοικί τε χορεύειν καὶ παννυχίζειν· τοὺς δὲ Οὐέττωνας ὅτε πρῶτον εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων παρῆλθον στρατόπεδον, ἰδόντας τῶν ταξιαρχῶν τινας, ἀνακάμπτοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς περιπάτου χάριν, μανίαν ὑπολαβόντας, ἡγεῖσθαι τὴν ὁδὸν αὐτοῖς ἐπὶ τὰς σκηνάς· ὡς δέον ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας, ἢ μάχεσθαι.

Τῆς δὲ βαρβαρικῆς ἰδέας καὶ τὸν τῶν γυναικῶν ἐνίων κόσμον θείη τις ἄν, ὃν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· ὅπου μὲν γὰρ περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν αὐτάς φησιν, ἔχοντα κόρακας καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς, καὶ προπίπτοντας πρὸ τοῦ μετώπου πολύ, κατὰ τούτων δὲ τῶν κοράκων, ὅτε βούλονται, κατασπᾶν τὸ κάλυμμα,

---

[1] πανοικί τε.] Scripti libri πανοικίως τε, ut monet Casaubonus; & ita Regius codex.

---

39 *multum etiam nascitur in mediterraneis*, &c.] Mentem Strabonis eo loco non videtur nobis assecutus Xylander. Legit συχνὴ δὲ καὶ ἡ ἐκτός, contra librorum omnium fidem. Nec ulla subest emendationis causa: sana enim

venerunt, colorem mutant: esse autem eos Parthicorum similes, celeritate & cursûs dexteritate aliis præstantiores.

Copiam etiam profert radicum ad tincturam utilium. Quod ad oleas, ficus, vites, aliasque id genus plantas attinet, omnibus his ora Hispaniæ, nostrum mare tangens, abundat: [39] multum etiam nascitur in mediterraneis. Ora autem ad oceanum septentrioni objecta iis caret ob frigus: reliqua itidem, magis tamen ob incuriam hominum, qui non ad jucunditatem aliquam, sed ad necessitatem & belluinos appetitus vitam malè moratam instituunt: quippe qui urinâ in cisternis inveteratâ laventur, eâque cùm ipsi, tum eorum uxores dentes tergant: quod Cantabros facere & eorum confines aiunt. Hoc, & humi decumbere, commune est Gallis cum Hispanis. Quidam Callaïcos perhibent nihil de Diis sentire. Celtiberos autem, & qui ad septentrionem eorum sunt vicini, innominatum quendam Deum noctu in plenilunio ante portas cum totis familiis choreas ducendo totamque noctem festam agendo, venerari. Et Vettones, quo tempore primùm in Romanorum venerunt [40] castra, cùm quosdam centuriones viderent deambulandi causâ viam hac illac flectere, opinatos insanire homines, duces se eis ad tabernacula præbuisse: putabant enim aut in tabernaculo quietè sedendum, aut pugnandum esse.

Barbaricæ formæ est etiam ornatus mulierum quarundam, quem Artemidorus retulit. Alicubi enim collo appensa gestare monilia ferrea, quæ corvos habeant supra verticem procul reflexos, & prominentes longè ante frontem, super quibus corvis quoties lubet velum demittant, quod pansum faciem obumbret: atque hoc illas or-

---

sententia ex verbis Strabonis, nullâ factâ mutatione, elici potest. Scilicet: *magna autem pars oræ maritimæ, quæ extra Columnas & versùs septentrionem porrigitur, iis caret ob frigus.* Cæterùm locus iste Casaubono suspectus fuit.

40 *castra.*] Ita transfert vetus interpres vocem Græcam στρατόπεδον: rectè. Xylander perperam *potestatem*.

ὥστε ἐμπεπλαθὲν, σκιάδιον τῷ προσώπῳ παρέχειν, καὶ νομίζειν κόσμον· ὅπου δὲ τυμπάνιον περικεῖσθαι· πρὸς μὲν τῷ ἰνίῳ περιφερὲς, καὶ σφίγγον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν παρωτίδων, εἰς ὕψος δὲ καὶ πλάτος ἐξυπτιασμένον κατ' ὀλίγον· ἄλλας δὲ τὰ προκόμια ψιλοῦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' ἀποστίλβειν τοῦ μετώπου μᾶλλον· τὰς δ' ὅσον ποδιαῖον τὸ ὕψος ἐπιθεμένας στυλίσκον, [s] περιπλέκειν αὐτῷ τὴν χαίτην, εἶτα καλύπτρᾳ μελαίνῃ περιστέλλειν. Πρὸς δὲ τῇ [t] ἀληθείᾳ τῇ τοιαύτῃ πολλὰ καὶ [u] ἑώραται καὶ μεμύθευται περὶ πάντων κοινῇ τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, διαφερόντως δὲ τῶν προσβόῤῥων.

Οὐ μόνον δὲ τὰ πρὸς ἀνδρείαν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ὠμότητα καὶ ἀπόνοιαν θηριώδη. Καὶ γὰρ τέκνα μητέρες ἔκτειναν πρὶν ἁλῶναι κατὰ τὸν πόλεμον τὸν ἐν Καντάβροις· καὶ παιδίον δὲ [x] τῶν δεδεμένων αἰχμαλώτων, γονέων καὶ ἀδελφῶν ἔκτεινε πάντας, κελεύσαντος τοῦ πατρὸς, σιδήρου [y] κυριεῦσαν· γυνὴ δὲ τοὺς συναλόντας. Κληθεὶς δέ τις εἰς μεθυσκομένους, ἔβαλεν αὑτὸν εἰς πυράν. Κοινὰ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὰ Κελτικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Θράκια καὶ Σκυθικὰ· κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν, τήν τε τῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν τῶν γυναικῶν· γεωργοῦσι γὰρ αὗται, τεκοῦσαί τε διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι· ἔν τε τοῖς ἔργοις πολλάκις αὗται καὶ λούουσι καὶ σπαργανοῦσιν ἀποκλίνασαι πρός τι ῥεῖθρον. Ἐν δὲ τῇ Λιγυστικῇ φησιν ὁ Ποσειδώνιος διηγήσασθαι τὸν ξένον ἑαυτοῦ Χαρμόλεων, Μασσαλιώτην ἄνδρα, ὅτι μισθώσαιτο ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας ἐπὶ σκαφητόν· ὠδίνασα δὲ μία τῶν γυναικῶν, ἀπέλθοι ἀπὸ τοῦ ἔργου πλησίον· τεκοῦσα δ' ἐπανέλθοι ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτίκα, ὅπως μὴ ἀπολέσειε τὸν μισθόν· [z] κἀυτὸς ἐπιπόνως ἰδὼν ἐργαζομένην,

---

[s] περιπλέκειν.] Ms. Regius διαπλέκειν.

[t] ἀληθείᾳ.] Dubitavit Casaubonus num legendum foret ἀηθείᾳ. Codices, tum manuscripti, tum typis excusi, lectionem vulgatam servant.

[u] ἑώραται καὶ μεμύθευται.] Suspectæ Casaubono voces, quas tamen libri omnes exhibent. Quid, si legeretur ἱστορεῖται, eo sensu: *præter autem ea quæ diximus, quæ quidem vera sunt; multa narrantur & finguntur de omnibus in universum Iberiæ populis*, &c.

[x] τῶν δεδεμένων αἰχμαλώτων, γονέων, &c.] Ms. Regius τῶν δεδομένων αἰχμα-

natûs loco uſurpare: alicubi tympanulum eas geſtare quod ad occiput ſit rotundum, caputque uſque ad auriculas conſtringat, indeque deorſum paulatim in altitudinem & latitudinem producatur: alias frontis partes, quæ ad comam pertinent, ita deglabrare, ut magis ipsâ fronte niteant: alias columellam, pedis longitudine capiti, adhibere, eique crines circumplectere, tum nigro velo circumdare. Multa, quæ horum veritatem commendent, viſa ſunt ac tradita, cùm de omnibus in univerſum Hiſpanicis populis, tùm præcipuè de ſeptentrionalibus.

Neque fortitudine tantùm, ſed crudelitate etiam & furore feras imitantur. Bello Cantabrico matres liberos ſuos necarunt, ne in hoſtium manus pervenirent. Et puer parentes fratreſque captos omnes interfecit, ferrum nactus, mandante patre: itemque mulier quædam unà ſecum captos. Quidam ad ebrios vocatus, ſeipſum in rogum injecit. Hæc illis communia ſunt cum Celtis, Thracibus, & Scythis: ſicut & fortitudo non virorum modò, ſed etiam mulierum. Mulieres enim agros colunt; & cùm pepererunt, ſuo loco viros decumbere jubent, iiſque miniſtrant: interque operandum ipſæ ſæpenumero infantes lavant & involvunt, ad alveum alicujus amnis acclinantes. Poſidonius ſcriptum reliquit, ſibi in Liguriâ hoſpitem ſuum Charmolaum narraſſe, Maſſilienſem, fuiſſe à ſe ad foſſionem quandam conductos viros & mulieres: inter has quandam doloribus partûs correptam, non longè ab opere digreſſam, [41] edito fœtu ad opus rediiſſe, ne mercedem amitteret: quam ipſe cùm videret ægrè opus facere, primoque cauſam

---

λώται, τῶν γονέων, &c.

[y] κυριεῦσαι.] Malè veteres editi κυριεῦσαι.

[z] καὐτὸς ἐπιπόνως, &c.] Mſ. Regius αὐτὸς δ' ἐπιπόνως, &c.

---

[41] *edito fœtu ad opus rediiſſe*, &c.] Id moris fuit apud plurimas gentes. Vide Diod. Siculum, lib. IV de Liguribus; Varronem de iiſdem, Rei ruſt. lib. II, cap. 10; Ariſtotelem de Celtis & aliis Barbaris, Polit. VIII.

οὐκ εἰδὼς τὴν αἰτίαν πρότερον, ὀψὲ μάθοι, καὶ ἀφίησι, δοὺς τὸν μισθόν· ἡ δ' ἐκκομίσασα τὸ νήπιον, πρός τι κρήνιον, λούσασα καὶ σπαργανώσασα οἷς εἶχε, διασώσειεν οἴκαδε.

Οὐκ ἴδιον δὲ τῶν Ἰβήρων οὐδὲ τοῦτο, συνδύο ἐφ' ἵππων κομίζεσθαι· κατὰ δὲ τὰς μάχας τὸν ἕτερον πεζὸν ἀγωνίζεσθαι· οὐδὲ τὸ τῶν μυῶν πλῆθος ἴδιον, ἀφ' οὗ καὶ λοιμικαὶ νόσοι πολλάκις ἠκολούθησαν· συνέβη δ' ἐν τῇ Καντάβρίᾳ τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις· ὥστε καὶ μισθοὺς ἄρνυσθαι· καὶ μυοθηροῦντες πρὸς μέτρον ἀποδειχθὲν διεσῴζοντο μόλις· προσελάμβανε δὲ καὶ [a] ἁλῶν σπάνις καὶ σίτου· ἐπεσιτίζοντο δὲ ἐκ τῆς [b] Ἀκουϊτανίας χαλεπῶς διὰ τὰς δυσχωρίας. Τῆς δ' ἀπονοίας καὶ τοῦτο λέγεται τῆς Καντάβρων, ὅτι ἁλόντες τινὲς, ἀναπεπηγότες ἐπὶ τῶν σταυρῶν, [c] ἐπαιάνιζον· τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἠθῶν, ἀγριότητός τινος παραδείγματ' ἂν εἴη. Τὰ δὲ τοιαῦτα, ἧττον μὲν ἴσως πολιτικὰ, οὐ θηριώδη δέ. Οἷον τὸ παρὰ τοῖς Καντάβροις, τοὺς ἄνδρας διδόναι ταῖς γυναιξὶ προῖκα· τὸ, τὰς θυγατέρας κληρονόμους [d] ἀπολείπεσθαι· τούς τε ἀδελφοὺς ὑπὸ τούτων ἐκδίδοσθαι γυναιξίν· ἔχει γάρ τινα γυναικοκρασίαν· τοῦτο δ' οὐ πάνυ πολιτικόν. Ἰβηρικὸν δὲ καὶ τὸ ἐν ἔθει παρατίθεσθαι τοξικὸν, ὃ συντιθέασιν ἐκ βοτάνης σελίνῳ προσομοίας, ἄπονον· ὥστ' ἔχειν ἐν ἑτοίμῳ πρὸς τὰ ἀβούλητα· καὶ τὸ κατασπένδειν αὑτοὺς, οἷς ἐὰν προσθῶνται· ὥστε ἀποθνήσκειν αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν.

Τινὲς μὲν οὖν [e] εἰς δύο μέρη διῃρῆσθαί φασι τὴν χώραν ταύτην, καθάπερ εἴπομεν· ἄλλοι δὲ πενταμερῆ λέγουσιν· οὐκ ἔστι δὲ τἀκριβὲς ἐν τούτοις ἀποδιδόναι, διὰ τὰς μεταβολὰς καὶ

---

[a] ἁλῶν.] Id est *salis*: ſcripti, teſte Caſaubono, & codex Regius, ἄλλων, id eſt aliarum rerum, ut vetus interpres tranſtulit.

[b] Ἀκουϊτανίας.] Ita ſcripti, inter quos mſ. Regius; ita quoque Ptolemæus. Editi Ἀκυϊτανίας. De hoc nomine infrà, ad librum IV.

[c] ἐπαιάνιζον.] Sic mſ. Regius. Vulgò ἐπαιώνιζον, quod etiam dici poteſt.

[d] ἀπολείπεσθαι.] Lectionem hanc exhibent tum mſ. Regius, tum ſcripti alii à Caſaubono adducti; eamque probamus, cùm extremis voluntatibus hanc valdè aptam monuerit Caſaubonus, ex formulis veterum & libris juriſconſultorum. Editi ἀποδείκνυσθαι.

[e] εἰς δύο μέρη.] Editi & ſcripti conſentiunt in hanc lectionem. Atqui, ait Caſaubonus, falſum eſt Strabonem ſu-

ignoraret,

ignoraret, tandem, re cognitâ, mercede datâ dimiserit: mulierem ad fonticulum quendam extulisse infantem, lotumque, & quibus habebat pannis involutum, incolumem domum pertulisse.

Nec soli quoque Hispani bini equo vehi solent, quorum alter pugnam pedes obeat. Neque illis peculiaris est
[42] murium multitudo, quam sæpe pestifera lues subsecuta est. In Cantabriâ quidem Romanis hoc usu venit, ut ita mercede conduxerint, qui mures certo numero venarentur, ægreque ita evasisse malum: accedebat enim salis & frumenti inopia, cùm ob locorum difficultatem ex Aquitaniâ ægrè commeatum afferrent. Cantabricæ dementiæ id quoque fertur exemplum, quosdam eorum captos, in crucem suffixos pæanem cecinisse. Hujusmodi quidem mores feritatem quandam indicant. Alia sunt minùs fortassis civilia, non tamen belluina: ut quòd apud Cantabros vir mulieri dotem affert, quòd filiæ hæredes instituuntur, & ab his fratres in matrimonium elocantur. Hæc enim mulierum in viros imperium quoddam habent, quod non est admodum civile. Hispanici quoque moris est toxicum proponere, quod illi absque dolore necans conficiunt ex herbâ quâdam apio simili: ut in promptu sit, si quis casus acerbior urgeat; & quòd
[43] se pro iis, quorum amicitiam amplectuntur, devovent, mortemque adeò pro iis oppetunt.

Regionem illam quidam, ut dixi, in duas, alii in quinque portiones dividunt: certum aliquid pronunciari non potest, ob mutationes & obscuritatem locorum.

---

prà dixisse Iberiam in duas partes esse divisam. Unde arguit, non εἰς δύο (in duas), sed εἰς δ´ (in quatuor partes), legendum esse.

---

[42] *murium multitudo.*] De hâc lue vide Plinium, lib. x, cap. 65; Ælianum, lib. xvii, cap. 41; Rut. Rufum, Itiner. i, vers. 289; Diodor. Siculum, &c.

[43] *se pro iis, quorum amicitiam amplectuntur, devovent,* &c.] Id quoque testantur Plutarchus in Sertorio; Diod., lib. liii; Valer. Maxim., lib. ii, cap. 6.

τὴν ἀδοξίαν τῶν τόπων. Ἐν γὰρ τοῖς γνωρίμοις καὶ ἐνδόξοις, αἵ τε μεταναστάσεις γνώριμοι, καὶ οἱ μερισμοὶ τῆς χώρας, καὶ αἱ μεταβολαὶ τῶν ὀνομάτων, καὶ εἴ τι ἄλλο παραπλήσιον· θρυλλεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν, καὶ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων, οἳ λαλίστατοι πάντων γεγόνασι. Ὅσα δὲ καὶ βάρβαρα, καὶ ἐκτετοπισμένα, καὶ μικρόχωρα καὶ διεσπασμένα, τούτων ὑπομνήματα, οὔτ' ἀσφαλῆ ἐστιν, οὔτε πολλά· ὅσα δὲ δὴ πόρρω τῶν Ἑλλήνων, ἐπιτείνει τὴν ἄγνοιαν. Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεῖς μιμοῦνται μὲν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐκ ἐπιπολύ· καὶ γὰρ ἃ λέγουσι, παρὰ τῶν Ἑλλήνων μεταφέρουσιν· ἐξ ἑαυτῶν δ' οὐ πολὺ μὲν προσφέρονται τὸ [f] φιλόδημον· ὥσθ' ὁπόταν ἔλλειψις γένηται παρ' ἐκείνων, οὐκ ἔστι πολὺ τὸ ἀναπληρούμενον ὑπὸ τῶν ἑτέρων· ἄλλως τε καὶ τῶν ὀνομάτων ὅσα ἐνδοξότατα τῶν πλείστων ὄντων Ἑλληνικῶν.

Ἐπεὶ καὶ Ἰβηρίαν ὑπὸ μὲν τῶν προτέρων καλεῖσθαι πᾶσαν τὴν ἔξω τοῦ Ῥοδανοῦ, καὶ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ὑπὸ τῶν Γαλατικῶν κόλπων σφιγγομένου· οἱ δὲ νῦν, ὅριον αὐτῆς τίθενται τὴν Πυρήνην, συνωνύμως τε τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι, [g] καὶ Ἰσπανίαν μόνην ἐκάλουν, τὴν ἐντὸς τοῦ Ἴβηρος· οἱ δ' ἔτι πρότερον, αὐτοὺς, τούτους Ἰγλῆτας, οὐ πολλὴν χώραν νεμομένους, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν σύμπασαν καλέσαντες ὁμωνύμως Ἰβηρίαν τε καὶ Ἰσπανίαν· τὸ μὲν αὐτῆς μέρος, εἶπον τὴν ἐκτὸς, τὸ δὲ ἕτερον, τὴν ἐντός· ἄλλοτε δ' ἄλλως διαιροῦσι, πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι. Νυνὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν, τῶν μὲν ἀποδειχθεισῶν τῷ δήμῳ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ, τῶν δὲ, τῷ ἡγεμόνι τῶν Ῥωμαίων, ἡ μὲν Βαιτικὴ πρόσκειται τῷ δήμῳ, καὶ πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτὴν, ἔχων

---

[f] φιλόδημον.] Suspecta vox ea interpretibus. Fortè legendum φιλείδημον, *non magnum exhibent cognoscendi studium;* vel φιλέκδημον, *non magnum exhibent peregrinandi studium.* Nihil mutamus, cùm lectionem vulgatam libri omnes tueantur.

[g] καὶ Ἰσπανίαν μόνην ἐκάλουν, &c.] Sic scripti & editi. Deesse aliquid censet Casaubonus, & legit, καὶ Ἰσπανίαν [οἱ δ' Ἰβηρίαν] μόνην ἐκάλουν, &c. Ita ut sententia sit: *vocantque eam communi nomine Iberiam & Hispaniam: alii autem Hispaniam solam eam vocant quæ est intra Iberum.*

Nam in notis & nobilibus regionibus cùm mutationes quæ fiunt, facilè innotescunt, tum terrarum distributiones, & nominum mutationes, & quæ horum sunt affinia: celebrantur enim hæc à multis, & maximè Græcis, qui omnium sunt loquacissimi. At barbaræ regiones, eæque longinquæ, exiguisque divisæ ac divulsæ portionibus, neque certam, neque multam de se commentandi materiam præbent: ignoratioque augetur, si longiùs à Græcis absunt. Jam Romani scriptores imitantur quidem ii Græcos, sed intra modum: transferunt enim à Græcis dicta, ipsi autem de suo non multùm adferunt studii: itaque ubi Græci deficiunt, non multum est quod aliunde ad explendum possit addi, præsertim cùm & nominum celeberrima quæque Græca ferè sint.

Sanè cùm antiquitùs Iberiæ nomine intellectum fuerit quidquid est extra Rhodanum & isthmum, qui à Gallicis coarctatur sinubus: nunc eam Pyrenâ terminant, vocantque peculiari nominis ratione Iberiam: Hispaniæ nomine eam tantùm accipientes, quæ est intra Iberum. Priores autem eos [44] Igletas vocabant, regionis cultores non amplæ, ut ait Asclepiades Myrleanus. Romani totam regionem promiscuè Iberiam & Hispaniam nominantes in interiorem seu citeriorem, & exteriorem seu ulteriorem, dividunt: sed tamen accommodatâ temporum rationibus administratione, aliàs aliter distinguunt. Nostrâ quidem tempestate provinciis aliis S. P. Q. Romano adsignatis, aliis Principi: [45] Bætica populo attributa est, mittiturque in eam prætor cum

[44] *Igletas.*] Nusquam aliàs nomen legimus Igletarum, quos eosdem esse facilè arbitramur, qui Stephano Byzantino dicuntur Γλῆτες, ex Herodoro; non ex Herodoto, ut monuit Holstenius. Locum Herodori protulit Constant. Porphyr. lib. de administr. Imp., cap. 23. Neque aliquid apud Strabonem ideò mutandum est. Quemadmodùm enim ex eodem Stephano discimus *Gnetas*, Ibericos quoque populos, additâ litterâ *i*, æquè dici *Ignetas* ac *Gnetas*; sic & *Gletes* iidem *Igletes* etiam nullo discrimine dici potuerunt.

[45] *Bætica populo attributa est*, &c.] De his videsis Notitiam dignitatum Imperii, p. 155, &c.; & ibi Pancirolum.

ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν· ὅριον δ' αὐτῆς τεθείκασι πρὸς ἠῶ [h] πλησίον Καστάωνος. Ἡ δὲ λοιπὴ, Καίσαρός ἐστι· πέμπονται δ' ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταὶ, στρατηγικός τε καὶ ὑπατικός· ὁ μὲν στρατηγικὸς, ἔχων σὺν αὑτῷ πρεσβευτὴν, [i] δικαιοδότης ὢν, Λυσιτανοῖς τοῖς παρακειμένοις τῇ Βαιτικῇ, καὶ διατείνουσι μέχρι τοῦ Δουρίου ποταμοῦ, καὶ τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· καλοῦσι γὰρ τὴν χώραν ταύτην ἰδίως οὕτως ἐν τῷ παρόντι· ἐνταῦθα δέ ἐστι καὶ ἡ Αὐγοῦστα Ἡμερίτα.

Ἡ λοιπὴ, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πλείστη τῆς Ἰβηρίας, ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι, στρατιάν τε ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν που ταγμάτων, καὶ πρεσβευτὰς τρεῖς· ὧν ὁ μὲν, δύο ἔχων τάγματα, παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου πᾶσαν ἐπὶ τὰς ἄρκτους· ἣν οἱ μὲν πρότερον Λυσιτανοὺς ἔλεγον, οἱ δὲ νῦν Καλλαϊκοὺς καλοῦσι· συνάπτει δὲ τούτοις τὰ προσάρκτια [k] ὄρη μετὰ τῶν Ἀστύρων καὶ τῶν Καντάβρων. Ῥεῖ δὲ διὰ τῶν Ἀστύρων Μέλσος ποταμός· καὶ μικρὸν ἀπωτέρω πόλις Νοίγα· καὶ πλησίον ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ ἀνάχυσις, ὁρίζουσα τοὺς Ἄστυρας, ἀπὸ τῶν Καντάβρων. Τῆς δ' ἑξῆς παρορίας μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος· ἐπισκοπεῖ δὲ ὁ τρίτος τὴν μεσόγαιαν· συνέχει δὲ τὰ τῶν ἤδη λεγομένων ὡς ἂν εἰρηνικῶν, καὶ εἰς τὸ ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένων ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ Κελτίβηρες, καὶ οἱ πλησίον τοῦ Ἴβηρος ἑκατέρωθεν οἰκοῦντες, μέχρι τῶν πρὸς θαλάττῃ μερῶν· αὐτὸς δὲ ὁ ἡγεμὼν διαχειμάζει μὲν ἐν τοῖς ἐπιθαλαττίοις μέρεσι, καὶ μάλιστα τῇ Καρχηδόνι καὶ τῇ Ταρακῶνι, δικαιοδοτῶν· θέρους δὲ περίεισιν, ἐφορῶν ἀεί τινα τῶν δεομένων ἐπανορθώσεως. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίτροποι τοῦ Καίσαρος, ἱππικοὶ ἄν-

---

[h] πλησίον Καστάωνος.] Legit Casaubonus Κασταλῶνος (prope Castulonem). Plinius enim, lib. II, cap. 2, Bæticæ longitudinem definit à Gadibus ad Castulonem. Sæpiùs jam diximus in notis, de Castulone. Vide pp. 444 & 464.

[i] δικαιοδότης ὤν.] Sic editi & mss. Regius. Legendum censet Casaubonus, ex veteribus libris, uno tenore δικαιοδοτήσων.

[k] ὄρη.] Monet Casaubonus in manuscriptis legi μέρη. Codex verò Regius habet ut editi.

quæstore & legato : finis ei versùs orientem constitutus est proximè Castaonem. Reliqua est Cæsaris, & in eam mittuntur duo legati, prætorius & consularis : quorum ille cum legato jus dicit Lusitaniæ, quæ attingit Bæticam, & porrigitur usque ad Durium amnem & ejus ostia : sic enim nunc propriè illam regionem nominant : ibique est Augusta Emerita.

Reliqua, & quidem major pars, Hispaniæ, subest consulari legato qui exercitum habet non contemnendum, trium circiter [46] legionum, ac tres legatos. Horum prior, cum duabus cohortibus, custodit totum transDurium, versùs septentrionem tractum, qui olim Lusitania, nunc Callaïca dicitur : hunc attingunt septentrionales montes cum Asturibus & Cantabris. Per Astures fluit [47] Melsus fluvius, paulúmque ab eo distat [48] Noëga urbs, & in propinquo est oceani æstuarium, quod Astures à Cantabris dividit. Proxima ad Pyrenem usque montana gubernat alter legatorum cum unâ cohorte. Tertius mediterranea regit, atque continet, pacatos jam populos, & mansuetis moribus, & cum togâ formam indutos Italicam : ii sunt Celtiberi, & qui in propinquo utrinque ad Iberum accolunt, usque ad maritima : ipse præfectus in maritimis hyemare solet jus dicendo, maximè Carthagine aut Tarracone : per æstatem obit provinciam, inspiciens quæ quovis tempore correctionem desiderant.

---

46 *legionum.*] Sic interpretamur cum Lipsio (ad Tacit. hist. lib. I, cap. 16) vocem Græcam ταγμάτων, quam latinè transfert Xylander, *cohortium.* An verò Strabo dixisset, *non contemnendum* (ἀξιόλογον) *trium cohortium exercitum?*

47 *Melsus.*] Hunc cum Mearo eumdem esse fluvium arbitratus est Casaubonus, cui assentiri non possumus. Mearum enim Mela, rerum Hispanicarum peritus, apud Callaïcos collocat (lib. III, cap. I.); Melsum Strabo apud Astures.

48 *Noëga.*] Juxta Melam, lib. III, cap. I, *in Asturum litore Noëga est oppidum.* Urbem hanc agnoscit quoque Plinius, lib. IV, cap. 20. *Noëgam* quidem urbem memorat Ptolemæus, lib. II, cap. 6, sed quam *Ucesiæ* agnomine designat, & assignat Cantabris. Notandum tamen, apud ipsum, Cantabros cum Asturibus confusos videri; ac proinde *Noëgam Ucesiam* Ptolemæi, fortè eamdem esse quæ *Noëga* dicitur Plinio, Melæ, & nostro Straboni.

δρες, οἱ διανέμοντες τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ βίου.

ΚΕΦ. Ε.

Τῶν δὲ προκειμένων νήσων τῆς Ἰβηρίας, τὰς μὲν Πιτυούσας δύο, καὶ τὰς [l] Γυμνησίας δύο, καλοῦσι δὲ Βαλεαρίδας, ἃς προκεῖσθαι συμβαίνει τῆς μεταξὺ Ταρακῶνος καὶ Σύκρωνος παραλίας· ἐφ' ἧς ἵδρυται τὸ Σάγουντον· εἰσὶ δὲ καὶ πελάγιαι μᾶλλον αἱ Πιτυοῦσαι, καὶ πρὸς ἑσπέραν κεκλιμέναι τῶν Γυμνησίων· καλεῖται δ' αὐτῶν ἡ μὲν Ἔβυσος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· κύκλος δὲ τῆς νήσου, τετρακόσιοι στάδιοι, παρώμαλος τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος· ἡ δὲ Ὀφιοῦσα, ἔρημος, καὶ πολὺ ἐλάττων, ταύτης πλησίον κειμένη.

Τῶν δὲ Γυμνησίων ἡ μὲν μείζων, ἔχει δύο πόλεις, Πάλμαν καὶ [m] Πολλεντίαν, τὴν μὲν πρὸς ἕω κειμένην, τὴν Πολλεντίαν· τὴν δ' ἑτέραν πρὸς δύσιν· μῆκος δὲ τῆς νήσου μικρὸν ἀπολείπον τῶν ἑξακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ διακοσίων. Ἀρτεμίδωρος δὲ διπλάσιον εἴρηκε καὶ τὸ πλάτος, καὶ τὸ μῆκος. Ἡ δ' ἐλάσσων ὡς ἑβδομήκοντα διέχει σταδίους τῆς Πολλεντίας·

[l] Γυμνησίας.] Editi hoc loco Γυμνασίας, qui aliàs Γυμνησίας rectiùs habent. Sic enim nomen hoc efferunt Diod. Siculus, Steph. Byzantinus, Lycophron, &c.

[m] Πολλεντίαν.] Mſ. Regius & editi veteres ſcribunt hic & aliàs Πολεντίαν, & *Potentiam* transfert vetus interpres. Sed Mela, lib. II, cap. ult., *Pollentiam* habet.

49 *Gymnesias, Balearidas appellant.*] Gymnesiæ, seu Baleares insulæ, ab antiquis, nomine *Majoris* & *Minoris* distinguebantur (Mela, lib. II, cap. 7). Hinc fluxit nomen hodiernum à Latino cognomine paucissimè immutatum, *Majorica* & *Minorica*. Gymnesiæ dictæ à Græcis, vel quòd earum incolæ nudi

Sunt & procuratores ibi Cæsaris, equestris ordinis, qui militibus pecuniam ad vitæ necessitates suppeditant.

CAPUT V.

De insulis Hispaniæ oppositis.

INSULARUM porrò, quæ ante Hispaniam sunt sitæ, Pityusas duas, & totidem [49] Gymnesias, Balearidas appellant, sitas ante oram maritimam inter Sucronem & Tarraconem, supra quam oram situm est Saguntum: magis in alto jacent [50] Pityusæ, & ad occasum à Gymnesiis. Harum altera Ebusus, dicitur urbem habens cognominem: insulæ ambitus est CCCC stadiorum, æquali ferè longitudine & latitudine. Altera dicitur Ophiusa, vicina huic, sed multo minor, & deserta.

Gymnesiarum major duas habet urbes, [51] Palmam & Pollentiam, hanc versùs ortum, illam ad occasum: longitudo insulæ non multùm abest à IↃC stadiis, latitudo CC. Artemidorus utrumque duplicat. Minor ad LXX stadia à Pollentiâ abest, non multo minor priore, neque

---

æstate incederent, ut aiunt Diod. Siculus, lib. V, p. 17, & Livii epit. lib. LX; γυμνὸς enim Græcis idem sonat ac Latinis, *nudus*: vel quòd ii essent funditores præstantissimi, ut post Gesnerum Salmasius contendit, Exercit. Plinian. p. 480; γυμνῆτες enim, Græcis *funditores*, levis armaturæ milites. Ad hanc sententiam inclinare Strabo videtur, lib. XIV. Certè Baleares dictæ fuerunt à voce Græcâ βάλλειν, (*jacere*) juxta communem opinionem. Bochartus autem in Punicâ linguâ hujus nominis originem quærit; sed hæc missa faciamus, quæ nos diutiùs detinerent.

[50] *Pityusæ.*] Ex communi Balearium insularum nomine hodiè comprehenduntur, quas quatuor numero distinguimus. Hispani vocant *Mallorca*, *Minorca*, *Iviça*, *Frumentara*. De duabus prioribus diximus suprà, not. [49], quæ solæ olim Baleares appellabantur. Reliquarum altera *Ebusus*, nunc *Iviça*; altera *Ophiusa* dicebatur, nunc *Frumentara*. Pityusæ autem ambæ dictæ sunt à *frutice pineo*, ut docet Plinius, lib. III, cap. 5.

[51] *Palmam & Pollentiam.*] Palma vulgò creditur ea urbs quæ hodiè *Mallorca*, ejusdem nominis ac insula ipsa. Pollentiæ situs ignoratur. Urbs utraque, Coloniæ titulo gaudet apud Melam, lib. II, cap. 7.

κατὰ μέγεθος μὲν οὖν πολὺ τῆς μείζονος ἀπολείπεται, κατὰ δὲ τὴν ἀρετήν. οὐδὲν αὐτῆς χείρων ἐστίν· ἄμφω γὰρ εὐδαίμονες, καὶ εὐλίμενοι· χοιραδώδεις δέ εἰσι κατὰ τὰ στόματα, ὥστε δεῖν προσοχῆς τοῖς εἰσπλέουσι· διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν τῶν τόπων καὶ οἱ κατοικοῦντες εἰρηναῖοι· καθάπερ καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἔβυσον. Κακούργων δέ τινων ὀλίγων κοινωνίας συστησαμένων πρὸς τοὺς ἐν τοῖς πελάγεσι λῃστὰς, διεβλήθησαν ἅπαντες· καὶ διέβη Μέτελλος ἐπ᾽ αὐτοὺς, ὁ Βαλεαρικὸς προσαγορευθεὶς, ὅστις καὶ τὰς πόλεις ἔκτισε· διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἐπιβουλευόμενοι, καίπερ εἰρηναῖοι ὄντες· ὅμως σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ᾽ ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξότου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους. Οὗτοι δὲ καὶ ἐνδῦσαι λέγονται πρῶτοι τοὺς ἀνθρώπους χιτῶνας πλατυσήμους· ἄζωστοι δ᾽ ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἐξῄεσαν, αἰγίδα περὶ τῇ χειρὶ ἔχοντες ἢ πεπυρακτωμένον ἀκόντιον· σπάνιον δὲ, καὶ λελογχωμένον σιδήρῳ μικρῷ· σφενδόνας δὲ περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς [n] μελαγκραίνας, (σχοίνου εἶδος, ἐξ οὗ πλέκεται τὰ σχοινία· καὶ Φιλήτας τε ἐν Ἑρμηνείᾳ·

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος· ἀμφὶ δ᾽ ἀραιὴ
Ἰξὺς εἰλεῖται κόμμα μελαγκραίνον·

[o] ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένους) μελαγκραίνας, ἢ τριχίνας, ἢ νευρίνας· τὴν μὲν μακρόκωλον, πρὸς τὰς μακροβολίας· τὴν δὲ βραχύκωλον, πρὸς τὰς ἐν βραχεῖ βολάς· τὴν δὲ μέσην, πρὸς τὰς μέσας.

---

[n] μελαγκραίνας.] Legere jubet Salmaſius μελαγκραινίας. Videſis Exercit. Plinian. p. 186; & Plinium, de melancranide, junci marini ſpecie, lib. XXI, c. 69, t. II, p. 252. Hinc & Salmaſius, in Philetæ verſibus, paulo poſt à Strabone adductis, legit μελανκρανίον pro μελαγκραῖνον.

[o] ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένου) μελαγκραίνας.] 1°. Legimus ἐζωσμένους pro ἐζωσμένου, ſicut legendum conjecerat Caſaubonus, cui ſuffragantur mſſ. Regius & Mediceus. 2°. Parentheſim hoc loco adhibitam, monſtrante Caſaubono, claudimus poſt vocem ἐζωσμένου, ita ut vox μελαγκραίνας referatur ad vocem σφενδόνας per repetitionem; atque hæc ſententia ſit: *ex melancrænâ, inquam*, &c. Veterem interpretem ſequimur, qui, judice Caſaubono, in his interpretandis Xylandro felicior fuit.

quicquam

quicquam ei virtute cedens. Utraque enim fortunata est, & bonos habet portus, quorum tamen aditus saxis sub aquâ latentibus obsiti, faciunt ut attentè cura adhibenda sit intrantibus. Incolæ ob soli præstantiam vivunt in pace, ut & Ebusæi. Cùm autem malefici quidam societatem coiissent cum prædonibus maritimis, culpati fuerunt universi: & [52] bellum eis fecit Metellus, cognomento Balearicus, qui & urbes condidit. Ob præstantiam autem illam insidiis petiti, quanquam pacati vivant: funditores tamen sunt optimi, aiuntque eam artem eos magnopere exercuisse, ex quo tempore Phœnices eas insulas occuparunt. Hi primi hominum feruntur gestasse tunicas latè prætextas. In pugnam exeunt discincti, scutum manu gestantes, aut jaculum præustum, raro ferro exiguo præfixum. Circa caput fundas tres gerunt è melancrænâ confectas: (junci id genus est, ex quo funes fiunt: inde [53] Philetas in *Expositione*:

Sordibus est illis toga squalida; protinus atque
Involvit coxas cento melancranius:

scilicet quòd scirpeis uterentur amiculis) [54] ex melancrænâ [inquam, fundas tres habent] aut ex crinibus aut nervis: longam, ad ictus longiùs dirigendos; brevem,

---

[52] *bellum eis fecit Metellus, &c.*] Circa annum ab Urbe conditâ 630. Florum adi, lib. III, cap. 8.

[53] *Philetas in Expositione.*] Plures fuere Philetæ nomine scriptores, quorum duos celebrat Suidas, alterum Samium, alterum Coum. Philetam Coum Strabo memorat lib. XIV, atque eum poëtam & criticum vocat. Sæpiùs hujus Philetæ meminerunt Athenæus, & Ælianus, Hist. Var. lib. X, cap. 6. Ipse est cui Quintilianus secundum locum in elegiis tribuit post Callimachum, Instit. orat. lib. X, cap. I. Antigonus Carystius Philetæ librum cui titulus Ἑρμηνεία (*Expositio*) videtur laudasse, cùm vocis alicujus Græcæ vim interpretando, affert de hâc voce Philetæ expositionem duobus versibus elegiacis. insuper Athenæus, lib. XIII, p. 401, testatur Philetam hunc de vero vocabulorum usu inquirentem, assiduis studiorum curis, corpore valdè attenuato periisse; quod insculptum ejus monumenti epigramma declarabat.

[54] *ex melancrænâ [inquam, fundas tres habent.]* Loci hujus translationem instauravimus. Vide suprà, not. o. Verba autem uncis inclusa addidimus, ut apertiùs sententia emergeret.

Ἠσκοῦντο δ' ἐκ παίδων οὕτως ταῖς σφενδόναις, ὥστ' οὐδ' ἄλλως τοῖς παισὶν ἄρτον ἐδίδοσαν ἄνευ τοῦ [p] τῆς σφενδόνης τυχεῖν. Διόπερ ὁ Μέτελλος προσπλέων πρὸς τὰς νήσους, [q] δέρρεις ἔτεινεν ὑπὲρ τῶν καταστρωμάτων, σκέπην πρὸς τὰς σφενδόνας· εἰσήγαγε δ' ἐποίκους τριχιλίους τῶν ἐκ τῆς Ἰβηρίας Ῥωμαίων.

Πρὸς δὲ τῇ εὐκαρπίᾳ τῆς γῆς, καὶ τὸ μηδὲν τῶν σινομένων θηρίων εὑρίσκεσθαι ῥᾳδίως, ἐνταῦθα πρόσεσιν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λαγιδεῖς ἐπιχωρίους εἶναί φασιν, ἀλλὰ κομισθέντων ἐκ τῆς περαίας, ὑπό τινος ἄρρενος καὶ θηλείας γενέσθαι τὴν ἐπιγονήν· ἣ τοσαύτη κατ' ἀρχὰς ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ οἴκους ἀνατρέπειν ἐκ τῆς ὑπονομῆς καὶ δένδρα· καὶ ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ὥσπερ εἶπον, ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Νῦν μέντοι τὸ εὐμεταχείριστον τῆς θήρας ἐπικρατεῖν οὐκ ἐᾷ τὴν βλάβην, ἀλλὰ λυσιτελῶς οἱ ἔχοντες καρποῦνται τὴν γῆν.

Αὗται μὲν οὖν ἐντὸς Στηλῶν τῶν Ἡρακλείων καλουμένων. Πρὸς αὐταῖς δὲ δύο νησίδια, ὧν θάτερον Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσι· καὶ δή τινες καὶ ταύτας Στήλας καλοῦσιν. Ἔξω δὲ Στηλῶν, τὰ Γάδειρα, περὶ ὧν τοσοῦτον μόνον εἰρήκαμεν, ὅτι τῆς Κάλπης διέχει περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους· τῆς δ' ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιδος πλησίον ἵδρυται· πλείους δ' εἰσὶ λόγοι περὶ αὐτῆς. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἄνδρες, οἱ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα ναυκλήρια στέλλοντες, εἴς τε τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, καὶ εἰς τὴν ἐκτὸς· οὔτε μεγάλην οἰκοῦντες νῆσον, οὔτε τῆς περαίας νεμόμενοι πολλήν· οὔτ' ἄλλων εὐποροῦντες νήσων· ἀλλὰ πλέον οἰκοῦντες τὴν θάλατταν, ὀλίγοι δ' οἰκουροῦντες, ἢ ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντες. Ἐπεὶ πλήθει γε οὐδεμιᾶς ἂν ἀπολείπεσθαι δόξειε τῶν ἔξω Ῥώμης πόλεων· ἤκουσα γοῦν ἐν μιᾷ τῶν καθ' ἡμᾶς τιμήσεων, πεν-

---

[p] τῆς σφενδόνης.] Legit Casaubonus τῇ σφενδόνῃ, & sic, eo teste, scriptum erat in Planudæ excerptis.

[q] δέρρεις.] Vulgò δέρεις. Sequimur scriptos codices, præsertim Regium & Mediceum, qui cum Hesychio conveniunt. Ait enim hic δέρρις τὸ παχὺ ὕφασμα, ᾧ εἰς παραπέτασμα ἐχρῶντο, ἴσως δὲ δερματίνοις ἐχρήσαντο περὶ τῶν αὐτῶν.

ad ferienda propinqua ; & mediocrem, ad mediocres missus. A puero autem ita fundâ exercebantur, ut non aliàs panis daretur, quàm si fundâ scopum tetigissent. Itaque Metellus ad insulas adnavigans, pelles supra tabulata navium extendit ad excipiendos fundarum ictus : introduxit autem colonos, tria millia Romanorum ex Hispaniâ.

Ad soli ubertatem id quoque accedit commodi, quòd iis in insulis non facilè noxium aliquod reperitur animal. Nam cuniculos aiunt non esse indigenas, sed ex oppositâ continente importato masculo & femellâ : ab hoc principio tantùm fuisse procreatum cuniculorum, ut domos etiam arboresque tandem subverterint, & Romanorum opem Baleares implorare [55] (ut docuimus) coacti fuerint. Nunc venandi dexteritas non sinit eos ad dandum damnum invalescere, sed cum emolumento agri coluntur.

Hæ ergo sunt insulæ intra Columnas Herculis sitæ. Ad ipsas autem Columnas duæ sunt minutæ insulæ, quarum alteram [56] Junonis insulam appellant, à quibusdam hæ Columnæ vocantur. Extra Columnas sunt Gades, de quibus hoc tantùm diximus, eas à Calpe distare IↃ CCL stadiis : vicina est hæc insula ostiis Bætis : multi autem de eâ sunt sermones. Etenim Gaditani sunt, qui plurimis maximisque navibus in nostrum & exterum mare proficiscuntur, cùm neque magnam habitent insulam, neque multum agri in oppositâ continente possideant, neque aliarum divites insularum sint : sed plerique mare incolant, pauci domi desideant, aut Romæ versentur. Urbs enim eorum, multitudine civium non videtur ulli extra

55 *ut docuimus.*] Vide suprà, p 451.

56 *Junonis insulam.*] Quænam sit ea insula non facile est definire. Plures memorat Plinius Junonis insulas, quæ videntur omnino diversæ ab eâ de quâ hìc agitur. Quidam hanc existimant esse quam Junonis promontorium vocat Ptolemæus, apud Turdulos situm, & in quo fanum Junonis extructum erat. Hâc sanè de causâ Xylander non *insulam*, sed *fanum Junonis* interpretabatur. Strabo verò *insulam* ait, non *fanum*; νῆσον non ναόν.

τακοσίους ἄνδρας τιμηθέντας ἱππικοὺς Γαδειτανοὺς, ὅσους οὐδένας οὐδὲ τῶν Ἰταλιωτῶν πλὴν τῶν Παταυίνων. Τοσοῦτοι δ᾽ ὄντες, νῆσον ἔχουσιν οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος, πλάτος δ᾽ ἔσθ᾽ ὅπου, καὶ σταδιαῖον.

Πόλιν δὲ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ᾤκουν παντάπασι μικράν· προσέκτισε δ᾽ αὐτοῖς Βάλβος Γαδειτανὸς ὁ θριαμβεύσας, ἄλλην, ἣν νέαν καλοῦσι· τὴν δ᾽ ἐξ ἀμφοῖν Διδύμην, οὐ πλειόνων εἴκοσι σταδίων οὖσαν τὴν περίμετρον, οὐδὲ ταύτην στενοχωρουμένην· ὀλίγοι γὰρ οἰκουροῦσιν ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ πάντας θαλαττεύειν τὸ πλέον· τοὺς δὲ καὶ τὴν περαίαν οἰκεῖν· καὶ μάλιστα τὴν ἐπὶ τῆς προκειμένης νησῖδος, διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἣν ὥσπερ ἀντίπολιν πεποιήκασι τῇ Διδύμῃ, χαίροντες τῷ τόπῳ· ὀλίγοι δὲ κατὰ σύγκρισιν καὶ ταύτην οἰκοῦσι καὶ τὸ ἐπίνειον ὃ κατεσκεύασεν αὐτοῖς Βάλβος ἐν τῇ περαίᾳ τῆς ἠπείρου. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν ἡ πόλις· προσεχὲς δ᾽ αὐτῇ τελευταῖον ἐστὶ τὸ Κρόνιον πρὸς τῇ νησῖδι· τὸ δ᾽ Ἡράκλειον ἐπὶ θάτερα τέτραπται τὰ πρὸς ἕω, καθ᾽ ὃ δὴ μάλιστα τῇ ἠπείρῳ συνάπτουσα τυγχάνει ἡ νῆσος ὅσον σταδιαῖον πορθμὸν ἀπολείπουσα· καὶ λέγουσι μὲν διέχειν τῆς πόλεως δώδεκα μίλια τὸ ἱερὸν, ἴσον ποιοῦντες τὸν τῶν ἄθλων καὶ τὸν [1] τῶν μιλίων ἀριθμόν· ἔστι δὲ μεῖζον, καὶ σχεδόν τι τοσοῦτον ὅσον ἐστὶ τὸ τοῦ μήκους τῆς νήσου, [2] μῆκος δ᾽ ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν.

Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσιν. Ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην· τὸ εὔβοτον ὁρῶντες, ὅτι τῶν νεμομένων αὐτόθι προβάτων τὸ

---

[1] τῶν μιλίων.] Sic mſ. Regius & editi veteres. Excidit τῶν ex editis recentioribus.

[2] μῆκος δ᾽ ἐστί.] Verba hæc reponimus ex mſ. Regio, minimè otioſa, & quæ in editis deſunt.

---

57 *Urbem ab initio*, &c.] Quidquid hîc Strabo de Gadibus tradit, ſi quis cum iis quæ hodiè extant diligenter conferre tentaverit, is maximas locorum mutationes deprehendet; quas in his extremis Europæ partibus ab im-

Romam cedere. Audivi igitur noſtrâ ætate cenſu habito aliquando cenſos fuiſſe equites Gaditanos IↃ, quot nullius vel Italicæ urbis cenſi ſunt præter Patavinam. Tanto ergo cùm ſint numero, inſulam habent, non multo longiorem C ſtadiis, latitudine alicubi unius tantùm ſtadii.

Urbem [57] ab initio habitarunt omnino exiguam: condidit eis aliam, quam novam vocant, [58] Balbus Gaditanus, vir triumphalis: ex utriſque facta eſt [59] Didyma, ambitu non majore XX ſtadiis: neque illa arctè habitatur, pauci enim domi deſident, cùm plerique in mari degant: nonnulli etiam in oppoſitâ terrâ, præcipuè inſulâ ante Gades ſitâ, uberis ſoli, quam loco iſto gaudentes tanquam oppoſitam Didymæ urbem fecerunt. Hanc quoque (ſi quis comparationem inſtituat) pauci inhabitant, & navale, quod eis Balbus extruxit in oppoſitâ continente. Urbs ſita eſt in occiduis inſulæ partibus, cui contiguum eſt extremâ in parte Saturni templum, è regione parvæ inſulæ. Herculis fanum in alteram partem versùs ortum poſitum eſt, quà proximè ad continentem inſula accedit, unius ſtadii freto divulſa. Dicunt XII paſſuum millibus ab urbe fanum hoc abeſſe, numerum milliarium numero certaminum Herculis exæquantes: eſt autem major diſtantia, ac ferè tanta, quanta eſt inſulæ ab ortu ad occaſum longitudo.

Videtur Gadibus nomen Erytheæ tribuiſſe Pherecydes, in quâ boves Geryonis fuiſſe fabulantur: alii eo nomine intelligunt inſulam Gadibus adſitam, freto unius ſtadii dejunctam: ratione habitâ paſcuorum bonitatis, quòd ibi paſcentium ovium lac ſero caret, multúmque ei ob

---

menſo mari aſſiduè exeſis, factas fuiſſe tanto temporum intervallo, nemini ſanè mirum videbitur.

[58] *Balbus Gaditanus.*] Is fuit L. Cornelius Balbus, Gadibus oriundus, qui primus de externis triumphavit, debellatis Garamantibus & aliis Africæ populis, circa annum ab Urbe conditâ 734. Vide Plinium, lib. v, cap. 5; Solinum, cap. 32; & Dionem, lib LIV. Cæſari in Hiſpaniam prætori olim addictus fuerat, quo favente civis Romanus factus, conſul anno Romæ 713 creatus fuit.

[59] *Didyma.*] Id eſt, juxta vim Græci nominis, *gemella*.

γάλα, ὅρον δ' οὐ ποιεῖ· τυροποιοῦσι τε πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πιότητα· ἐν πεντήκοντά τε ἡμέραις πνίγεται τὸ ζῶον, εἰ μή τις [t] ἀποχάζοι τι τοῦ αἵματος· ξηρὰ δέ ἐστιν ἣν νέμονται βοτάνην, ἀλλὰ πιαίνει σφόδρα· τεκμαίρονται δ' ἐκ τούτου πεπλάσθαι τὸν μῦθον τὸν περὶ τὰ βουκόλια τοῦ Γηρυόνου. Κοινῇ μέν τοι συνῴκισται πᾶς ὁ αἰγιαλός.

Περὶ δὲ τῆς κτίσεως τῶν Γαδείρων τοιαῦτα [u] λέγοντες, μέμνηνται Γαδιτανοὶ χρησμοῦ τινος, ὅν τινα γενέσθαι φασὶ Τυρίοις κελεύοντα ἐπὶ τὰς Ἡρακλέους Στήλας [x] ἀποικίας πέμψαι· τοὺς δὲ πεμφθέντας κατασκοπῆς χάριν, ἐπειδὴ κατὰ τὸν πορθμὸν ἐγένοντο τὸν κατὰ τὴν Κάλπην, νομίσαντας τέρμονας εἶναι τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς Ἡρακλέους στρατιᾶς τὰ ἄκρα ποιοῦντα τὸν πορθμὸν, ταῦτα δ' αὐτὰ καὶ Στήλας [y] ὀνομάζειν τὸ λόγιον, καταχεῖν εἴς τι χωρίον ἐντὸς τῶν στενῶν, ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἡ [z] τῶν Ἐξιτανῶν πόλις· ἐνταῦτα δὲ θύσαντας μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων, ἀνακάμψαι πάλιν· χρόνῳ δ' ὕστερον τοὺς πεμφθέντας προελθεῖν ἔξω τοῦ πορθμοῦ περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους εἰς νῆσον Ἡρακλέους ἱερὰν, κειμένην κατὰ πόλιν Ὀνόβαν τῆς Ἰβηρίας· καὶ νομίσαντας ἐνταῦθα εἶναι τὰς Στήλας, θῦσαι τῷ Θεῷ· μὴ γενομένων δὲ πάλιν καλῶν τῶν ἱερείων, ἐπανελθεῖν οἴκαδε· τῷ δὲ τρίτῳ στόλῳ τοὺς ἀφικομένους, Γάδειρα κτίσαι, καὶ ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ἑῴοις τῆς νήσου· τὴν δὲ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἑσπερίοις. Διὰ δὲ τοῦτο τοῖς μὲν δοκεῖν τὰ ἄκρα τοῦ πορθμοῦ τὰς Στήλας εἶναι, τοῖς δὲ τὰ Γάδειρα· τοῖς δ' ἔτι πορρώτερον τῶν Γαδείρων ἔξω προκεῖσθαι.

Ἔνιοι δὲ Στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ [a] τὴν Ἀβύλυκα, τὸ ἀντικείμενον ὄρος τῆς Λιβύης, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν

---

[t] ἀποχάζοι.] Sequimur codicem Regium. Editi ἀποχάζει.

[u] λέγοντες.] Sic mſ. Regius & alii ſcripti, teſte Caſaubono. Vulgò λέγεται.

[x] ἀποικίας.] Scripti, juxta Caſaubonum, ἀποικίαν.

[y] ὀνομάζειν.] Ita rectè mſ. Regius. Editi ὀνομάζει.

[z] τῶν Ἐξιτανῶν.] Vulgò τῶν Ἀξιτανῶν. Legendum autem eſſe Ἐξιτανῶν exiſtimat Caſaubonus, tum quòd ſuprà, in hoc tractu Ἐξιτανοὺς memoravit Strabo, Axitanos nullibi; tum quòd

pinguedinem additur aquæ ut caseus cogi possit: & L dierum spatio pecus suffocatur, nisi sanguinis aliquid mittatur: herba, quâ pascuntur, sicca est, sed admodùm pingues reddit: id conjiciunt ex eo, quòd fabula ficta est de armentis Geryonis. [60] Communiter quidem totum litus habitatum est.

Gades autem ut fuerint conditæ, talia feruntur. Memorant Gaditani, oraculum Tyriis datum, quod eos juberet ad Columnas Herculis coloniam deducere: missos loci videndi causâ, cùm ad fretum apud Calpen pervenissent, opinatos finem terræ habitatæ & Herculeæ expeditionis esse ea, quibus fretum illud clauditur, extrema, (quæ oraculum Columnas vocat) appulisse intra angustias ad locum, ubi nunc est Exitanorum urbs: ibi cùm re divinâ factâ non perlitarent, domum rediisse. Aliquanto post tempore missos, extra fretum progressos ad CIↃ IↃ stadia, ad insulam venisse Herculi sacram, è regione Onobæ Hispanicæ urbis sitam, ratosque ibi esse Columnas, Deo sacrificasse: rursúmque victimis non addicentibus, domum se recepisse. Eos, qui tertiò navigaverunt, Gades condidisse, templo in ortivâ, urbe in occiduâ insulæ parte positis. Hinc ortum quòd columnarum vocabulo alii freti claustra intelligant, alii Gades, alii etiam quippiam ultra Gades situm.

Nonnulli pro Columnis habent Calpen & Abilam, qui est mons ex adverso Calpæ in Africâ, quem Eratosthenes ait situm esse in Metagoniis, Numidicâ gente. Alii

---

scripti hoc in loco Ἐξιτανῶν ferant, quibus tamen non suffragatur msf. Regius: is enim vulgatam retinet lectionem.

[a] τὴν Ἀβύλυκα.] MSS. inter quos Regius codex, τὴν Ἀβύλυκα.

---

[60] *Communiter quidem totum litus habitatum est*, &c.] Id est, variarum gentium incolas litus suscepit; atque hæc est Strabonis mens, quam assecuti non sunt interpretes.

τοῦ Μεταγωνίου, Νομαδικοῦ ἔθνους, ἱδρύσθαι· οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου νησίδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν μὲν τῆς Ἥρας νῆσον, καὶ ἱερὸν λέγει αὐτῆς· ἄλλην δέ φησιν εἶναί τινα, οὐδ' [b] Ἀβύλυκα ὄρος, οὐδὲ Μεταγώνιον ἔθνος.

Καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες, ταύτας εἶναι νομίζοντες Στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας [c] Γαδειρίτας, εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα. Καὶ Δικαίαρχος δὲ, καὶ Ἐρατοσθένης, καὶ Πολύβιος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς Στήλας· οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ Λίβυες ἐν Γαδείροις εἶναί φασιν· οὐδὲν γὰρ ἐοικέναι Στήλαις τὰ περὶ τὸν πορθμόν· οἱ δὲ τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις, χαλκᾶς ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ· ταύτας λέγεσθαί φασιν, ἐφ' ἃς ἐρχόμενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν, καὶ θύοντες τῷ Ἡρακλεῖ, διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς τοῦτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας· τοῦτον δ' εἶναι πιθανώτατον καὶ Ποσειδώνιος ἡγεῖται τὸν λόγον· τὸν δὲ χρησμὸν, καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποστόλους, ψεῦσμα Φοινικικόν. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀποστόλων, τί ἄν τις διϊσχυρίσαιτο, πρὸς ἔλεγχον ἢ πίστιν, [d] οὐδετέρως παρὰ λόγον. Τὸ δὲ τὰς νησίδας ἢ τὰ ὄρη μὴ φάσκειν ἐοικέναι στήλαις, ἀλλὰ ζητεῖν ἐπὶ τῶν κυρίως λεγομένων στηλῶν τοὺς τῆς οἰκουμένης ὅρους ἢ τῆς στρατείας τῆς Ἡρακλέους, ἔχει μέν τινα νοῦν· ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρξε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν [e] στηλίδα ἔθεσαν τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ κειμένην πυργίον τι· καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ στηλίδι· καὶ οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοὶ, κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων γῆν· καὶ ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ

---

[b] Ἀβύλυκα ὄρος.] Vulgò Ἀβύλυκα καὶ ὄρος. Redundat καὶ, neque vocem eam agnoſcit manuſcriptus Regius.

[c] Γαδειρίτας.] Ita mſ. Regius: editi hoc loco Γαδειρίδας. At ipſi editi, ſaltem recentiores, ſequente paginâ, ferunt ut ſcribimus.

[d] οὐδετέρως παρὰ λόγον.] Legit Caſaubonus, puncto interrogantis adhibi-

inſulas

inſulas exiguas utrique monti propinquas, quarum alteram Junonis inſulam vocant. Artemidorus Junonis quidem & inſulam & fanum agnoſcit: diverſum tamen ait eſſe ab Abila, neque montem eſſe, neque in Metagoniis.

Quidam etiam Planctas & Symplegadas petras huc transferunt, exiſtimantque has eſſe Columnas, quas Pindarus vocet portas Gadiridas, dicens ultimò ad eas perveniſſe Herculem. Quin & Dicæarchus, & Eratoſthenes, & Polybius, & plurimi Græcorum Columnas ad fretum eſſe aſſerunt. At Hiſpani & Afri Gadibus eas vindicant: nihil enim columnarum ſimile habere ea, quæ ſunt ad fretum. Alii Columnas intelligi volunt, æreas octo cubitorum columnas, quæ ſunt Gadibus in Herculis delubro, quibus inſcriptus eſt ſumptus in templi factus exædificationem; haſque aiunt eſſe, [61] ad quas qui navigatione extremâ pervenerunt, ſacris Herculi factis, eam famam curaverint divulgari, ibi maris eſſe terræque finem: atque hanc maximè omnium opinionum probabilem Poſidonius cenſet: oraculum, & multos legatos, commentum Punicum. Ac de legatis quidem iſtis in utramque partem non video quid certi poſſit affirmari. Id autem ratione non caret, quod dicitur inſulas iſtas aut montes non referre columnarum formam: & quod quæruntur columnæ propriè ſic dictæ, quæ ſint finis mundi & expeditionis Herculeæ nota. Vetuſti enim moris fuit, hujuſmodi ponere limites, quemadmodum Rhegini, columellæ loco, in freto turriculam poſuerunt, cui oppoſita eſt turris Pelori: & Philænorum aræ in medio propè ter-

to, οὐδετέρως περὶ λόγον ὄν; cæterùm non ambigua ſententia eſt.

[e] στηλίδα.] Mſ. Regius στυλίδα, & ſic deinceps.

[61] *ad quas qui navigatione extremâ pervenerunt.*] Xylander, *ad quas cùm navigatione abſolutâ perveniſſent*: quod non accuratè mentem Strabonis videtur declarare.

Κορινθιακῷ μνημονεύεται στήλη τις ἱδρυμένη πρότερον· ἣν ἔστησαν κοινῇ οἱ τὴν Ἀττικὴν σὺν τῇ Μεγαρίδι κατασχόντες Ἴωνες, ἐξελαθέντες ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ οἱ κατασχόντες τὴν Πελοπόννησον· [f] ἐπιγράψαντες ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τῇ Μεγαρίδι μέρους,

Τὰ δ' [g] οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία·

ἐκ δὲ θατέρου,

Τὰ δ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Ἀλέξανδρος δὲ τῆς Ἰνδικῆς στρατείας ὅρια βωμοὺς ἔθετο ἐν τοῖς τόποις, εἰς οὓς ὑστάτους ἀφίκετο τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς Ἰνδῶν, μιμούμενος τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Διόνυσον.

Ἦν μὲν δὴ τὸ ἔθος τοῦτο. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους. Οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων μένουσι βωμοί· ἀλλ' ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν· οὐδὲ ἐν τῇ Ἰνδικῇ στήλας φασὶν ὁραθῆναι κειμένας, οὔθ' Ἡρακλέους οὔτε Διονύσου· καὶ λεγομένων μέντοι καὶ δεικνυμένων τῶν τόπων τινῶν, οἱ Μακεδόνες ἐπίστευον τούτους εἶναι στήλας, ἐν οἷς τι σημεῖον εὕρισκον ἢ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἱστορουμένων, ἢ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα. Κἀνταῦθα δὴ τοὺς μὲν πρώτους, οὐκ ἂν ἀπιστήσαι τις, ὅροις χρήσασθαι, χειροκμήτοις τισὶ βωμοῖς, ἢ πύργοις, ἢ [h] στηλίσιν ἐπὶ τῶν τόπων εἰς οὓς ὑστάτους ἧκον τοὺς ἐπιφανεστάτους. (ἐπιφανέστατοι δὲ οἱ πορθμοί, καὶ τὰ ἐπικείμενα ὄρη, καὶ αἱ νησίδες, πρὸς τὸ ἀποδηλοῦν ἐσχατιάς τε καὶ ἀρχὰς τόπων·) ἐκλειπόντων δὲ τῶν χειροκμήτων ὑπομνημάτων, μετενεχθῆναι τοὔνομα εἰς τοὺς τόπους, εἴ τε τὰς νησίδας τις βούλεται λέγειν, εἴ τε τὰς ἄκρας τὰς ποιούσας τὸν πορθμόν. Τοῦτο γὰρ ἤδη διορίσασθαι χαλεπόν, ποτέροις χρὴ προσάψαι τὴν ἐπίκλη-

---

[f] ἐπιγράψαντες.] Mſ. Regium sequimur. Vulgò ἐπίγραψαν.

[g] οὐχὶ Πελοπόννησος.] Veteres editi & mſ. Regius οὐχ' ἡ Πελοπόννησος. Ca-

ræ, quæ eſt intra Syrtes: & in iſthmo Corinthiaco memoratur poſita columna antiquitus, quam communi operâ collocaverunt Iones, qui Atticam & Megaridem, pulſi è Peloponneſo, occupaverunt, & qui Peloponneſum obtinuerunt: inſcriptumque fuit in parte Megaridi obversâ,

Non hîc Peloponneſus, ſed eſt Ionia:

& in alterâ parte,

Hîc Peloponneſus eſt, non eſt Ionia.

Et Alexander in Indicâ expeditione, ad quæ ultima loca pervenit, apud Indos versùs orientem degentes, aras pro termino poſuit, Herculem imitatus & Bacchum.

Erat ſanè hoc moris. Verùm probabile eſt locos nomen, iſtarum rerum denominationem, excipere: præſertim ubi tempus abolet poſitos limites. Neque enim hodie extant Philænorum aræ, ſed locus id nominis retinet. Et aiunt in Indiâ neque Herculis, neque Bacchi columnas viſas fuiſſe: nihilominus Macedones indicata ipſis & demonſtrata quædam loca crediderunt eſſe eas columnas, ubi veſtigium aliquod reperiebant eorum, quæ vel de Baccho vel de Hercule erant memoriæ prodita. Ergo hîc quoque incredibile nequaquam eſt primos illis in locis, ad quæ ultima & maximè illuſtria veniſſent, limites, extructis manu aris aliquibus aut turribus aut columnis, conſignaſſe: (ſunt autem freta, iiſque incumbentes montes, aut inſulæ, maximè illuſtria ad deſignanda locorum extrema vel prima) deinde abolitis monumentis illis manuum operâ conditis, nomina eorum locis inhæſiſſe: ſive ea minutas inſulas eſſe dicas, ſive fretum con-

---

ſaubonus, lectionem quam retinuimus tuetur ex Plutarcho in Theſeo, & ex ipſo Strabone, lib. IX initio.

[h] στηλῶν.] Mſ. Regius στυλῶν, ut jam ſuprà notavimus: cui lectioni, hoc loco, ſuffragatur mſ. Mediceus.

σιν, διὰ τὸ ἀμφοτέροις ἐοικέναι τὰς στήλας. Λέγω δὲ ἐοικέναι, διότι ἐν τοῖς τοιούτοις ἵδρυνται τόποις, οἳ σαφῶς ὑπαγορεύουσι τὰς ἐσχατιάς· καθ' ὃ καὶ στόμα εἴρηται ὁ πορθμὸς, καὶ οὗτος, καὶ ἄλλοι πλείους· τὸ δὲ στόμα πρὸς μὲν εἴσπλουν ἀρχή ἐστι, πρὸς δὲ ἔκπλουν ἔσχατον. Τὰ οὖν ἐπὶ τῷ στόματι νησίδια, ἔχοντα τὸ εὐπερίγραφόν τε, καὶ σημειῶδες, οὐ φαύλως στήλαις ἀπεικάζοι τις ἄν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ὄρη τὰ ἐπικείμενα τῷ πορθμῷ, καὶ ἐξοχήν τινα [i] τοιαύτην ἐκφαίνοντα, οἷον αἱ στηλίδες, ἢ αἱ στῆλαι.

Καὶ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίτας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ στῆλαι· πύλαις γὰρ ἔοικε τὰ στόματα· τὰ δὲ Γάδειρα οὐκ ἐν τοιούτοις ἵδρυται τόποις, ὥστ' ἀποδηλοῦν ἐσχατιάν· ἀλλ' ἐν μέσῃ πως κεῖται μεγάλῃ παραλίᾳ κολπώδει. Τὸ δὲ ἐπ' αὐτὰς ἀναφέρειν τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλας τὰς ἐνθάδε, ἧττον εὔλογον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· οὐ γὰρ ἐμπόρων, ἀλλ' ἡγεμόνων μᾶλλον ἀρξάντων τοῦ ὀνόματος τούτου, κρατῆσαι πιθανὸν τὴν δόξαν· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰνδικῶν Στηλῶν. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἣν φησιν, οὐκ ἀφίδρυμα ἱερὸν δηλοῦσα, ἀλλὰ ἀναλώματος κεφάλαιον, ἀντιμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· τὰς γὰρ Ἡρακλείους Στήλας, μνημεῖα εἶναι δεῖ τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας, οὐ τῆς Φοινίκων δαπάνης.

Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ, [k] πότιμον δὲ εἶναι· ἣν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν· κατὰ μὲν τὰς πλήμας, ἐκλείπουσαν· κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις, πληρουμένην· αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπῖπτον, [l] καλυφθείσης μὲν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς ἐπιβάσεις τῆς θαλάττης, εἴργεται τῆς τοιού-

---

[i] τοιαύτην ἐκφαίνοντα, οἷον, &c.] Legit Casaubonus cum veteribus τοιαύτην ἐμφαίνοντα οἷαν, &c. Mſ. Regius lectionem editorum exhibet.

[k] πότιμον δὲ εἶναι.] Scripti, teste Casaubono, πότιμον tantùm agnoſcunt; quibus ſuffragatur Regius codex.

[l] καλυφθείσης.] Lectionem hanc ex veteribus libris jam reſtituendam monuerat Caſaubonus, & ex auctore Epitomes; quibus addimus fidem codicis Regii. Editi καταληφθείσης.

ficientia promontoria. Hoc enim jam definitu difficile est, utris appellatio ista sit tribuenda, cùm columnæ utrisque sint similes: similes dico, quia talibus in locis collocantur, quæ evidenter extremitates demonstrant: unde & huic freto & aliis nomen oris apud Græcos inditum: os autem intrò navigandi principium est, extremum foràs navigantibus. Jam parvæ illæ in ore insulæ, cùm facilè circumscribantur, & quasi punctum repræsentent, non ineptè columnis comparari posse videntur: itemque incumbentes freto montes, eminentiâ suâ sive columnam sive columellam referentes.

Atque hâc ratione Pindarus rectè dixerit portas Gadiridas, si in ore intelligantur columnæ: portis enim ora ista sunt adsimilia: cæterùm Gades non talibus in locis sitæ sunt, quæ extremitatem aliquam denotent: sed jacent in medio quodammodo maritimi sinuosi litoris. Minùs verò mihi videtur rationi consentaneum, ad ipsas in fano Herculis positas columnas nomen Columnarum referre velle: probabile enim est non à mercatoribus, sed à ducibus primùm indito hoc nomine, ejus deinde famam inclaruisse, [62] sicut evenit de Indicis Columnis. Tum inscriptio earum, non sacri donarii dedicationem, sed summam impensarum indicans, rationem illam impugnat: nam Columnas Herculis, argumentum magnificentiæ ejus, non factorum à Phœnicibus sumptuum oportet esse.

Porrò autem scribit Polybius esse Gadibus in templo Herculis fontem, ad cujus aquas paucorum sit graduum descensus, potui aptas: qui ad æstus maris contrario planè sit affectus modo, cùm sub exundationem maris deficiat, & defluente eo impleatur. Causam rei confert in spiritum, qui è profundo in superficiem terræ effertur: quâ superficie sub maris affluxu ab aquis occupatâ, spiritum, cùm suis exitibus solitis privetur, introrsum re-

---

62 *sicut evenit de Indicis Columnis.*] Hoc Xylander omiserat.

τῶν ἐξόδων οἰκείων· ἀναστρέψαι δ' εἰς τὸ ἐντὸς ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους, καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν· γυμνωθείσης δὲ πάλιν εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς φλέβας τῆς πηγῆς, ὥστ' ἀναβλύειν εὐπόρως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ, καὶ ἅμα παρ' αὑτοῦ τινὰ θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὔ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα, καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός. Ποσειδώνιος δὲ ψευδῆ λέγων εἶναι τὴν ἱστορίαν ταύτην, δύο φησὶν εἶναι φρέατα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, καὶ τρίτον ἐν τῇ πόλει· τῶν δὲ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, τὸ μὲν μικρότερον, [m] ὑδρευομένων συνεχῶς [n] αὐθωρὸν καὶ ἐκλείπειν, καὶ διαλειπόντων τῆς ὑδρείας, πληροῦσθαι πάλιν· τὸ δὲ μεῖζον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τὴν ὑδρείαν [o] ἔχον μειούμενον μέν τοι καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα φρέατα πάντα, νύκτωρ πληροῦσθαι, μηκέτι ὑδρευομένον· ἐπειδὴ δὲ συμπίπτει κατὰ τὸν τῆς συμπληρώσεως καιρὸν ἡ ἄμπωτις πολλάκις, πεπιστεῦσθαι [p] καινῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τὴν ἀντίπλοιαν. Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἱστορία πεπίστευται, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παραδόξως [q] θρυλλουμένην παρειλήφαμεν.

Ἠκούομεν δὲ, καὶ φρέατα εἶναι, τὰ μὲν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τοῖς κήποις, τὰ δ' ἐντός· διὰ δὲ τὴν μοχθηρίαν τοῦ ὕδατος κατὰ τὴν πόλιν δεξαμενὰς ἐπιπολάζειν τοῦ λακκαίου ὕδατος· εἰ μέν τοι καὶ τούτων τι τῶν φρεάτων ἐπιδείκνυται τῆς ἀντιπαθείας ὑπόνοιαν, οὐκ ἴσμεν. Τὰς δ' αἰτίας εἴπερ συμβαίνει ταῦτα οὕτως, ὡς ἐν χαλεποῖς ἀποδέχεσθαι δεῖ. [r] Εἰκὸς μὲν γὰρ οὕτως ἔχειν ὡς ὁ Πολύβιός φησιν. Εἰκὸς δὲ καὶ τῶν φλεβῶν

---

m ὑδρευομένων.] Sic codex Regius hic & infrà. Priores editi ὑδρευμένων, posteriores ὑδρευμένον. Eo libentius emendamus ὑδρευομένων, quòd paulo post legitur διαλειπόντων τῆς ὑδρείας. Quomodocunque legatur, sententia non obscura est.

n αὐθωρόν.] Editi αὐθορόν. Xylander & Casaubonus legere jubebant αὐθωρεὶ: sed vox αὐθωρὸν editorum lectioni propior est, & eam exhibet ms. Regius, quem sequimur.

o ἔχον.] Xylander & Casaubonus mallent ἀνέχον: sed nullius libri favet ipsis auctoritas.

p καινῶς.... ἀντίπλοιαν.] Legit libentiùs cum Xylandro Casaubonus κενῶς... ἀντιπάθειαν. Deest conjecturis manuscriptorum fides, sed suffragatur aliquatenus vetus interpretatio: *ei esse contrarium maris refluxum inaniter arbitrati sunt indigenæ.* Et paulò infrà, Strabo vocem ἀντιπάθειαν usurpat de eâdem pu-

verti, obstructisque fontis meatibus aquas intercludere: rursúmque denudatâ aquis superficie, venas fontis liberare obstructione, atque ita tum aquam copiosè ebullire. Artemidorus autem dum hujus sententiam vult refellere, aliamque à se causam profert, factâ simul [63] Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere: quippe cùm & ipse & Silanus harum fuerint rerum rudes. At Posidonius falsitatis hanc narrationem damnans, duos ait in Herculis templo esse puteos, & in urbe tertium: eorum qui sunt in templo Herculis, minorem, cùm continenter ex eo aqua hauriatur, eâ ipsâ horâ siccari, rursúmque impleri ubi desitum fuerit aquari: majorem, [64] totius diei aquationi sufficere, & ipsum quidem minui, more aliorum puteorum, sed aquatione noctu cessante repleri: & cùm in repletionis tempus incidat non rarò maris defluxus, creditam esse ab incolis inusitatam illam contrarietatem affectionis. Historiæ quidem huic fidem adhibitam fuisse, cùm ille ait, & nos in divulgatis rerum inusitatarum narrationibus traditum reperimus.

Auditu etiam cognovimus, esse Gadibus alios quoque puteos partim in ipsâ urbe, partim extrà in hortis: sed ob aquæ vitiositatem in urbe usurpari cisternas lacustris aquæ: utrùm autem hi quoque putei aliquam istius naturalis dissensionis à mari dent significationem, ignoro. Quòd si hæc ita eveniunt, causarum assignationem ita par est accipere, ut fieri in rebus difficilibus debet. Ac fieri potest, ut res ita habeat, sicut judicavit Polybius. Probabile est etiam quasdam fontis ve-

---

teorum affectione marinis reciprocationibus contrariâ.

q θρυλλυμένην.] Libri veteres, juxta Casaubonum, sic habent; & ipsis adstipulatur Regius codex. Editi θρυλλυμένοις.

r Εἰκὸς μὲν γάρ.] In editis deest γὰρ, quod ex mſ. Regio reponimus.

---

63 *Silani.*] De Silano historico nihil rescire nos fatemur.

64 *totius diei aquationi sufficere, & ipsum quidem minui, &c.*] Xylander non accuratè: *totius diei aquatione minui: ipsum quoque, more aliorum puteorum, aquatione noctu cessante, repleri.*

τινας τῶν πηγαίων νοτισθείσας ἔξωθεν χαυνοῦσθαι, καὶ [s] παρέκχυσιν εἰς τὰ πλάγια μᾶλλον διδόναι τοῖς ὕδασιν, ἢ [t] ἀναθλίβειν, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ῥεῖθρον εἰς τὴν κρήνην· νοτίζεσθαι δ' ἀναγκαῖον ἐπικλύσαντος τοῦ κύματος. [u] Εἴθ' ὥσπερ Ἀθηνόδωρός φησιν, εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ περὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν, εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων, ἃ κατ' ἄλλους μὲν πόρους ἐκχεῖ τὴν ἔκρυσιν κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν (ὧν δὴ τὰ στόματα πηγὰς καὶ κρήνας καλοῦμεν) κατ' ἄλλους δὲ πόρους συνέλκεται πρὸς τὸ τῆς θαλάττης βάθος· καὶ [x] συνεξαίροντα μὲν ἐκείνην, ὥστε πλημμυρεῖν, [y] ὅταν ἡ ἐκπνοὴ γίνηται, τὸ οἰκεῖον ἀπολείπει ῥεῖθρον· [z] πάλιν ἀναχωρεῖ πρὸς τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ὅταν ἐκείνη λάβῃ τὴν ἀναχώρησιν.

Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας, ἐνταῦθα μωρίαν μᾶλλον, ἢ δριμύτητα αὐτῶν κατέγνωκεν· [a] ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νυκτὶ ἡ τοῦ ἡλίου περιφορὰ μετρεῖται, ποτὲ μὲν ὑπὸ γῆς ὄντος, ποτὲ δὲ ὑπὲρ γῆς φαινομένου. Φησὶ δὲ τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον, τὴν μὲν ἡμερήσιον ἀποδιδοῦσαν, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δ' ἐνιαυσιαίαν, συμπαθῶς τῇ σελήνῃ. Ὅταν γὰρ αὕτη ζῳδίου μέγεθος [b] ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος, ἄρχεσθαί τε διοιδεῖν τὴν θάλατταν καὶ ἐπιβαίνειν τῆς γῆς αἰσθητῶς μέχρι μεσουρανήσεως· ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν τὸ πέλαγος κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζῴδιον ὑπέρχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη· εἶτα μένειν τοσοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει χρόνον, ὅσον ἡ σελήνη συνάπτει πρὸς

[s] παρέκχυσιν.] Sic scripti, juxta Casaubonum, & mss. Regius. Vulgò περίχυσιν.

[t] ἀναθλίβειν.] Ms. Regius ἀναβλύζειν.

[u] Εἴθ' ὥσπερ.] Sequimur Regium codicem. Editorum lectio minus placet, εἰ δ' ὥσπερ.

[x] συνεξαίροντα μὲν ἐκείνην.] Legit Casaubonus καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκείνη. Quod non placet Abrah. Gronovio, Animadv. in Strab., p. 172. Lectio enim vulgata videtur ipsi optimè cohærere sequentibus.

[y] ὅταν ἡ ἐκπνοὴ γίνηται.] Sic mss. Regius & Mediceus. Editi ὅταν οἷον ἐκπνοὴ γίνηται.

[z] πάλιν ἀναχωρεῖ.] Fortè πάλιν δὲ ἀναχωρεῖ, quod arridet Abr. Gronovio, sed quod nulla tuetur librorum auctoritas.

nas humectatas extrinsecus laxari, ita ut magis in obliquam partem aquas diffundant, quàm eas secundùm pristinum alveum in fontem exprimant : laxari autem necesse est inundatione aquarum. Quòd si, ut [65] Athenodoro videtur, inspirationis & expirationis simile quippiam habent maris affluxus & refluxus, fortassis quædam aquarum fluentium sunt, quæ per alios meatus naturam secutæ effluxus in superficiem effundunt (quorum ora fontes & scaturigines vocamus) aliis autem meatibus unà trahuntur ad profunditatem maris : eæque aquæ mare ita attollunt, ut exundet quando fit exspiratio, ac tum suum relinquunt proprium meatum : in quem redeunt, mari defluente.

Nescio autem quî factum sit, ut Posidonius in cæteris rebus acumen ingenii Phœnicibus tribuens, magis hoc loco eos fatuos, quàm subtiles judicet. Solis conversionem die ac nocte metimur, partem supra, partem infra terram eo exigente. Jam ille tradit oceani motum imitari conversionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum, alium menstruum, alium, ad lunam certo modo affecti. Cùm enim luna unius signi spatio supra horizontem elevatur, tum intumescere mare, & in terram effluere : quod etiam sensus possit percipere : idque dum ad medium cœli luna perveniat. Inde declinante astro, paulatim mare abscedere, dùm uno tantùm signo ab occasu absit luna : tum consistere ipsum, do-

---

[a] ἡμέρᾳ μὲν γὰρ καὶ νυκτὶ ἡ τοῦ ἡλίου περιφορὰ, &c.] Liber H. Stephani à Casaubono adductus scribebat : ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νὺξ τῇ τοῦ ἡλίου περιφορᾷ, &c. quod eòdem recidit. Ad hanc lectionem aliquatenus accedit Regius codex ; habet enim ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νὺξ, sed in reliquis fert ut editi : quod stare nequit ; nam vel omnino ut editi legendum est, vel omnino ut liber H. Stephani.

[b] ὑπερέχει.] Ita mſ. Regius ; editi ὑπερέχῃ.

---

[65] *Athenodoro.*] Duos Strabo laudat hujus nominis scriptores, lib. XIV. Tarsensis uterque fuit ; quorum alter philosophus è Stoicorum familiâ & Strabonis sodalis ; videtur hic esse cujus & hoc loco & aliàs (lib. I & XVI) apud Strabonem memoria est.

αὐτὴν τὴν δύσιν· καὶ ἔτι μᾶλλον τοσοῦτον, ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῴδιον ἀπέχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος· εἶτ' ἐπιβαίνειν πάλιν, ἕως τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος· εἶτ' ἀναχωρεῖν ἕως ἂν πρὸς τὰς ἀνατολὰς περιχωρήσασα ἡ σελήνη ζῴδιον τοῦ ὁρίζοντος ἀπόσχῃ· μένειν δὲ μέχρι ἂν ζῴδιον ὑπὲρ γῆς μετεωρισθῇ, καὶ πάλιν ἐπιβαίνειν· ταύτην μὲν εἶναι λέγει τὴν ἡμερησίαν περίοδον. Τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται, μέχρι διχοτόμου· πάλιν δ' αὔξονται, μέχρι πανσελήνου· καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος· εἶθ' ἕως τῶν συνόδων αἱ αὐξήσεις· [c] πλεονάζειν δὲ καὶ χρόνῳ καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις. Τὰς δ' ἐνιαυσίους παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησὶ λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο καὶ αἱ ἀναχωρήσεις, καὶ αἱ ἐπιβάσεις. Εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας· αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν, εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας· εἶτα αὔξεσθαι μέχρι θερινῶν τροπῶν.

Τῶν [d] δὴ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν συνάμφω χρόνον, δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης, δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένως δὲ καὶ τῶν ἡμερησίων χρόνων καὶ τῶν νυκτερινῶν, πῶς οἷόν τε τὸ πολλάκις μὲν συμβαίνειν κατὰ τὰς ἀμπώτεις τὴν πλήρωσιν τοῦ φρέατος, μὴ πολλάκις δὲ τὴν λειψυδρίαν; Ἢ πολλάκις μὲν, μὴ ἰσάκις δέ· [e] ἢ καὶ ἰσάκις δὲ, [f] τοὺς δὲ Γαδειρίτας ταῦτα μὲν μὴ ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι καθ' ἡμέραν γινόμενα· τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους, ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πιστεύει αὐτοῖς, δῆλον ἐξ ὧν καὶ προσεικάζει γενέ-

---

[c] πλεονάζειν δέ.] Reponimus particulam δὲ ex mss. Regio & Mediceo, quæ ex editis exciderat.

[d] δή.] Sic legendum arbitratur Casaubonus, non δέ, ut ferunt editi. Casauboni conjecturam asserit Regius codex quem sequimur.

[e] ἢ καὶ ἰσάκις δέ.] Hæc desunt in ms. Regio.

[f] τοὺς δὲ Γαδειρίτας ταῦτα μὲν μὴ ἱκανοὺς, &c.] Sic ms. Regius; atque ita omnino legendum est, ut cuique videbitur, qui seriem hujus disputationis prospexerit. Vocula δὲ & negatio μὴ in editis desiderantur; qui defectus interpretes procul à Strabonis mente impulit, ut par erat.

nec luna occiderit, atque item dum infra terram sub horizontem unius signi quantitate descenderit: exinde rursum increscere, donec ad medium cœli infra terram luna appulerit: postea iterum recedere usque dum versùs ortum progressa luna signo uno horizontem se habeat altiorem: tum eodem statu manere, donec ea signo horizontem superet altitudine: exinde rursum in terram exire. Hunc ergo ait ille maris esse diurnum circuitum. Menstruum porrò, quòd maximi refluxus contingunt circa novilunium: deinde dum æquâ portione divisa videatur, minui: hinc rursum usque ad plenilunium augeri, & minui exinde, usque dum diminuta lumine dimidium lucidum ostendat, postea rursum ad coitum usque crescere: ea autem incrementa tempore & celeritate sese superare. Annuas denique maris vices se à Gaditanis auditu cognovisse ait. Ita enim illos tradere, circa æstivum solstitium recessus accessusque maris maximè augeri: se verò conjecturam facere, eosdem inde ad æquinoctium usque diminui, rursumque ad brumam usque accrescere, ab hâc usque ad vernum æquinoctium decrescere, porróque augescere, usque ad æstivum solstitium.

Hæ maris vices cùm quovis die naturali eveniant, bis quotidie mari se efferente, & bis subsidente, idque suo ordine & interdiu & noctu: quomodo fit ut putent impletionem putei sæpe evenire sub refluxum maris, non sæpe autem exinanitionem? Aut sæpe quidem, sed non toties, [66] aut etiam toties: [67] Gaditanos autem non suffecisse accuratè observandis iis, quæ fierent quotidie: qui potuerunt annuas vicissitudines ex eo deprehendere, quod semel fit toto anno? Nam quòd fidem eis ipse adhibuerit, ex eo constat, quòd ipse conjecturam de reliquis

---

66 *aut etiam toties.*] Verba hæc delenda sunt, si mss. Regio fides sit.

67 *Gaditanos non suffecisse*, &c.] Restitutis Græcis ex mss. Regio, interpretationem Xylandrinam revocavimus ad Strabonis mentem. Vide suprà, not. f.

σθαι τὰς μειώσεις καὶ πάλιν αὐξήσεις, ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπάς τε ἑτέρας, κἀκεῖθεν πάλιν ἐπανόδους. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκὸς, ὅτι τηρητικοὶ ὄντες τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον, τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευσαν. Φησὶ δ' οὖν Σέλευκον τὸν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης, καὶ [g] ἀνωμαλίαν τινὰ ἐν τούτοις καὶ ὁμαλότητα λέγειν κατὰ τὰς τῶν ζῳδίων διαφοράς· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἰσημερινοῖς ζῳδίοις τῆς σελήνης οὔσης ὁμαλίζειν τὰ πάθη, ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ἀνωμαλίαν εἶναι, καὶ πλήθει καὶ τάχει· τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον κατὰ τοὺς συνεγγισμοὺς εἶναι [h] τὴν ἀνωμαλίαν.

Αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν πανσέληνον φησὶν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ γενόμενος τῷ ἐν Γαδείροις πλείους ἡμέρας, μὴ δύνασθαι συνεῖναι τὰς ἐνιαυσίους διαφοράς. Περὶ μέντοι τὴν σύνοδον ἐκείνου τοῦ μηνὸς, τηρῆσαι μεγάλην παραλλαγὴν ἐν Ἰλίπα τῆς τοῦ Βαίτιος ἀνακοπῆς παρὰ τὰς ἔμπροσθεν, ἐν αἷς οὐδὲ ἕως ἡμίσους τὰς ὄχθας ἔβρεχε· τότε δ' ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι (διέχει δ' ἡ Ἰλίπα τῆς θαλάττης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους) τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ πεδίων καὶ [i] ἐπὶ λ̄ σταδίους εἰς βάθος καλυπτομένων ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι· τὸ τῆς κρηπίδος ὕψος, τῆς τε τοῦ νεὼ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, καὶ τῆς τοῦ χώματος, ὃ τοῦ λιμένος πρόκειται, τοῦ ἐν Γαδείροις, οὐδ' ἐπὶ δέκα πήχεις καλυπτόμενον, ἀναμετρῆσαι φησί· κἂν προσθῇ δέ τις καὶ τὸ διπλάσιον τούτου, κατὰ τὰς γενομένας ποτὲ παραυξήσεις, οὕτω παρασχεῖν ἂν τὴν ἔμφασιν ἣν ἐν τοῖς πεδίοις παρέχεται τὸ μέγεθος τῆς πλημμυρίδος. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος, κοινὸν ἱστορεῖται κατὰ πᾶσαν τὴν κύκλῳ παρωκεανῖτιν.

---

g ἀνωμαλίαν .... ὁμαλότητα.] Mſ. Regius, & alii, teſte Caſaubono, ſcripti: ὁμηλίαν ... ἀνομαλότητα.

h τὴν ἀνωμαλίαν.] Scripti, juxta Caſaubonum, & mſ. Regius, τὴν ἀναλογίαν.

i ἐπὶ λ̄ σταδίους.] Id eſt XXX ſtadia. Mſ. Regius ἐπὶ ν̄ σταδίους, id eſt ſtadia quinquaginta.

porrò incrementis & decrementis solstitiorum & æquinoctiorum causâ addit. Ne hoc quidem consentaneum est, homines istos observandi studiosos, ea quæ eveniunt non animadvertisse: credidisse iis quæ non fierent. Refert ergo [68] Seleucum eum qui à Rubro mari oriundus fuit, in his æqualitatem inæqualitatemque statuere aliquam pro signorum cœlestium ratione: nam lunâ in æquinoctialibus signis hærente, æquabiliter illos æstus fieri: in solstitialibus autem, & quantitate & celeritate inæquali: eamque inæqualitatem in reliquis signis locum habere, pro eo atque unum quodvis eorum ad dicta propius accedit.

Ipse autem se memorat Gadibus in Herculis templo fuisse sub ipsum æstivum solstitium, in plenilunio per aliquot multos dies, neque tamen anniversarias istas mutationes potuisse deprehendere: sed circa ejus mensis novilunium magnam se in Bætis fluvii apud Ilipam repercussione notasse diversitatem: qui cùm antè vix usque ad dimidium ripam madefaceret, tunc ita fuerit effusus, ut ibi aquarentur milites (abest autem Ilipa à mari circiter IↃCC stadia): & campestria mari propinqua etiam usque XXX stadia in altum fuisse aquis tecta, ita ut insularum modo, mari quædam ambirentur: altitudo fundamenti, cui fanum Herculis insistit, & aggeris, qui portui Gaditano præpositus est, usque ad X cubitos occultata, ut mensum se ait: quòd si quis etiam duplum hujus addat, secundùm incrementa tunc facta, ita possit indicium præberi ejus magnitudinis, quam in campis exundatio fecit. Atque hoc quidem traditur evenire communiter toti oræ oceano adjacentis circulo.

---

68 *Seleucum eum qui à Rubro mari oriundus fuit.*] Id est è regionibus ad mare Rubrum. Malè Xylander, *Seleucum quendam à Rubro mari oriundum.* Multo pejùs vetus interpres, *Seleucum quendam à Rubro mari profectum.* Cùm plures essent scriptores Seleuci nomine, hunc pro more Strabo designat ex patriâ: eumdem fortèquem libro I, p. 21, Seleucum Babylonium appellavit.

Τὸ δὲ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ καινὸν καὶ ἴδιον φησὶν οὗτος· πλημμυρεῖ γὰρ ἔσθ' ὅπου καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ· αἰτίαν δ' εἶναι τὴν λίμνην, δι' ἧς ῥεῖ· συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Ἱστορεῖ δὲ καὶ δένδρον ἐν Γαδείροις, ὄζους ἔχον καμπτομένους εἰς ἔδαφος, πολλάκις δὲ φύλλα ξιφοειδῆ, πηχυαῖα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τετραδάκτυλα. Περὶ δὲ νέαν Καρχηδόνα, δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. Τῷ μὲν οὖν ἐν Γαδείροις, καὶ ἡμεῖς εἴδομεν ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν τῶν κλάδων κατάκαμψιν· τοῖς δὲ φύλλοις ἀνόμοιον, οὐδὲ καρπὸν ἔχον· τοῦτο δ' ἔχειν φησί. Τὰ δ' ἀκάνθινα ὑφαίνεται καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ· φέρει δ' οὐδὲν δένδρον τὴν ἄκανθαν ἐξ ἧς ὁ φλοιὸς, ἀλλὰ χαμαίζηλος ἡ βοτάνη. Τῷ δὲ δένδρῳ τῷ ἐν Γαδείροις καὶ τοῦτο προσιστόρηται, ὅτι κλάδου μὲν ἀποκλωμένου, γάλα ῥεῖ· ῥίζης δὲ τεμνομένης μιλτῶδες ὑγρὸν ἀναφέρεται. Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν Γαδείρων.

Αἱ δὲ Καττιτερίδες, δέκα μέν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρτάβρων λιμένος πελαγίαι· μία δ' αὐτῶν ἔρημός ἐστι· τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες τοὺς χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, [k] ὅμοιοι ταῖς Τραγικαῖς Ποιναῖς. Ζῶσι δ' ἀπὸ βοσκημάτων νομαδικῶς τὸ πλέον· μέταλλα δὲ ἔχοντες καττιτέρου καὶ μολύβδου, κέραμον ἀντὶ τούτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται, καὶ ἅλας, καὶ χαλκώματα πρὸς τοὺς ἐμπόρους. Πρότερον μὲν οὖν, Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτον-

---

k ὅμοιοι ταῖς Τραγικαῖς Ποιναῖς.] Sic legendum censebat Casaubonus, atque ita omnino fert Regius codex. Suffragatur vetus interpres. Editi, ὅμοιοι τοῖς τράγοις ταῖς ὑπήναις, quod interpretabatur Xylander, *barbas, hircorum in morem, alentibus*. Hanc lectionem defendit Raph. Fabrettus (Comment. de Columnâ Trajani, cap. I, p. 9 & seqq.) cui certè assentiri non possumus. Locum hunc illustrat Athenæus, qui lib. XII, cap. 5, Iberos ait in publicum prodire tunicis ad pedes demissis vestitos, & Tragicis stolis amictos: ἐν Τραγικαῖς στολαῖς. Athenæus videtur Iberis tribuere quæ Strabo Cassiteridum incolis, ut Casaubonus monuit.

Novum autem & peculiare quippiam ille de Ibero fluvio refert, eum aliquando exundare nullis imbribus aut nivibus causam præbentibus, cùm boreæ frequentes flant: in causâ esse paludem, per quam fluit: nam à ventis aquam palustrem unà extorqueri. Narrat etiam arborem esse Gadibus, cujus rami ad solum sint deflexi, folia frequenter cubitalia longitudine, quatuor lata digitos, formâ gladii. Et apud novam Carthaginem arborem esse, quæ è spinâ corticem emittat, unde telæ pulcherrimæ conficiantur. Nos sanè, quod ad ramorum deorsum inflexionem attinet, Gaditanæ arboris similem in Ægypto vidimus, foliis tamen dissimilem, & fructu (facit enim ille suam frugiferam) carentem. E spinis autem texturæ fiunt etiam in Cappadociâ; sed nulla arbor spinas fert [69] ex quibus cortex: verùm herba est humilis. De Gaditanâ autem arbore id præterea narrat, eam ramo effracto, lac, radice incisâ, humorem minii similem emittere. Atque hæc de Gadibus sufficiant.

Cassiterides [70] insulæ decem sunt numero, vicinæ invicem, ab Artabrorum portu versùs septentrionem in alto sitæ mari: una earum deserta est, reliquæ ab hominibus incoluntur atras vestes gerentibus, tunicas indutis ad talos usque demissas, cinctis circum pectus, qui cum baculis ambulant [71] similes Tragædiarum Furiis. Vivunt ii ex pecore, vagantes ferè incertis sedibus: metalla habent stanni & plumbi, quorum, & pellium loco, fictilia, sales, & ærea opera à mercatoribus recipiunt. Primis temporibus, soli Phœnices à Gadibus eò negociatum iverunt, celantes alios istam navigationem. Cùm autem Romani

---

69 *ex quibus cortex.*] Verba hæc supplevimus à Xylandro omissa.

70 *Cassiterides.*] De harum insularum situ & hodierno nomine recentiores inter se non concordant. Fusè de his commentamur in annotationibus nostris ad Strabonem in linguam Gallicam translatum, quem prælo mox committendum, in luminis auras brevi emersurum confidimus.

71 *similes Tragædiarum Furiis.*] Locum hunc juxta Græci contextûs emendationem interpretati sumus. Vide not. k.

τες ἅπασι τὸν πλοῦν· τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπακολουθούντων ναυκλήρῳ τινὶ, ὅπως καὶ αὐτοὶ γνοῖεν τὰ ἐμπορεῖα, φθόνῳ ὁ ναύκληρος ἑκὼν εἰς τέναγος ἐξέβαλε τὴν ναῦν· ἐπαγαγὼν δ' εἰς τὸν αὐτὸν ὄλεθρον καὶ τοὺς ἑπομένους, αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίου, καὶ ἀπέλαβε [1] δημοσίᾳ τὴν τιμὴν ὧν ἀπέβαλε φορτίων. Οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ὅμως πειρώμενοι πολλάκις, ἐξέμαθον τὸν πλοῦν· ἐπειδὴ δὲ καὶ Πόπλιος Κράσος διαβὰς ἐπ' αὐτοὺς, ἔγνω τὰ μέταλλα ἐκ μικροῦ βάθους ὀρυττόμενα, καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηναίους, ἐκ περιουσίας ἤδη τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι, ταύτην τοῖς ἐθέλουσιν ἐπέδειξε· καίπερ οὖσαν πλείω τῆς διειργούσης εἰς τὴν Βρεττανικήν. Καὶ περὶ μὲν τῆς Ἰβηρίας καὶ τῶν προκειμένων νήσων ταῦτα.

---

[1] δημοσίᾳ.] Sic scripti, teste Casaubono; quibus adde ms. Regium. Editi δημοσίαν.



veni

quendam navis magiſtrum ſequerentur, ut & ipſi emporia iſta addiſcerent, is invidiâ ductus, deditâ operâ navem ſuam in vadum compulit, in eandemque perniciem iis, qui inſequebantur conjectis, ipſe è naufragio ſervatus ex ærario publico pretium amiſſarum mercium recepit. Tamen Romani re ſæpius tentatâ, navigationem addidicerunt. Deinde [71] Publius Craſſus cùm eò navigaſſet, videretque metalla non altè effodi, homineſque eos pacis ſtudioſos, otio abundante, mari quoque navigando ſtudere, id volentibus commonſtravit : quanquam amplius mare navigandum eſſet eo, quod inde ad Britanniam pertinet. Ac de Hiſpaniâ quidem, & inſulis ante eam ſitis hæc ſufficiant.

---

[71] *Publius Craſſus.*] Is eſt P. Licinius Craſſus, qui anno ab Urbe conditâ 656 conſul creatus fuit, Luſitanos proconſul debellavit, & de iis triumphavit anno 660. Vide Suppl. Freinshemii ad Liv. lib. LXX, cap. 30.

APPROBATIO.

Ex mandato illustrissimi FRANCIÆ CANCELLARII, legi STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM libros XVII ad fidem mss. emendatos ab uno è Regiæ Inscriptionum atque Humaniorum Literarum Academiæ Sociis. Sperabat doctissimus Theodorus Jansonius ab Almeloveen, cum anno 1707 peritissimum Geographorum Strabonem Amstelædami edebat, surrecturum olim quempiam, qui post clarissimos viros, Heresbachium, Xylandrum, Casaubonum & Palmerium, instructus illis subsidiis, quæ nonnisi rarò & difficulter offenduntur, semel, quod isti viri nondum potuerint attingere, ritè perfecturus esset. Surrexit tandem vir ille, &, quod orbi literato faustum prædicare ausim, Regiorum Codicum ope, si non omnia, plurima saltem Strabonis loca ita perfecit, ut suus præstantissimo scriptori nativus decor restituatur. Hanc ergo maximi momenti operam, quæ typis iterum atque iterum mandetur, dignissimam duxi. Dabam Lutetiæ-Parisiorum, die 11ª decembris, anno R. S. 1762.

JOANNES CAPPERONNIER,
Bibliothecæ Regiæ Custos, & Regius
Græcarum Literarum Professor.

PRIVILÉGE DU ROI.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE, à nos amés & féaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conſeil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT: Notre amé LAURENT DURAND, Libraire à Paris, nous a fait expoſer qu'il deſireroit faire imprimer & donner au public des ouvrages qui ont pour titre *Hiſtoire abrégée des Inſectes*, *Strabon en Grec & en Latin*, s'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de privilège pour ce néceſſaires: A CES CAUSES voulant favorablement traiter l'expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces préſentes de faire imprimer leſdits ouvrages autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout notre Royaume, pendant le temps de quinze années conſécutives, à compter du jour de la date des préſentes: faiſons défenſes à tous Imprimeurs, Libraires & autres perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangère dans aucun lieu de notre obéiſſance; comme auſſi d'imprimer ou faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire leſdits ouvrages, ni d'en faire aucun extrait ſous quelque prétexte que ce puiſſe être, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui; à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Expoſant, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts: A la charge que ces préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le regiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que l'impreſſion deſdits ouvrages ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément à la feuille imprimée, attachée pour modèle ſous le contre-ſcel des préſentes; que l'Impétrant ſe conformera en tout aux règlemens de la Librairie, & notamment à celui du dix avril 1725; qu'avant de les expoſer en vente, les manuſcrits qui auront ſervi de copie à l'impreſſion deſdits ouvrages ſeront remis dans le même état où l'approbation y aura été donnée ès mains de notre très-cher & féal Chevalier Chancelier de France le ſieur DE LAMOIGNON; & qu'il en ſera enſuite remis deux exem-

plaires de chacun dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier Garde des Sceaux de France, le sieur FEYDEAU DE BROU; le tout à peine de nullité des présentes. Du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant & ses ayans-causes, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin desdits ouvrages, soit tenue pour duement signifiée; & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amés & féaux Conseillers-Secrétaires, foi soit ajoutée comme à l'original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire, pour l'exécution d'icelles, tous actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant clameur de Haro, chartre Normande & Lettres à ce contraires: CAR tel est notre bon plaisir. DONNÉ à Paris, le cinquième jour du mois d'octobre, l'an de grace mil sept cent soixante-deux, & de notre règne le quarante-huitième. Par le Roi en son Conseil. LE BEGUE.

Registré sur le Registre XV de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, n°. 612, fol. 347, conformément au Règlement de 1723. A Paris, ce 8 Novembre 1762.

LE BRETON, Syndic.





